# LEXICON
# TOTIUS LATINITATIS

AB

AEGIDIO FORCELLINI

SEMINARII PATAVINI ALUMNO

LUCUBRATUM

DEINDE

A

IOSEPHO FURLANETTO

EIUSDEM SEMINARII ALUMNO

EMENDATUM ET AUCTUM

NUNC VERO CURANTIBUS

FRANCISCO CORRADINI ET IOSEPHO PERIN

SEMINARII PATAVINI ITEM ALUMNIS

EMENDATIUS ET AUCTIUS

MELIOREMQUE IN FORMAM REDACTUM

Secunda impressio anastatice confecta quartae editionis aa. 1864-1926 Patavii typis mandatae cum appendicibus quibus aucta est prima anastatica impressio a. 1940 edita.

# LEXICON
# TOTIUS LATINITATIS

AB

AEGIDIO FORCELLINI

SEMINARII PATAVINI ALUMNO

LUCUBRATUM

DEINDE

A

IOSEPHO FURLANETTO

EIUSDEM SEMINARII ALUMNO

EMENDATUM ET AUCTUM

NUNC VERO CURANTIBUS

FRANCISCO CORRADINI ET IOSEPHO PERIN

SEMINARII PATAVINI ITEM ALUMNIS

EMENDATIUS ET AUCTIUS

MELIOREMQUE IN FORMAM REDACTUM

Secunda impressio anastatice confecta quartae editionis aa. 1864-1926 Patavii typis mandatae cum appendicibus quibus aucta est prima anastatica impressio a. 1940 edita.

# LEXICON
# TOTIUS LATINITATIS

AB

## AEGIDIO FORCELLINI

SEMINARII PATAVINI ALUMNO

LUCUBRATUM

DEINDE

A

## IOSEPHO FURLANETTO

EIUSDEM SEMINARII ALUMNO

EMENDATUM ET AUCTUM

NUNC VERO CURANTIBUS

## FRANCISCO CORRADINI ET IOSEPHO PERIN

SEMINARII PATAVINI ITEM ALUMNIS

EMENDATIUS ET AUCTIUS

MELIOREMQUE IN FORMAM REDACTUM

TOM. I

CURANTE IOSEPHO PERIN

CUM APPENDICE

EIUSDEM

MCMLXV

ARNALDUS FORNI EXCUDEBAT BONONIAE

GREGORIANA EDENTE PATAVII

# QUID PRÆSTABITUR

IN HAC NOVA

# FORCELLINIANI LEXICI EDITIONE

## ORATIO

PUBLICE HABITA PRID. NON. AUG. ANNO MDCCCLIV.

A

## FRANCISCO CORRADINI

SEMINARII PATAVINI ALUMNO, PROFESSORE AC TUNC STUDIORUM PRÆFECTO

QUÆ PRÆFATIONIS LOCO PROPONITUR

Egregie profecto Cajus Cornelius Tacitus, aut quicumque ille fuerit auctor Dialogi de causis corruptæ eloquentiæ (c. 37.): « Crescit cum amplitudine rerum vis ingenii, nec quis» quam claram et illustrem orationem efficere potest, nisi qui causam parem invenit ». Hæc una sapientissimi viri sententia mihi hodierna die coram vobis verba facturo nonnihil animi addidit. Quippe me nunc primo in publicam hanc arenam ex majorum instituto descendere jussum terrebat virium mearum infirmitas, quæ quam exiguæ sint, neque ad tantum pondus excipiendum accommodatæ, planissime sentio; vehementer angebat hic ipse ornatissimus dicendi locus, in quo præteritis annis viri cum plurimi, tum ingenii vi, eruditionis copia et eloquentiæ flumine præstantissimi sibi ipsi pepererunt famam nominis immortalem; timore præsertim summo afficiebat hæc litteratorum hominum celebritas tanta, quibus nihil afferri decet, nisi quod fuerit industria elaboratum, artificio politum, numeris denique omnibus absolutum. Nihilo tamen secius tanta me trepidatione dejectum erexit et recreavit aliquantulum, quod præ manibus est, argumentum; adeo vastum, ut mihi quidem verba deesse possint, res profecto non possit; adeo insigne, ut sine ullo etiam oratorio fuco et ornatu ipsum sua stet ac fulgeat præstantia, magnitudine, gravitate. Agitur enim perantiquum et maximum Italiæ decus, quantum in nobis est, conservandum; agitur explenda justissimi. quo docti viri jamdiu laborant, desiderii expectatio; agitur præclarissima hujusce nostri Seminarii gloria ab obtrectatorum criminationibus si non in pristinam splendoris amplitudinem vindicanda, at saltem pro virili parte tuenda; uno verbo agitur nova Forcelliniani Lexici editio. Siquidem, Auditores, quo tempore in Britannia et Gallia ac præcipue in Germania philologiæ studium summo est in honore, omnium pectora inflammat, exercet ingenia, perque operosas præstantium virorum lucubrationes non modo in dies amplificatur, verum etiam ad ipsum propemodum perfectionis fastigium evehitur; quo tot ac tanta quotidie typis eduntur accurate ac diligenter expensa, emendata, illustrata, unde antiquitas ipsa nova quadam luce ac majestate præfulget omniumque oculos in se convertit; quo denique, ut latina propius attingamus, per alios Grammatici vel nonnulli vel omnes, per alios Oratorum vel Historicorum fragmenta, Fabula togata, Synonyma, multaque præterea classicorum auctorum opera mira ingenii sagacitate diuturnisque vigiliis elaborata, maximo cum rei litterariæ emolumento, denuo prodie-

runt (1): eo sane tempore dedeceret, Italiam hanc nostram, qua magistra ac duce in latinis præcipue litteris ediscendis nationes ceteræ per tot sæcula usæ sunt, ab iisdem nunc studiis abhorrere eaque per summam ignaviam aut contemptum negligere; præsertim cum omnia nuper commemorata in causa sint, cur litterati homines, qui recte sentiunt, vehementer ac merito id latinum Lexicon jamdudum efflagitent, quod cum tempori, tum firmiori artium disciplinarumque profectui apte conveniat ac satisfaciat. Quod si res ita se habet, cujus erit, quæso, onus tam grave atque arduum subire? Id certe jure suo sibi vindicat Seminarium hoc nostrum, in quo latina lingua duobus abhinc sæculis a majoribus nostris non modo culta, sed habita in deliciis ac posterorum fidei religiose commissa, in regno veluti suo dominatur; in quo prima hujusmodi Lexici jacta sunt fundamenta, quæ in mirabilem nunc et pæne dixerim immensam ædificii molem assurgunt; in quo demum, ut ceteros mittam, tria illa eminuerunt præclarissima latinitatis lumina, Facciolati, Forcellini et Furlanetto, de quibus nulla unquam ætas conticescet. Neminem igitur nobis refragaturum esse arbitror, si Forcellinianum Lexicon auctius et emendatius edendum nunc denuo curamus; quippe quos impellit atque urget non vana aliqua jactantia, sed illustre majorum exemplum; non audacia, sed officium; non privatum nostrum, sed publicum hujus loci decus et nomen: paucis, hoc opus jubemur, eoque libentius aggredimur, quod, etiamsi deterreamur ingenii nostri conscientia, tamen in ipsa virium infirmitate et velle et conari grandia gloriosum est.

Quo vero longa hæc via tutior nobis muniatur, et quibus undique scatet difficultatibus pateat expedita, optimum factu duximus, Auditores, hodierna luce vestris oculis brevi diligenterque subjicere quid in toto primum Lexico conficiendo, quid deinde in singulis ejusdem partibus seu vocabulis exhibendis præstabimus; eo sane consilio, ut qua valetis plurimum sapientia nobis opitulari, si qua fuerint, et erunt fortasse multa, addenda, aut detrahenda, aut in melius quomodocumque mutanda pro vestra nos humanitate docere, atque ita cum de nobis, tum de latinis præcipue litteris bene mereri velitis (2). Quapropter hac in re pertractanda illud etiam nos juvat, quod tali pacto consultum est et vestræ, Auditores humanissimi, dignitati, quos tantæ causæ judices constituimus; et commissæ nobis juventutis emolumento, quæ romanarum aliarumque rerum studiis tunc se majori dabit alacritate, cum videat per quos ipsa litteris ac disciplinis imbuitur, eos labori parcere nulli et libris diu noctuque inhærere.

Si res quæcumque, non ex specie et magnitudine, sed ex fine adeoque usu judicandæ sunt, atque hinc pateat oportet, qua ratione tractandæ sint ac perficiendæ; id profecto di-

(1) Quæ hic singillatim memorantur, hæc sunt: M. Terenti Varronis de Lingua Latina librorum quæ supersunt emendata et annotata a Carolo Odofredo Müllero a. 1833. Gottingæ. — Sexti Pompei Festi de verborum significatione quæ supersunt cum Pauli epitome emendata et annotata a Carolo Odofredo Müllero 1839. Gottingæ. — Corpus Grammaticorum Latinorum veterum collegit, auxit, recensuit ac potiorem lectionis varietatem adjecit Fridericus Lindemannus Sociorum opera adjutus. Lipsiæ 1831. et seqq. Hoc vero Grammaticorum Corpus est imperfectum; continet enim Donatum, Probum, Eutychium, Arusianum Messium, Maximum Victorinum, Asperum, Phocam, Pauli Diaconi excerpta, Sext. Pompeii Festi fragmenta, Isidorum et Charisium: ceteri desiderantur. Idem tamen Lindemannus multo ante Nonium et Prisciani opera minora ediderat. Omnia hæc a Guilielmo Freund plurimi habentur; tametsi mendis non careant et nimio fortasse studio novitatis laborent. — Oratorum Romanorum Fragmenta ab Appio inde Cæco usque ad Q. Aurelium Symmachum collegit atque illustravit Henr. Meyerus. Editio Parisina auctior et emendatior curis Friderici Dübner. 1837. — Vitæ et fragmenta veterum Historicorum Romanorum. Composuit Augustus Krause. Berolini 1833. — De Fabula Togata Romanorum. Accedunt Fabularum Togatarum reliquiæ. Scripsit et edidit Joannes Henricus Neukirk. Lipsiæ 1833. — Lateinische Synonyme und Etymologieen von Ludwig Döderlein. 7. Th. Leipzig 1826-39. — Singula vero classicorum auctorum opera quæ denuo prodierunt videsis in *Indice Scriptorum Latinorum*, qui Præfationes excipit. Hoc loco unum illud adjicimus, anno tantum proxime elapso nobis innotuisse *Inscriptiones Regni Neapolitani Latinæ*, quas edidit *Theodorus Mommsen* Lipsiæ 1852., et *Inscriptionum Latinarum selectarum* Volumen Tertium, *Collectionis Orellianæ* supplementa emendationesque exhibens, quod edidit *Guilielmus Henzen* Turici 1856; ex quibus jam inde ab initio nonnulla in Lexicon inseruimus.

(2) Quæ ab Auditoribus, eadem et a Lectoribus enixe postulabamus cum primum anno 1854. hæc oratio typis commissa et pervulgata est. Pergratum sane nobis fecerit (hæc ipsa verba tunc protulimus) quicumque singulari humanitate præditus ad tantum hoc opus perficiendum con» silio nos aut opera juverit, ejusdemque mentio in ipsa Lexici Præfatione pro meritis habebitur ». Maximæ itaque gratiæ a nobis et aguntur et habentur cum cl. viro Joseph Trivellato in Seminario Patavino Professori emerito, de quo et infra pag. XII.; tum Cæs. Reg. reipublicæ litterariæ in Austriaco Imperio Præfectis (italice *Ecc. I. R. Ministero della Pubblica Istruzione*), qui cl. Vindobonensem Professorem (quantum conjectura assequi potui) hac de re sententiam rogaverunt eamque manu scriptam ac summo studio elaboratam 7. Cal. Januar. anni 1857. summa benignitate mihi tradendam curarunt.

ligentius considerandum putamus, cum quæstio est de litterario negotio, in hac tanta præsertim, non dicam copia, sed importuna librorum undique ingruentium colluvie. Quibus igitur usui esse debet omnigenum illud ac prope infinitum totius latinitatis Lexicon? Haud sane adolescentibus: etenim si recte humanas vires æstimare velimus, nec nimio plus postulare audeamus, quam quod ætas et ingenium per se ferre possunt; ac proinde præ oculis habeamus imitandam sapientissimi patrisfamilias prudentiam, qui mensas apparatissimas struere, non eumdem tamen pueris cibum ac viris præbere curat: facile intelligemus opus hoc tantum officere potius, quam prodesse adolescentibus, qui nimirum in ipso latinæ linguæ limine constituti, accuratissimo quidem Lexico, quod adhuc in votis est, veluti duce ac præsidio maxime indigent, brevi tamen, ne ingenti rerum mole proposita vel suapte natura laboris impatientes a studiis multo magis deterreantur, vel mente et ratione adhuc impares omnia turbent, pervertant, et plurima persecuti nihil admodum teneant. Illis itaque hujusmodi Lexicon est comparandum, qui liberalium disciplinarum cursu confecto adultoque ingenio pollentes, pro suscepto vitæ instituto, vel etiam quo impotenti abripiuntur animi studio oceanum ipsum tentare cupiunt ac latissimæ romanarum litterarum provinciæ velificari; eamque non peragrare tantummodo, verum etiam potiri vehementer exoptant. Quibus idcirco omnis apparatus ornatusque, instrumenta præsidiaque omnia suppeditanda sunt, quæ tanto huic proposito quomodocumque conducant; et si quid forte peccandum, id copiâ potius quam inopiâ, ne qui tam multa et magna constanter audent, aliorum incuria prohibeantur, quominus exoptatam regionem obtineant atque uberrimos tot laborum fructus tandem aliquando percipiant.

Quî vero poterunt vel eruditi hujusmodi homines absolutam romanarum litterarum scientiam acquirere, immo ipsos, quod caput est, ætatis aureæ scriptores penitus intelligere, et quanti quisque sit habendus acri judicio perpendere, nisi latinam linguam ab infantia repetentes ad summam usque senectutem sedulo prosequantur? clarissimorum enim, qui Augusti ævo floruerunt, auctorum præstantia, aureaque illa sermonis elegantia, gravitas, pulcritudo tunc tantummodo plena in luce collocabitur, cum hinc innotescet qualis fuerit horrida atque inculta, etsi robusta, superiorum antiquitas, et quænam inde in posterum excerpta, quænam expolita, quænam omnino rejecta, quænam denique nova prolata; illinc vero patebit quam longe posteriora sæcula quibusque de causis aberraverint, quamvis eo pervenerint aliquando, ut mirabili quadam ingeniorum vi ac rerum dignitate sermonis damna compensarent. Hæc sane in causa fuerunt, cur jamdudum inter eruditos plane convenerit, totius latinitatis Lexicon nihil aliud esse, nisi omnium ad unam eárum vocum historiam, quas exhibent scripta, quæ adhuc supersunt, romanæ litteraturæ monumenta. Ex qua definitione colligitis, tria nobis potissimum esse inquirenda, quibus veluti cardinibus totum vertitur Lexicon: ac primo quidem rectene historia vocum appelletur et sit; deinde quo temporis orbe concludantur monumenta seu scriptores, quorum auctoritate consistit; denique utrum omnes omnino voces, quæ in ipsis occurrunt, complectatur oporteat: paucis, quanam sit indole seu natura, quibus innitatur fundamentis, quibusque partibus constet.

Jam vero Lexicon suapte natura esse vocum historiam quisque sibi facile persuadeat, cum hoc aliaque historiæ genera inter se vel obiter conferat. Nonne sermo ipse ceteris alicujus populi eventis per se adnumerandus? Nonne cum natione ipsa tam arcto conjungitur vinculo, ut una simul adolescat, vigeat, intereat, cumque moribus, institutis, imperio, religione immutetur? Nonne voces, æque ac res gestæ, ad trutinam revocandæ sunt et criticæ artis ope diligenter excutiendæ, ut certæ secernantur a dubiis, et omnes quidem recenseantur, sed illæ velut ingenuæ ac civitate donatæ, hae vero tamquam libertinæ vel exteræ sua nota insignes; illa denique verborum monstra, quæ librariorum inscitiâ in classica scripta, proinde quasi maculæ in solem, irrepserunt, argumentis refutata firmissimis longe ablegentur? Historiæ profecto est enarrare, quibus ab exordio populis regnum aliquod coleretur,

quibus teneretur legibus, quibus initiis profectum excresceret; qua fines suos modo victoriis latius protulerit, hostium modo incursionibus brevius præciderit; quantum apud exteras nationes gratia et auctoritate valuerit, aut contemptui fortasse habitum sit; quomodo justitia, sapientia bonisque moribus floruerit, ac deinde in ambitionem, avaritiam libidinemque cum degenerasset, senio tandem confectum suo ipsum vitio perierit: — Lexici vero est edocere, undenam voces originem duxerint, quam ad legem formentur, quibus a se progenitis linguam ditaverint; utrum proprio tantummodo sensu, angustis quasi limitibus, se ipsæ contineant, an per metaphoras novis quasi armis instructæ, novo corporis habitu novaque specie decoræ longe lateque vagentur imperiumque propagent; qua ætate maximo essent in honore, aut contra oblivione obrutæ in tenebris delitescerent; quibus de causis nativam oris honestatem sonique dulcedinem ita paullatim efferarent, ut languore tandem fastidioque laborantes penitus interierint, quemadmodum perbelle Horatius (1):

Ut silvæ foliis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas,
Et juvenum ritu florent modo nata vigentque.
......... mortalia facta peribunt,
Nedum sermonum stet honos et gratia vivax.
Multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentque
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,
Quem penes arbitrium est et jus et norma loquendi.

Quæ cum ita sint, quid dubitamus de scriptorum ætate definienda? Namque si Lexicon historiæ indolem rationemque præsefert; si quamlibet historiam, ne quis in dubium vocet aut respuat omnino, testimonia confirment necesse est cum plura, tum digna quibus fides ab omnibus habeatur; si denique penes usum arbitrium et jus et norma loquendi: ea sane lex est, ut ad nostrum Lexicon conficiendum monumenta adeunda sint atque investiganda usui tantum æqualia, quæ scilicet ab ipsis latinæ linguæ incunabulis ad sæculum usque sextum post Christum natum conscripta sunt, quo tempore cum jam Romanorum in Occidente imperium funditus eversum esset, lingua etiam interiit, seu vulgari civitatis aut populi sermone haud amplius est usurpata. Quicumque igitur fuerint scriptores, nullo gentis, populi, natalis loci, aut religionis discrimine, dummodo latina lingua usi sint et in memorata superius tempora inciderint, eorum omnium opera tamquam propria jure sibi vindicat atque addicit romana litteratura; eademque propterea inter documenta recenset, quibus rite perpensis ac pro cujusque auctoris ætate, ingenio, doctrina, re qua de agitur scribendique ratione merito æstimatis tota sermonis historia innititur et consistit. Ceteri omnes latinæ linguæ vel ortum prægressi, vel interitum subsecuti omnino rejiciendi. Nam quæ ante urbem conditam in Latio finitimisque regionibus usuvenere dialecti, ac plurimi velut rivi in unum regale flumen collati, ipsæ quoque variæ ac dissimiles, inter se paullatim commixtæ in illum tandem coaluere sermonem, qui vi et magniloquentia sua romani imperii dignitatem amplitudinemque exæquaret, quamvis abditas nonnullarum vocum notiones extricare fortasse valeant et aliqua interdum luce perfundere, tamen non modo nobis perpauca sui reliquerunt et sæpius obscura vestigia, sed etiam haud prorsus latina (2). Qui vero sæculo septimo post Christum natum ac deinde in posterum scriptores extiterunt, etsi multa

(1) Art. Poet. v. 60-72.

(2) Ita ex. gr. latinis quidem cognata, nec tamen prorsus latina sunt umbrica vocabula *sif* sues, *feiu* facito, *seritu* servato, *nomneper* pronomine etc.; aut osca *kuaisstur* quæstor. *aikdafed* ædificavit, *fefacust* fecerit, *nep* neque etc.; aut etrusca *etera* altera, *phuius* filius, *avils* ætatis etc.; Harum tamen dialectorum cognitionem latinæ linguæ studiosis et jucundam et utilem esse arbitramur; ac proinde bene de ipsis meretur ***Ariodantes Fabretti***, qui ***Lanzii***, ***Gorii***, ***Amaduttii***, ***Guarinii***, ***Mommsenii*** aliorumque de vetustissimis Italorum Inscriptionibus opera collegit, in alphabeticum ordinem redegit composuitque *Glossarium Italicum, in quo omnia vocabula continentur ex umbricis, sabinis, oscis, volscis, etruscis ceterisque monumentis quæ supersunt collecta et cum interpretationibus variorum explicantur.*

nobis latine prodiderint, sermonem tamen usurparunt, non patrium et suum, sed alienum, non ex ipso matris ore et quotidiano vitæ commercio expressum arreptumque, sed ex grammaticorum ludis per vim et veterum libris multo sudore comparatum; eorumque proinde auctoritas in antiquis vocabulis, quæ sunt a classicis mutuati, est supervacanea, in novis, quæ per se ipsi finxerunt, admodum nulla: nisi forte quis eorum, quemadmodum Paulus Diaconus et plerique Glossarum auctores, ex germano aliquo latinitatis fonte, qui eidem præsto erat, neque ad nos usque malo quodam fato pervenit, latices, aliquando fortasse turbidos, semet haurire testetur (1). — Quod si quispiam a nobis quærat, cur ejusmodi scriptorum tempora ad finem sexti sæculi producamus, cum Romanorum in Occidente imperium per Odoacrem multo ante, anno scilicet a Christi nativitate quadringentesimo septuagesimo sexto, labefactatum corruerit; id a nobis jure fieri fatebitur, dummodo animadvertat sæculi sexti scriptores Romulo Augustulo, Julio Nepote, Leone Thrace aliisque novissimis imperatoribus saltem adolescentiam egisse, atque idcirco jam inde a pueritia latina lingua non institutos modo, sed imbutos fuisse. — Hæc, Auditores, de scriptorum ætate definienda ipsi sentimus; hæc rei natura, ni fallimur, postulat; hæc sapientissimi viri, quorum vestigiis insistimus, jamdiu nos docuerunt et gravissima sanxerunt auctoritate: quamobrem nobiscum merito gratulamur, certis hisce terminis cautum esse, ne quid utrimque peccetur: Ægidius enim Forcellini, vir si quis alius optime de litteraria republica meritus, cum ingens illud opus elaboraret non iis tantum qui latina intelligere, sed et qui latine scribere vellent, in Augusti ætate quamplurimum immoratus tantoque illectus nitore tamque nativa elegantia quodammodo irretitus, nedum a serioris ævi scriptoribus, ab Ennio, Pacuvio, Lucilio aliisque vetustissimis (quod non sine maxima verecundia proferre ausim) nimium parcus abstinuit; et contra Jacobus Baileyus, vir ceteroquin doctissimus, præpostera augendi Lexici libidine abreptus, eo nonnunquam processit, ut e Litholexico Campolongi, Guilielmo Britone aliisque id genus, absonas, abnormes barbarasque voces excerpserit, aureamque latinitatem squalore ac sordibus contemerarit.

Neque nos latet, in iis etiam auctoribus, qui a nobis citandi præscripti sunt, verba interdum occurrere a Tulliana venustate abhorrentia et inconditum quiddam barbarumque sonantia: an vero hæc quoque ex honestissimo ceterorum numero sunt exturbanda? Minime gentium, Auditores: omnes enim omnino voces (quod postremum nobis est inquirendum) Lexicon complectatur oportet, quas monumenta exhibent superius probata; secus mancum esset ac mutilum, nec linguæ historiam absolveret.

Sed quoniam hujusmodi causa non hac tantum continetur quæstione, quam paucis modo præcidimus, quin alias et gravissimas gignit; ut tota prorsus et recte admodum agi possit, in vocibus Lexico inserendis cum notionis, tum originis ratio, quæso, habeatur.

Ac primo quidem voces omnes, si notio eisdem subjecta inspiciatur, in duo summa genera facile partiri possumus; quippe aliæ sunt peculiaria deorum, hominum locorumque nomina, quæ propria vocantur; aliæ vero res qualitatesque indicant: omnes profecto latinæ linguæ studiosis perutiles, immo necessariæ sunt, sed tamen inter se maxime differunt; illæ namque singulæ singulis, hæ singulæ pluribus conveniunt; illæ suapte natura ad historiam pertinent, hæ vero ad philologiam; illæ denique in unum congestae atque in ordinem distributæ Onomasticon, hæ Lexicon proprie constituunt. — Ergone Onomasticon a Lexico sejungetur? ergone fabulosa illa flumina, montes campique tot carminibus celebrati, nobilissimæ urbes, heroes ac viri domi bellique clarissimi, vividæ ipsæ, venustæ atque Homero Virgilioque dignissimæ deorum imagines, e sede illa sua, quam duobus abhinc sæculis obtinent, nullo timore, nulla verecundia, religione nulla dejicientur, exterminabuntur? Absit, ut tantum hoc litterarium scelus in nos admittamus: non sumus e vana stultissimorum homi-

(1) Quapropter in hac nova editione ex Latinorum Scriptorum Indice expuncti sunt Alcuinus, Aldhelmus sive Adelhelmus, Eros, Strabus Gallus et quidam alii, qui post sextum a Chr. nativitate sæculum floruerunt.

num turba, qui tunc se magnifice jactant, cum in avos majoresque convicia temere fundunt eorumque facinora spernunt; et nihil novi moliuntur, nisi prius vetusta omnia e fundamentis convulsa prostraverint; et coagmentant quidem, sed tantum ruinas: — præsertim cum (idque recte callemus) nullo resistente connexa dissolvere, extructa diruere, e plurimis aliqua demere, multa omittere nihilque addere facile factu sit, joculare, puerile; at vero fracta debilitataque recreare, prægrandia incepta perficere, quædam addere eaque aptare prioribus, nova proferre, magnorum virorum parva menda non depravare, sed sapienter corrigere, hoc sane arduum, laboriosum, virile. — Sed tamen, Auditores, quæ dicam, diligenter attendite. Fatemur equidem Onomasticon æque ac Lexicon ad latina penitus intelligenda mirum quantum conferre, altera enim alterius poscit opem res et conjurat amice: verum cum inter se, ut supra diximus, plurimum discrepent, haud plane abhorret aut absurdum est, seorsum per se utrumque consistere. Quid quod recentiores omnes interpretes, viri singulari sapientia præditi, ex quibus satis erit nostrates commemorare Joannem Casparem Orellium et Angelum Maium, propriorum nominum indicem a verborum indice secreverunt? Quid quod nedum germanica, anglica, hispanica etc., sed ipsa italica Lexica a mythis et a geographicis historicisque vocabulis prorsus abstinuerunt, quamvis nemo possit hisce destitutus præsidiis ne ad poetarum quidem principem Dantem Aligherium accedere? Quid quod latinum Lexicon nimia laboraret mole, cum bene multa nec sibi semper consentanea de diis commenta exhibere, totam ferme hebraicam, græcam romanamque historiam contexere, totum antiquum orbem describere cogeretur; ut silentio prætercam cum patronymica, tum pæne innumera quæ inde formantur adjectiva præsertim geographica, quorum pauca tantum Ægidius Forcellini persecutus: « Cetera, inquit, si requiratis, vos remitto ad geographos, quorum res si meo » operi inseruissem, crevisset profecto in duplum, et sua mole ab utendo deterruisset » (1). — Sed Lexico ingerantur saltem præcipua, ita enim nonnulli autumant. At, quæso, si aliqua, cur non omnia? Quænam deinde præcipua ducentur? Anne inter nomina propria, quæ in iisdem classicorum scriptis occurrunt, alia utpote præclara longâ interpretatione et Lexici ope illustrentur necesse est, alia vero utpote obscura omnino prætereunda? et quæ fama jamdiu pervulgata, aliunde quisque sibi facile comparet, immo a pueritia plerumque accepit, eadem a Lexico fuse tractentur; omittentur vero, quæ per se ignobilia quamplurimos latent, ac majus propterea legentibus negotium facessunt? aut quibus patricium genus, fortuna, divitiæ, potentia vivis obtigerunt, laudes honestumque locum etiam mortuis tribuemus; quos vero ex infima plebe homines adversæ res, inopia ærumnæque oppresserunt et una fortasse virtus crexit, hos etiam post funus per summam injuriam oblivioni mandabimus? Licet per nos memorari Cajum Julium Cæsarem, ob cujus effrenatam imperii cupiditatem totus pæne terrarum orbis civili sanguine redundavit; licet Claudium Neronem, teterrimum crudelitatis omnisque turpitudinis monstrum: modo ne sileatur de Lucio Fabio et Marco Petrejo in Cæsaris exercitu centurionibus, qui virtute incredibili per hostes et vulnera gloriosam mortem oppetivere suisque saluti fuerunt; neque de Lucio Arruntio Stella, in quo virtus ipsa a Nerone excisa est. — Id itaque consilii cepimus, Auditores, ut in fine Lexici Onomasticon adjiciamus, breve quidem, sed opportunum, emendatius et auctius; cunctisque a nobis tali pacto consultum iri confidimus, quibus etiam arridet gravissima Bartholomæi Borghesii et Josephi Furlanetti sententia, qui affirmant, romana cognomina linguæ historiam absolvere; quippe aliquam semper habent significationem, atque interdum singularia ac nova vocabula latine scribentibus suppeditant, quædam vero aliis dubiæ aut significationis aut lectionis confirmandis valde inserviunt; quibus illud etiam accedit, quod plura vocabula, quæ nunc ab Italis usurpantur, nec in veterum auctorum scriptis leguntur, ope cognominum apud Romanos a primis usque reipublicæ temporibus jam usitata fuisse compertum est (2). — Utinam vero aut nobis, primo

(1) In totius latinitatis Lex. Præf. ed. Patav. ann. MDCCCXXVII. p. XLVI. n. VI.
(2) Barth. Borghesius in Dec. 8. obs. 4. p. 13; — Jos. Furlanetto in totius latinitatis Lex. Præf. ed. Patav. ann. MDCCCXXVII. p. VII. n. XIII.

hoc labore haud improspere exanclato, aut aliis in posterum hujusce loci alumnis, quibus provinciam cessuri sumus, Onomasticon liceat lucubrare, quod numeris omnibus absolutum nostra hæc tempora deceat tantamque artium disciplinarumque amplitudinem: liceat nempe omnia denuo classica Romanorum opera excutere quæque superiores fugerunt lexicographos diligenter arripere, omnia græca cum latinis conferre, omnes inscriptiones lapidesque consulere, omnes rei numariæ scriptores pervolvere omnia tandem exsculpta signa marmorea, ænea, fictilia, pictas tabulas, vasa, instrumenta et cetera id genus, quæ aut multis abhinc annis eruta sunt, aut a Pompejorum Herculaneique ruinis totâque Italiâ, quasi quodam vastissimo antiquitatis monumentorumque sepulcro, quotidie nova excitantur, inquirere, interpretari, colligere: ut nomina propria indeque derivata adjectiva omnia ad unum per ordinem digesta exhibeantur; ac non solum mythi, sed latens innotescat mythorum sensus, hoc est cuncta veterum sapientia mirificis exornata coloribus; non solum numina eorumque dotes, sed innumera etiam numinum symbola; non dii generatim, sed in quo a græcis latini differant, non eadem enim Athenis quæ Romæ Juno colebatur; historica insuper facta puris fontibus exhauriantur, absonæ quoque seque inter pugnantes proferantur auctorum sententiæ; antiquus cum novo componatur orbe; falsa rejiciantur, confirmentur dubia, vera illustrentur, plurimæ quoque tabulæ, geographicæ præsertim et chronicæ ad utilitatem adjiciantur; atque ita cum maxima in latinas litteras redundent emolumenta, tum ad veterem nominis famam nostro huic Seminario gloriæ cumulus accedat. — Quod si quis ecclesiasticæ adscriptus militiæ aliam sibi quærat laudis materiem ac segetem, is latinum Lexicon illis vocibus conficere aggrediatur, quæ apud scriptores christianos christiana significatione usurpantur; præter enim quam quod seriori præsertim ævo ad novæ religionis dogmata efferenda recteque tradenda nova in romanam linguam invecta sunt vocabula, ea ipsa, quæ jampridem usuvenerant, ad aliam atque antea significationem plus minusve detorta sunt, ut omnia in unum congesta totum plane theologicarum disciplinarum orbem concludant; quæ a nobis propterea, maxima qua possumus parsimonia, tractanda esse censemus (1).

Hucusque, Auditores, de vocibus, et nimis fortasse multa, disseruimus ratione habita notionis iisdem subjectæ: restat, ut ad earum originem animum advertentes pauca dicamus. Nemo erit profecto tam ignarus tamque injustus rerum omnium æstimator, qui affirmet cuncta e Lexico amandanda esse vocabula ab externis nationibus mutuata. Namque ut omittam quæ Horatius ipse docuerat (2):

. . . . . . . . . . Si forte necesse est
Indiciis monstrare recentibus abdita rerum,
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Continget, dabiturque licentia sumpta pudenter.
Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, si
Græco fonte cadant;

ut silentio illud etiam prætercam, quod plurimi faciendum est, ejusmodi voces patrii sermonis egestatem rerumque novitatem patefacere, atque idcirco historicas et linguæ et populi notas præseferre: certum exploratumque est, cum penes usum sit arbitrium loquendi, hæc eadem vocabula, etiamsi aliunde originem duxerint, exotica nequaquam haberi posse, dummodo usu sancta ac civitate donata fuerint. — Jam vero quæ a celtico, gallico, hebraico, persico etc., sermone in latinum inducta sint, brevi adnotabimus, propriis quoque litteris exhibituri, quandocumque copia nobis erit, persæpe namque vetustarum linguarum litteræ vel nos latent omnino, vel quæ fuerint ambigitur. — Quæ autem a græco fonte derivata sunt

(1) *Verba partim græca, partim barbara* etc., quæ vulgo *Expulsa* dicuntur, et quorum Index, mancus plane ac mutilus, in ceteris editionibus Forcelliniano Lexico subjicitur, consulto a nobis præterita sunt silentio; in hac enim editione omittuntur, quippe quæ ad mediæ et infimæ latinitatis Lexica pertinent. (2) Art. Poet. v. 48-53.

vocabula, trifariam partimur [1]. Primum genus est eorum, quæ utrique linguæ, græcæ et latinæ, jam inde ab initio communia fuerunt, priusquam scilicet altera ab altera sejungeretur, germanæ tamquam sorores ex una eademque paterna domo nubendi causa diversæ abeuntes: hisce græca opponemus, exempli gratia *ager*, *patior*, *spelunca*, ἀγρός, παθέω, σπήλαιον, ut facile cuique pateat, utraque inter se arctissimo cognationis vinculo colligari. — Alterum genus eorum est, quæ a græcis hausta latino sermoni adjecta sunt, postquam ipsi sua facies erat suusque habitus valde dissimilis; quæque utrum græca meracissima sint et latinis tantum litteris reddita, non secus atque *ægoceros*, *chelys* etc.; an parce detorta latinum quiddam præseferant, sicut *apologatio* ab ἀπόλογος; vel, ita enim a grammaticis nuncupantur, hybrida sint, quemadmodum *chamætortus*, monere curabimus. Sed postquam « Græcia capta ferum victo» rem cepit et artes Intulit agresti Latio » [2], et Corinthus deinde Athenæque subactæ omnium in se Latinorum oculos converterunt scientiarum luce perculsos, factum est, ut a victa debellataque provincia populus romanus gentium dominus plerasque technicas voces accipere non recusarit, quæ a vetustis codicibus modo græcis, latinis modo litteris exhibentur. Qui paucis abhinc annis classicorum opera typis committere inque vulgus edere studuerunt, ea se lege obstrinxere, ut quæ technicæ voces in antiquis scriptoribus Cicerone, Varrone, Quintiliano, Celso etc., præter unum Plinium, occurrunt, græcis litteris proferrentur; latinis vero quæ in Gellio, Prisciano, Isidoro aliisque recentioribus, etiamsi præposita interdum verba *Græci vocant* maximam injiciant dubitationem. Eadem ferme lex et nobis rogatur; quamquam semperne sit religiose servanda, repugnante aliquando codicum auctoritate, certant eruditi et adhuc sub judice lis est. — Tertium denique vocabulorum genus est, de quibus nulla in græcis Lexicis mentio, veluti exempli gratia *borsycites*, *cæsapon* etc., tametsi nemo infitias eat, hæc eadem græca esse, et perantiqui forsitan sermonis vestigia putanda; quæ propterea dum a græcis lexicographis injuriâ neglecta esse dolemus, nos peculiari nota instruemus.

Ne quis vero putet hisce tantummodo finibus nostrum qualecumque fuerit opus circumscribi; etenim, præter ea de quibus infra dicturi sumus, plures insuper falsæ lectiones, quæ adhuc in Forcelliniano Lexico prostant, extrudentur: multa inserentur omissa verborum participia; obscura quædam illustrabuntur, auferentur dubia: qui in auctorum locis citandis irrepserunt errores tollentur; romanæ antiquitates et emendatius agentur et fusius: novi demum significatus, nova prorsus vocabula adjicientur. Ex his quædam nobis insigne munus afferent sapientissimi aliqui viri, quos ego præsentes intueor, quorumque gratia et consuetudine magnopere glorior: addet multa præclarissimus hujusce loci professor, qui multos jam annos in latinas litteras totus incubuit, et cum studiosæ juventutis utilitati, tum suo etiam nomini editis operibus jampridem consuluit [3]; nonnulla et ipsi dabimus, qui pro suscepto vitæ instituto eorum in primis amore jamdiu delectamur.

Sed quid ego ista commemoro? Sunt, sunt nobis, Auditores, immanes præclarissimi ædificii moles, prægrandia elementa, est infinitus propemodum latinitatis thesaurus, quem per summum dedecus apud exteram nationem Parisiis imprimendum, nunc demum, Superis vobisque faventibus, Patavii in lucem edi gaudemus. O sapientissimum virum atque omni eruditionis genere præstantissimum, Joseph Furlanetto, quibus te nunc laudibus efferam? quo animi studio complectar? qua prosequar verecundia? Tu postquam per tot annos omnem curam omnemque operam in latinum Lexicon augendum et emendandum contuleris, nullique labori, sumptui nulli peperceris vel in pretiosissimis tibi libris comparandis vel in itineribus ad cultum doctrinamque suscipiendis, ac de re litteraria optime meritus obtrectatorum conviciis invictum pectus objeceris; tandem invidia major, corpore fortasse, non animo fractus,

(1) Confer Wörterbuch der lateinischen Sprache von doct. Wilhelm Freund, Leipzig 1834. Erst. Band. Vorrede.

(2) Horat. Ep. lib. II. ep. IV. 156-157.

(3) Cl. Professor *Joseph Trivellato*, qui typis edidit *Carmina Jacobi Vittorelli in latinum versa*, necnon nuperrime plura *Carmina cum latina, tum itala* summo studio, mira sagacitate atque augusteo linguæ nitore elaborata; quique et pridem Joseph Furlanetto et nunc mihi multa ex classicis auctoribus in Lexicon inserenda perhumaniter tradidit. Hinc dignis a Furlanetto laudibus effertur (*V. infra VII. n.* 14.).

neque senectute ipsa deterritus, opus aggredi ausus es difficillimum ac pæne immensum, quod universam concluderet latinitatem: sed repentino letalique morbo correptus, cum tanta hæc imperfecta vehementer doleres, ad nostrum hoc Seminarium, patriam veluti domum, morientes oculos pia grataque recordatione convertisti, ipsumque scripsisti rerum omnium vere tuarum heredem, ea nimirum spe recreatus, fore ut locus hic semper latinis litteris domicilium præbiturus et sedem, nunquam pateretur te tuaque inhonesta oblivione deleri (1). Ecquis vero unquam putasset, cum me, paucis abhinc annis, summa benevolentia complexus vehementi animi ardore hæc ipsa docebas, cupiebasque tantorum tibi laborum imparem socium adjungere; ecquis, inquam, putasset, tanto nunc civitatis lumine exstincto tantoque duce prærepto, mihimetipsi illa tua pervolvenda esse Lexici volumina, in quibus nulla sane pagina litura, adjectione, mutatione caret, nulla non exhibet quatuor vel quinque loca nova, illustrata, emendata; illas inquirendas epistolas, quas tibi Angelus Maius, Bartholomæus Borghesius, Joannes Labusius aliique præstantissimi viri dederunt omnium doctrinarum copia, quam quæ maxime, plenas; illa tua denique incepta præclarissima perficienda? Perficiemus autem, Auditores, infirmi licet viribus, iniquo tempore, fortunarum periculo: ne per nostrum scelus litteraria respublica tanto diutius careat beneficio, aut ne saltem ingrati animi nota huic nostro Seminario inuratur.

Quapropter alacriores ad alteram orationis partem gradum facimus, quid in singulis vocibus a nobis præstandum sit indicaturi.

Cum totum generatim Lexicon natura sua nihil aliud esse, nisi sermonis historiam jam inde ab initio defenderim; singula profecto membra sive articuli quibus Lexicon ipsum contexitur, uniuscujusque vocis quasi quamdam historiam legentium oculis repræsentet necesse est, quæ mutuato ab herbaria scientia vocabulo monographia posset nuncupari. Quoniam vero in unaquaque voce duo sunt consideranda, sonus et res, ex altero enim ipsius vocis materies conflatur, ex altera notio subjicitur; ille autem grammaticis coercetur legibus, hæc intellectu et ratione percipitur: ita omnia Lexici membra sive articuli duabus necessario partibus constant, grammatica nempe et philosophica.

Grammaticæ artis est syllabarum quantitatem definire, verbi notationem inquirere, omnigenam positionem declinandique rationem docere, indolem naturamque tradere, sensum denique lingua reddere, quam lectores probe noscant et calleant; hoc est vocis prosodiam, etymon, formas, syntaxim versionemque proponere: philosophici autem muneris est multiplices vocabulorum significationes recte admodum interpretari atque in ordinem apte disponere, quo tempore, a quibus, quoties usurpatæ sint voces, in quo demum a similibus differant demonstrare; scilicet exegesim, chronologiam, rhetoricam, eam quam italice *statistica* vocamus, ac tandem homonyma extundere, perpendere, summaque sollertia præ oculis exhibere. Singula paucis, ne vos, Auditores, quos magna tantum decet et cogitare et facere, tamquam e gradu dejectos, in confusam ineptiarum nugarumque farraginem per vim obtrudamus, aut patientia vestra, qua tamdiu hæc sustinuistis, videamur abuti.

De prosodia non est cur tantopere laboremus; namque syllabarum quantitatem, qua vocum pronuntiationi carminibusque condendis consulitur, omnem sibi indicandam improbo ac pertinaci labore Josephus Furlanetto proposuit; idque ita est assecutus, ut non modo Lexicon loco sit illius libri, qui *Gradus ad Parnassum* vulgo appellatur, verum etiam, præter pauca quæ vel abdita vocum etymologia nullaque apud latinos poetas auctoritate omissa sunt, vel forte typothetarum incuriâ falsa irrepserunt, nihil omnino desideretur.

Majus profecto negotium nobis facessit etymon: quemadmodum enim chymicæ artis cultores ignis ope omnigenisque canaliculis instructi, corpora sagaci artificio scrutantur, mira

(1) Extant hæc manu scripta, cuicumque tamen adeunda, in Bibliotheca Seminarii Patavini, ac propterea nonnunquam a nobis in hac editione citantur.

inter se componunt varietate, novas induere formas cogunt, in suasque ipsa partes omnino dissolvunt; sed cum ad prima ventum est elementa, quamvis ingenio plura fortasse ulterius jaculantes, humano tamen limite repulsi, a quacumque investigatione prohibentur, eaque simplicium nomine cum donaverint, inaccessa naturæ arcana verecundo prosequuntur silentio: ita ferme lexicographi in vocum etymis inquirendis. Facillima sane nobis res est cum derivatis, quibus satis erit uncis inclusum vocabulum illud subjicere, quod primum et perinde quasi truncus habetur, unde cetera omnia tamquam rami tenduntur viridantibus foliis surculisque pubescentibus exornati, non aliter exempli gratia ac si vocibus *innotesco, nominatim, nominare, nomen* etc. verbum *nosco* adjiciatur. Verum cum ipsa linguæ principia scrutari conamur, etiamsi præclarissimi viri, quorum familiam ducit Vossius, latinis etymis extricandis omnes industriæ nervos intenderint viamque nobis munierint, sæpius tamen hæremus ac summis urgemur difficultatibus; eoque magis, quod nostris hisce temporibus litterati homines in contrarias omnino distrahuntur sententias. Namque ut illos etiam omittamus qui romanarum vocum causas, similitudinem et originem ab antiquo petunt Celtarum sermone, cujus aut nulla omnino supersunt, aut si qua proferuntur vestigia, utpote admodum incerta obvolutaque tenebris, tamquam pura puta grammaticorum deliramenta sanus quisque rejiciet: hinc magna eruditorum cohorte premimur, qui a græco fonte omnia cadere majorum auctoritate freti contendunt; illinc vero in aciem prodeunt recentiores pro vetustissima Indorum lingua (sanscritam vocant) pugnaturi, a qua cum græca, tum latina veluti germanæ originem duxerint, altera quidem suavior et cultior, asperior altera et horridior, ambæ tamen nescio quid magnificum et imperiosum præseferentes. Nos vero pacati homines, quippe qui delectati litterarum otio in umbratili tantum palæstra exercemur, dimicantium animos componere rati, utrique parti consulendum censemus, præsertim cum multa utrimque vis multaque argumentorum præsidia: — itaque una cum sanscritis græca indicabimus, dummodo pro re nata ultro se obtulerint, neque nimis longe petita sint: exempli gratia *nosco,* confer sanscritum *gnâ, gnarus noscere, nâhma nomen* et græca *γνόω γνῶμι nosco, νόος mens, ὄνομα nomen* et sic porro; quo sane pacto et recentiorum linguarum, quæ ferme omnes nedum italica ipsa a sanscrita derivari putantur, et doctorum quoque ratio a nobis habebitur, cum nemo unquam fuerit aut esse possit, qui græca studia in homine latino non probet.

Etymon vero excipient vocis natura, formæ, syntaxis; ita ut brevi tradatur, quæ sit orationis pars, quænam apud veteres vel etiam apud poetas peculiares occurrant positiones, quibus gradibus, participiis, casibus vocabulum gaudeat, etc. etc.; non solum enim rei natura postulat, ut hæc aliaque id genus a vocis notione sejungantur, verum etiam legentium imperat expectatio, quos ad novum paragraphum, uti vocant, accedentes in aliam atque antea vocabuli significationem se offendere ratos, istiusmodi argutiæ admodum frustrarentur. — Grammaticæ rei finem imponet italica, germanica, gallica, anglica et hispanica versio (1); quæ tamen propriam tantummodo verborum notionem reddat, vel si qua fuerit abstrusior, expediat; translatas enim per se quisque facile arripiet.

Parvi tamen interest hæc agi, si cum ceteris conferantur, quæ facem præbente philosophia consequantur oportet. Vetus querela est, inquit Furlanetto, in Lexicis plerumque primas vocabulorum notiones minime suo loco positas fuisse, nec proprias inde derivatas significationes, nec proxime translatas eis esse subjunctas (2). Undenam vero, quæso. hæc lex, quæ a ratione ipsa lata est omniumque princeps lexicographos urget, tamdiu neglecta jacuit, nisi ex latini nitoris immodico studio? quo sane factum est, ut quidquid operæ et laboris subeundum videbatur, totum ætatis aureæ scriptoribus insumeretur; qui vero præcesserant qui-

(1) Germanicam versionem mutuabimus a Guil. Freund (Wörterbuch der lateinischen Sprache, Leipzig 1834), gallicam a M. Theil (Dictionnaire Latin-Français rédigé d'aprés les meilleurs travaux allemands et principalment d'aprés le grand ouvrage de Freund, Paris 1853), anglicam a Jac. Baileyo (Totius latinitatis Lexicon.... edidit, anglicam interpretationem in locum italicæ substituit etc. Jacobus Bailey, Londini 1826), hispanicam denique ab A. Berbrugger (Nouveau Dictionnaire Français-Espagnol, Paris 1845).

(2) In totius latinitatis Lex. Præf. ed. Patav. ann. MDCCCXXVII. p. V. n. VII.

busque tamquam parentibus honor maximus erat deferendus, ii ferme omnes levi quadam manu excussi essent, vel prorsus inexplorati. Hanc sibi muneris partem susceperat Furlanetto, sed nuperrime vir, si quis alius sagacissimus, Guilielmus Freund [1], quem ductorem hac in re, quantum sollertia possumus, prope sequemur, non modo sibi depoposcit, verum ita egit luculenter, ut leges cum regiæ, tum duodecim Tabularum, columnæ rostratæ Scipionumque inscriptiones, senatusconsultum de Bacchanalibus, fragmenta Ennii, Pacuvii aliorumque ad Accium usque et Sisennam, nec non ipsa Plauti, Terentii, Lucretii et Varronis opera diligentissime inquisita acriterque perpensa in Lexicon inferrentur, indeque deprompta exempla principe loco, ut decebat, donarentur. Quæ porro ex vetustissimis hisce fontibus nunc demum erumpentibus in latinas litteras emolumenta redundant! Hinc linguæ historia, quoad longissime potest mens nostra respicere spatium præteriti temporis, ab ipsa saltem pueritia repeti; hinc primæ vocabulorum notiones, quæ hactenus latuerunt, e tenebris erui; hinc plures auctorum sententiæ, quæ lucem desiderabant, perspicue innotescere; hinc denique, ut alia mittam, rectius de posterioribus sæculis deque Augusti ætate præsertim judicium ferri, multa enim, quorum repertores Virgilius, Ovidius aliique vulgo habebantur summisque propterea laudibus ornabantur, nunc demum ab Ennio, Nævio, Lucilio ceterisque superiorum temporum scriptoribus adumbrata esse intelligimus.

Neque vero hoc pacto exegeseos munere nobis perfuncti videmur, aut servum pecus utemur aliorum tantummodo industria, quin et de nostro addendum aliquid cogitaremus, nec, si recte sentio, importune. Si populi enim humanitas, et artium disciplinarumque cultura, nec non rerum notio sive indoles tunc solummodo plena collocantur in luce, cum dotes, quæ rebus ipsis vel natura conveniunt, vel falso etiam ab hominibus affictæ sunt, omnes omnino ante oculos nobis versentur; vocis quoque notio absoluta patebit, cum omnia prorsus epitheta nominibus attributa, omnia nomina verbis connexa, quæ apud optimos minimum auctores occurrunt, ex ordine proponantur; quod scilicet, quantum in nobis est, præstare statuimus. Tametsi enim una eademque sit vox ejusque notio, non modo scire juvat quam longe lateque fuerit dominata, verum etiam quot ex varia junctura et collocatione colores traxerit quamque diversos; quoties namque cum aliis connectitur, toties ferme peculiarem quamdam speciem oris dissimilemque habitum induit: non aliter atque lux, quæ corpora non solum septemplici radio depingit, sed et uno eodemque colore mira cum varietate distinguit, semperque eadem est et diversa tamen, sive rubra veris decus puellarumque delicium rosas exornet, sive rutila papaverum splendore prata lætificet micantibusve galeæ cristis bellatorem honestet, vel punicea in occulto tyrii muricis gremio purpuram regibus elaboret, vel denique fulva leonis jubam terrore ac majestate circumdet [2].

Quod vero ad ceteras attinet philosophici muneris partes, chronologiam scilicet, rhetoricam, eam quæ italice *statistica* nuncupatur, et denique homonyma, quoniam exegeseos est, ut vidimus, vocum notiones, non quidem per tempora, sed ex diversa earumdem significatione apte disponere, et idoneis auctorum allatis locis, non tamen omnibus, confirmare; ita quicumque Lexico manus admoveat, conjectura per se profecto nequit arguere, qua ætate vocabulum usuvenerit, qua contra obsoleverit; utrum ligatam numeris, vel etiam solutam deceat orationem, soccone an cothurno gaudeat, oratorio eoque sublimi dicendi generi an humili et presso epistolarum stilo conveniat; cui arti potius arriserit atque in deliciis habitum sit; semelne, raro admodum, vel frequenter et passim occurrat: quæ omnia et si qua sunt

(1) In opere superius commemorato, cui titulus: Wörtebuch der lateinischen Sprache.

(2) Illud etiam optimum factu esse duximus, ut plantarum herbarumque nominibus synonyma non modo ex græcis Theophrasto, Dioscoride, Hippocrate aliisque, verum etiam ex Linnæo et recentioribus excerpta adderemus: cujus rei cl. in Cæs. R. Patavina Universitate rei herbariæ Professor *Robertus De-Visiani* auctor nobis potissimum fuit, immo et instrumenta suppeditavit, inter quæ egregium sane opus, cui titulus: *Commentaires sur la Botanique et la Matière Médicale de Pline composés pour le Pline de la Collection Panckoucke par A. L. A. Fée Professeur d'Histoire Naturelle et de Botanique. Édition en trois Tom., tirée à cinquante exemplaires seulement. Paris* 1833. Atque utinam aliquis eadem sollertia in latinos scriptores incumberet atque animalium synonyma pari diligentia edenda curaret!

alia, maxima qua possumus diligentia et cura, monere studebimus; — quo magis denique vocabulum legentibus innotescat, sub articuli finem quamplurima recensemus homonyma, quod a nemine in Lexico perfectum adhuc reperimus, et in quo quæque differant, duce præsertim Döderlinio (1), demonstrandum scriptorumque auctoritate illustrandum suscipimus.

Hæc, Auditores, sicut exposui, in proxima Forcelliniani Lexici editione, pro virili parte, præstanda conabimur; ex quibus profecto intelligitis, æquales tantum latino sermoni scriptores in romanam a nobis recipi civitatem, locupletius emendatiusque Onomasticon sub finem adjici, nonnulla verborum monstra rejici et amandari, illustrari plurima, nova quædam vocabula inseri, etyma nunc primum sanscrita, græca sæpe fusius proponi, exegeseos præsertim munera rectius absolvi, synonyma pertractari, cuncta denique ordinis et collocationis vim præseferre, cuncta operose ad logicæ artis regulas exigi, ut totius latinitatis Lexicon, quantum humana patitur conditio, suo non impar nomini exhibeatur (2).

Quid itaque nunc mihi restat, Auditores, nisi ut unde exorsa est, eodem terminetur oratio, vosque orem atque obtester, ne vestram fidem implorantibus consilio nobis deesse velitis; et quæ supervacanea, falsa, aut manca visa fuerint, ut ea pro vestra humanitate ac sapientia æquo animo doceatis ac libere fateamini? In mala enim tempora incidimus, Auditores, quibus nullus propemodum latinis litteris honor vulgo defertur; quibus muta saxa, bruta animantia atque aridæ mathematicorum notæ mentes adolescentium distinent, ac Tullianam magniloquentiam et suavissima Virgilii carmina pæne in oblivionem adducunt; quibus denique Seminaria una cum alumnorum educatione conviciis passim petuntur. Nostris ipsi auribus non raro accepimus, nostrisque oculis in pervulgata quadam ephemeride legimus, quæ quamque importuna homines, non dicam inimici, sed rerum ignari per contemptum effutiant; nos nimirum vetusta majorum nostrorum gloria beatos otio desidiaque torpere, perinde quasi nihil reliquum sit aut intentatum, quod operam et industriam efflagitet; nos angustis profecto scientiarum limitibus contineri, vetera leviter attigisse, nova prorsus ignorare, ac nedum græce, (quod ecclesiasticos viros pudeat) latine quoque nescire. Nos vero jurgiis opprobriisque silentium, verbis facta opponenda censuimus.

Majorem itaque sustinemus expectationem, gravius periculum et discrimen nobis manet subeundum, hoc præsertim sæculo, quo scilicet homines tot tantisque artium miraculis assueti, quippe qui viderint oceano pontes imponi, vias ferreas non modo sterni et muniri, sed montium quoque viscera audacter perrumpere ipsoque in aere tuborum ope suspensas tot hominum simul peregrinantium millia incredibili celeritate comportare, ac demum per immensa camporum marisque spatia tenui filo deducto disjunctissimas quasque gentes uno ictu uniusque cogitationis momento inter se colloqui commerciaque agere: id sane ingenii opus exposcunt, quod in tanta scientiarum luce nihil offendat, nusquam incurrat, displiceat nemini. Quamobrem etsi nos impellant et urgeant latinarum litterarum amor, majorum exempla, hujusce loci decus et nomen, gratique animi officium; arduum tamen onus deprecabimur, nisi vos, Auditores sapientissimi, præsto sitis, vestraque benevolentia et gratia nobis ad bene sperandum quasi signum aliquod extollatis.

(1) Lateinische Synonyme und Etymologieen von Ludwig Döderlein, Leipzig 1826-39.

(2) Maximo in hac nova editione (fatear enim quod sentio) mihi fuit adjumento Latinum Lexicon, cui titulus: *Handwörterbuch der lateinischen Sprache. Unter Mitwirkung von D.r Lübker, Gymnasialdirector zu Parchim und D.r Hudemann zu Kiel herausgegeben von D.r Reinhold Klotz ordentlichem Professor der classischen Philologie an der Universität zu Leipzig. Braunschweig* 1853. Hoc sane opus, quod sero nimium, anno scilicet 1856., ad me pervenisse doleo, præter brevitatem quam ipse titulus postulat et plura typothetarum menda, numeris ferme omnibus est absolutum ac summis propterea laudibus exornandum. Doctissimus itaque ejusdem Auctor publicum hoc mei erga se grati animi testimonium, quæso, libenter excipiat. — Nonnulla debemus etiam libello, qui inscribitur: *Nachtrage zu Forcellini's latein. Lexicon, mit einem grammatischen Excurse, von D.r C. Kärcher. Karlsruhe* 1854.

*NB.* Quæ superioribus Editionibus præmissa fuerunt, omnia subjicere censuimus, cum quia hoc in more positum semper fuit, tum quia illa partim editionum historiæ (1) maxime inserviunt, partim vero sunt admodum necessaria, ut, puta, Index Scriptorum Latinorum qui hoc in Lexico adducuntur. Horum autem summa hæc est:

I. Em. ac Rev. Antonio Marino Cardinali Priolo Episcopo Patavino Seminarium.
II. Cajetani Cognolati in Seminario Patavino Studiorum Præfecti Præfatio.
III. Clericis Seminarii Patavini latinæ consuetudinis assequendæ cupidis Ægidius Forcellinus.
IV. Epistola, quam Jacobus Facciolatus Josepho Lastæ Id. Januar. ann. MDCCLVI. dederat.
V. Nonnulla ex autographo ipsius Forcellini.
VI. Lectori benigno Josephus Furlanetto. Præfatio in Lexici editionem ann. 1827.
VII. Lectori benigno Josephus Furlanetto. Præfatio in Appendices.
VIII. Index Scriptorum Latinorum eorumdemque operum, quorum auctoritate vocabula eorumque significationes in hoc Lexico adducuntur et explicantur.

# I.

EMINENTISS. AC REVERENDISS.

## ANTONIO MARINO CARDINALI PRIOLO

EPISCOPO PATAVINO

## SEMINARIUM

Opus hoc, Princeps eminentissime, jussu olim avunculi tui Georgii Cardinalis Cornelii civitatis hujus episcopi designatum atque susceptum, te vero ad eamdem sedem rerumque nostrarum regimen evecto typis postea commissum, te demum auspice ac patrono feliciter evulgamus. Ac si quis rei hujus amplitudinem animo complecti potest, et hæc volumina non tam oculis quam ingenio metiri, is certe eximiam quamdam mentis animique magnitudinem in eo mirabitur, qui de hoc opere primum cogitans præsidia maxima ad illud contexendum liberaliter comparavit; eum vero, quo potissimum auctore e tenebris est erutum, et cum eruditis viris opinione citius communicatum, de latinis litteris optime meritum profecto existimabit. Nos vero, qui eam tibi rem nuncupamus, quæ tuorum voluntate incepta est, tuis in ædibus lucubrata, tuo demum jussu atque opera per typographum absoluta, nemini certe officiose facere videri possumus, nec veterem consuetudinem sequi, ut magnis voluminibus magna nomina præponantur. Sed quamvis non aliis auspiciis quam tuis ornari ac muniri hujusmodi opus a nobis poterat, muneris tamen loco Ægidii Forcellini recordationem accipies; cum et hominem probe noveris, et multas magnasque ejus animi dotes plurimi semper feceris, et apertum simplexque optimi senis ingenium præ ceteris adamaveris. Quamquam ea ipsa, quæ libris hisce continentur, quæque latinæ linguæ usibus, dignitati ac splendori maxime inserviunt, ad te afferri, tibique nuncupari ita debuerant, ut, quamvis aliter facere ne liberum quidem nobis fuerit, ratione tamen atque consilio id omnino fecisse existimemus. Latina lingua Religionis ipsius veluti administra, ejus sacra ac cæremonias complexa, latius ab ea, quam ab ipsa olim principe terrarum gente propagata, Romanæ Ecclesiæ gravissima nuncia, ejusque nota quædam, qua mores ritusque a ceteris discerni possint, hæc, inquam, lingua in eorum tutela esse profecto debet, quibus amplissima munera, ac splendidissimæ dignitates Religionis, et Ecclesiæ præsidia quælibet ac decora sanctissime commendata esse testantur. Superi faxint, ut, quemadmodum hæc urbs latinarum litterarum domicilium semper olim est habita, ac nostris etiam temporibus apud Italas exterasque gentes haberi solet, ita nos ad verissimam existimationem alendam atque corroborandam, tum labore ac sollertia nostra, tum hoc ipso opere a nobis edito contulisse aliquid videamur.

(1) Editiones Seminarii Patavini typis impressæ jam inde ab initio hæ sunt: *Calepinus Septem Linguarum cura Jac. Sartori*, qui et *Supplementum* addidit, a. 1708. — *Calepinus septem Linguarum cura Jac. Facciolati* primum editus est a. 1718.; deinde annis 1726., 1731., 1736., 1741., 1747., 1752., 1758., 1772. et 1779. Quæ prima editio extat in Bibliotheca Seminarii Patavini, eam Ægidius Forcellini plurimis notis atque adjectionibus manu propria exaratis instruxit, iisque posteriorem editionem a. 1772. locupletavit. — *Totius Latinitatis Lexicon consilio et cura Jac. Facciolati, opera et studio Ægidii Forcellini Seminarii Patavini alumni lucubratum* typis committi cœptum est a. 1771., tametsi multo post in lucem prodierit. Altera editio facta est a. 1805.; tertia aucta et emendata a Josepho Furlanetto a. 1827.

# II.

# CAJETANI COGNOLATI

## IN SEMINARIO PATAVINO STUDIORUM PRÆFECTI

## PRÆFATIO

### PRIMÆ HUJUS LEXICI EDITIONI, ANN. MDCCLXXI. EVULGATÆ, PRÆPOSITA, ET AB AUCTORE IN SECUNDA EDITIONE, ANN. MDCCCV., RECOGNITA

I. Qui olim, florentibus Romanorum opibus, bene loquendi laude celebrabantur, ii non jam populi consuetudine, sed multis litteris, et iis quidem reconditis et exquisitis, sunt hoc assequuti; fuitque scientiæ cujusdam ac rationis ea oratio, quæ non modo a pervagato sermone longe dissonaret, sed elegans quoque esset ac splendida, majestatem quamdam haberet et imperium consulare. Nos vero, qui eam linguam, quæ Romanorum fuit, neque a nutrice hausimus, neque a populi consuetudine arripuimus, illam tamen vel in veterum libris omnino agnoscere, vel puram ac sinceram in nostra ipsi scripta transferre contendimus, summo studio ac labore niti necesse est; cumque plurimi ad hæc studia sese conferant, paucos tamen esse scimus rerum harum intelligentes ac doctos, paucissimos vero, qui germanam latinitatem optima imitatione assequantur, et ornatæ factæque orationis laude commendentur. Cum vero plurima parare sibi adjumenta debeant latinæ consuetudinis assequendæ cupidi, tum illud in primis, ut uberem ac dissipatam verborum copiam complectantur, ut nitidissima quæque internoscant, ut propriam nativamque singulorum significationem maxime intelligant: hoc enim totius rei veluti solum et fundamentum; his veluti ex radicibus optimus sermo coalescit; et ipse C. Julius Cæsar, cum de ratione latine loquendi ad Ciceronem accuratissime scriberet, *verborum delectum originem* dixit *esse eloquentiæ* (a). Quemadmodum enim jurisperiti, quos interpretandi studium atque necessitas in illa veterum vocum investigatione detinuit, priscam verborum proprietatem dignitatemque retinuerunt, optimumque loquendi morem cultu hoc atque delectu corroborarunt; ita illud inclinatæ jam latinitatis argumentum semper fuit, cum ipsa verba a nativa significatione prava loquentium consuetudine detorquerentur. *Animadvertere est*, inquit A. Gellius (1), qui post Hadriani tempora florere cœpit, *pleraque verborum latinorum ex ea significatione, in qua nata sunt, decessisse vel in aliam longe, vel in proximam; eamque decessionem factam esse consuetudine et inscitia temere dicentium, quæ cuimodi sint, non didicerint*. Quare vix quisquam est romanæ linguæ et eloquentiæ studiosus, qui carere Lexicis sine sua fraude possit; est enim percommodum optimas quasque totius Latii veluti exsuvias aliorum labore ac studio collectas explicatasque intueri. Atque hactenus quidem hisce præsidiis non omnino caruimus; erat tamen adhuc locus aliquis iis omnibus, de quibus olim in suo *De Lexicorum Latinorum jejunitate* libello Olaus Borrichius querebatur. Hac vero ætate, qua optimi quique latinæ linguæ auctores pristinæ integritati criticorum opera sunt restituti, eosque docti homines commentariis ornarunt, laboriosis vero verborum indicibus locupletarunt; qua plurima romanarum antiquitatum monumenta in lucem edita, explicata, illustrata; collecti inscripti lapides; numismata demum, ac litterata quæque rudera ab eruditissimis viris ad omnem usum congesta: hujusmodi certe opus conscribi poterat, in quo, non dicam jam studiosorum vota ac posteritatis judicia conquiescerent, sed eorum saltem, qui in hoc ipso rerum genere antea laborarunt, diligentia ac laus vinceretur. Quare cum vetus illud Ambrosii Calepini Lexicon scholas teneret, essetque illud, ut de eo loquitur Morhofius (2), *sacra studiorum anchora, ad quam confugiebant qui in latina lingua se exercere volebant*, idem tamen, quamvis expurgatum, auctum, perpolitum, ad explicandam comparandamque latinitatem minime satis esse iis ipsis videretur, qui in eo interpolando sæpius laboraverant, de novo condendo cogitari cœptum est; quod jam olim inchoatum, paucis demum abhinc annis absolutum atque descriptum, nunc jam, quod bene vertat, per typographum evulgamus. Ac profecto si quis rei hujus amplitudinem animo complecti potest, et quam difficile latini sermonis regulæ atque præsidia constituantur, intelligit; si quis cetera hujusmodi syntagmata per doctissimos viros toties edita cum nostris hisce conferre voluerit, is de Ægidio Forcellino optime judicabit, qui per annos ferme quadraginta idem saxum volvens, opus hoc, in quo latinæ voces omnes, ac multiplices earum significationes atque usus continentur, lucubravit. Fuit in illo ingenium, litteræ, cura, cogitatio, diligentia; erat ille romanarum rerum scientissimus, et earum artium, quæ Latinis olim placuerant, rudimenta attigerat; Græce doctus; in veterum Latinorum libris versatus, volutatus. Illum ego cum vivum colerem, tum etiam nuper exstinctum maxime dolui; neque unquam ejus hominis memoriam dimittam, qui cum litterarum studiis eos mores conjunxit, ad quos formandos litteræ ipsæ sunt inventæ. Atque ipse quidem in eo sermone, qui nostrum hunc proxime sequetur, operi suo præfabitur; ego interim ea persequar, quæ de se ipse poterat verissime dicere, sed ab omni specie ac pompa remotissimus omnino reliquit.

(a) Hæc nempe verba ex ejus lib. I. *de Analogia* affert *Cic. ad Brut. c.* 72.
(1) Noct. Att. lib. XIII. cap. 29. De auctoris hujus ætate vide Fabricii Biblioth. Lat. l. 3. c. 1. ab Ernesti auctam.
(2) Polyhist. Litterar. Tom. I. lib. IV. cap. IX. § 9.

II. Id igitur ipse præstitit, quod sane in hoc opere potissimum est, ut in afferendis scriptorum locis, quæ exemplo et auctoritati esse debent, ea non jam e suis sedibus avulsa ac solitaria spectaret, ut fere solent alienarum rerum descriptores, sed in ipso contextu et continuatione sermonis apud auctores legeret, et ipsa loci comprehensione verissimum sensum interpretando extunderet; quod quidem, præsertim si quid rarius atque insolens in verborum significatione occurreret, esse maxime necessarium existimavit. Eum itaque, qui ætatum omnium scriptores tractare debeat, et in opus transferre, in eas etiam artes, quæ minus liberales habentur, invadere necesse est; resque variis conjecturis implicatas, et abditum plurimorum verborum sensum explicare; antiquis rebus, ac jam deperditis, afferre lucem; historiam omnem, eruditionemque complecti. *Quot sunt*, inquit Carolus Du Fresne (3), *in mechanicis artibus, quæ latine reddi non possunt, cum et forte non noverit Latium ipsum, vel, si novit, ad nos vocabula ista non pervenerint; aut certe si alicubi exstant, horum vim non omnino percipiamus; quod in unica Vitruviana architectura licet observare, in cujus vocabulorum notionibus investigandis insudarunt tot viri eruditi; adeo ut de unica* Scamillus *voce integri exstent commentarii?* Hæc omnia feliciter evolvit Forcellinus; iisque, uti debuerant, explicatis, copiam commendationemque Lexico suo comparavit: qui etiam cum in ea incideret, quæ, ut recte exponantur, penitioris cujusdam scientiæ aut artis præsidia postulant, ea, ne sibi a viris, in sua quibusque re, doctissimis unquam deessent, diligentissime cavit. Nam et ex Julio Pontedera, totius antiquitatis et eruditionis peritissimo, multa quæsivit; et de Frontino, Vegetio, Vitruvio sæpe est cum celeberrimo Joanne Poleno colloquutus; et Joannis Baptistæ Morgagni uti voluntatem ac studium, ita ingenium quoque ac doctrinam suis usibus paratam habuit. Hunc enim virum non ipsa tantum anatomica studia commendant, in quibus plane regnat, et artis ipsius prope nomen est; sed ipsa quoque critice principem habet, ac jactat: qui et multa in A. Cornelio Celso emendavit; scripsitque plurima sane doctissima (4) in eos auctores, qui rustica præcepta, et rem veterinariam latina consuetudine tradiderunt; pulcherrimis demum epistolis Æmiliam suam illustravit (b). Atque ille quidem postremis hisce mensibus multa mihi de hoc opere, multa de Forcellino commemoravit; illud magnis laudibus, hunc vero lacrimis prosequutus. Virum egregium, sibiquê multorum consiliorum societate conjunctissimum exstinctum doluit; triste sibi magnarum virtutum desiderium relictum dixit; alterum ab altero adjutum sæpe communicando, et monendo. Quem ille sermonem cum mecum habuisset, ejus voce post semper carui; carebo etiam quamdiu ero: hujus quippe anni exitus fuit huic Gymnasio, huic Urbi, Italiæ toti ex ejus morte luctuosissimus. Sed nostra jam persequamur.

III. Hæc igitur in hoc Forcellini Lexico, quæ certe nusquam alibi; uti etiam illa exemplorum copia, quam in unius vocis, aut ejusdem sententiæ explicatione ubique affectavit; quam quidem cum multis ipse rationibus excuset (c), ego multis commendandam existimo. Pluribus enim scriptorum locis in unam vocem sententiamque congestis, varios ejusdem vocis veluti nexus, ac multiplices, quas veluti explet, commissuras facile animadvertimus; ex quo verbi ipsius potestas, sensus, usus, explicatio magis elucescit. Habet præterea unaquæque verborum significatio suos veluti gradus, quasique vanescentia discrimina ex varia cum aliis vocibus compositione nata; quæ profecto impercepta lateant necesse est, si illa desit exemplorum copia: hæc autem qui non animadvertat, aut sibi negligenda esse ducat, is certe de latina lingua existimare aut leviter, aut nihil potest. Hanc demum exemplorum varietatem si quis attendat, is etiam duarum vocum, quarum tanta videtur esse similitudo, ut eumdem præstare usum ubique possint, varios veluti significationis gradus ac differentiam facile intelliget. Duæ enim voces, in quibus est significationis communio, tunc solummodo indistincte atque promiscue adhiberi possunt, cum generalem quamdam rei ipsius notionem explicamus; at, si quos habet res ipsa gradus, exponendi sint, tunc illa significationis communio evanescit, et ad alias voces confugiendum est, quibus isti veluti gradus exprimantur. Magna profecto esset ejus sermonis egestas, ac magna in eo elegantiæ inopia, in quo verbum verbo supponi ubique posset; tunc enim generalem tantummodo sensum, nunquam vero illos, de quibus ajebam, unius ejusdemque rei multiplices gradus loquendo scribendoque significaremus (5). Hæc itaque ex ipsa exemplorum copia unusquisque intelliget, ac verissimam Latini sermonis indolem, copiam, elegantiam assequetur; nisi forte pollutas lue quadam aures habet, ac nondum ex grammaticorum fæce enatavit.

IV. Variæ porro, et quadam sæpe similitudine inter se conjunctæ, aliquando etiam sibi dissidentes unius ejusdemque vocis significationes sedibus et explicatione in hoc Lexico distinguuntur; aliquibus passim adjectis, atque idoneis testibus comprobatis, quæ in aliis id genus operibus non apparent. Atque illud quidem rerum harum scriptoribus commune est, ut proprium ac nativum verbi sensum primo exponant, deinde figuratas significationes subjiciant; at non eam ubique rationem tenent, quæ in hac significationum serie maxime esset, ut quidam ajunt, adhibenda. Qui enim sensus a primo illo ac naturali

(3) In Præfatione ad Glossarium Mediæ et Infimæ Latinitatis § XIV.

(4) Vide Epistolam Julii Pontederæ ad hunc ipsum Morgagnum in Scriptoribus Rei Rusticæ editis a Jo. Matthia Gesnero Lipsiæ an. 1735. pag. 1195.

(b) Nempe iis XIV. epistolis, quæ inter ejus opera editæ, Æmilianæ appellantur.

(c) Vide ejus epistolam Clericis Seminarii Patavini huic præfationi subjunctam § IV.

(5) D'Alembert, Mèlanges etc. Tom. IV. pag. 149. Nullam esse vocem alteri omnino geminam definitionibus et exemplis demonstratum est a *Girard* in ea lingua, qua nunc utuntur Galli. Multo rectius et uberius id ipsum præstitit *Stosch* in lingua Germanorum, tribus editis voluminibus ann. 1770., 1772., 1773. Horum tamen aliorumque industriam vicit nuper Gallus alter *Roubaud* quatuor voluminibus, quæ Parisiis prodierunt ann. 1786. sub titulo: *Nouveaux Synonymes* etc. (* Utriusque Galli scriptoris *Girard*, et *Roubaud* elucubrationes, novis additis exemplis ex *Beauzée*, *d'Alembert*, *Diderot*, *Marmontel* etc., melius digestæ, et tribus voluminibus comprehensæ editæ postea sunt Burdigalæ ann. 1802. in 12.°) Quod igitur in vernacula lingua scriptores isti sunt exsecuti, id in latina tentatum est a *J. B. Gardin Dumesnil* singulari volumine Parisiis edito ann. 1777. in 12.°, quod ann. 1788. in 8.° recognitum et amplificatum rursus edidit sub titulo: *Synonymes Latins et leurs différentes significations* etc. (* Tertiam vero hujus operis editionem iterum recognitam, emendatam et auctam curavit *Jannet* Parisiis ann. 1813. in 8.°)

minus deflectit, is, ex illorum sententia, proximum tenere locum debet, qui vero magis, is minus proximum; ceteri vero qui ab illo descendunt, et figurati dicuntur, per deductos originis veluti gradus exponendi. Quod quidem præstare optime posset et probe expensa linguæ ipsius progressio, et idearum sese ordine in humana mente evolventium certissima scientia, et rerum, quæ alieno verbo ponuntur, probe intellecta ac per gradus notata similitudo; atque ii primum transferendi modi explicandi essent, quos necessitas genuit inopia coacta et angustiis; illi deinde, qui, confirmata jam ac celebrata lingua, ideo sunt adhibiti, ut orationi splendoris aliquid accesserent. Hunc itaque exponendarum significationum ordinem nonnulli docent; qui tamen a philosophis potius, quam a grammaticis est expetendus; quique etiam in hujusmodi operibus constanter adhibitus, et res aliquando perturbaret, et arbitrio plus æquo tribueret. Ego satis illustri ordine ea prosequutum Forcellinum existimo, ex quibus omnis exsistit singulorum verborum virtus atque laus.

V. Jam illud sequitur, ex quo maxima fieri debet huic operi commendationis accessio; plura enim in eo, quam in ceteris, vocabula; nonnullis enim vocibus romanæ civitatis possessionem Forcellinus vindicavit. Idonei rei hujus testes fuerunt grammatici veteres, scriptoresque latini non pauci, quos, cum verborum indicibus carerent, diligenter ille percurrit; ac præterea numismata vetera, ac tandem litterati lapides. Horum ille collectiones omnes in oculis habuit; vidit æneas tabulas Heracleenses (6); eos etiam vidit, quos in *Antiquitatibus Beneventanis* (7) vel emendavit, vel protulit omnium primus *Joannes De Vita;* fecitque magna, quæ in eo erat, antiquitatis notitia, diuturna in latinis rebus exercitatio, collecta et expleta undique eruditio, ut iis, qui probæ notæ essent, utendum sibi existimaret. Gavisus ille vehementer esset, si ex clarissimi viri Scipionis Maffeji *Arte Critica Lapidaria* proficere potuisset; at editum est postumum illud opus anno tantum MDCCLXV. (8), quo tempore a nobis Forcellinus discesserat, domique vivens et immortalitati jam proximus, æterna solummodo cogitabat. Eo in opere Maffejus inscriptiones ab eruditorum ferme consensu ad hanc diem receptas, et commenticias tamen, sedulo perquirit, inque redintegratum judicium, novis tabulis, novisque testibus adhibitis, pertrahit (9); et cum infinito pæne hostilium lapidum numero bellum sibi gerendum suscipit; ut disjecta attritaque ubique gentium ficticia marmora jaceant, informibusque et vulgaribus saxis, ut antequam inscriberentur, rursus tandem accenseantur (10). Multa quippe ex simulatis istis antiquitatis exsuviis rebus omnibus illata damna; perturbata temporum ratio, imminuta litterarum dignitas, inusta historiæ labes, populorum ac gentium jura temerata; verba demum, quæ toto Latio exsulare debuerant, minime idoneis testibus in Latium invecta. *In grammaticis itidem,* inquit Maffejus (11), *et in rhetoricis, ut minora quoque attingamus, qui titulis acquiescet omnibus, fallacias hauriet quamplurimas: hinc verba videas tamquam latina et prisca a Lexicis etiam quandoque recensita, quæ romana frui civitate minime possunt, quippe quæ iniquis tabulis, hoc est captione inscriptionis fide adscita.* Hinc Lexicon Patavinum sæpe nominat, vetus illud nostrum Ambrosii Calepini; ac nimium eorum fidem reprehendit, qui quædam illi vocabula ex falsa lapidum auctoritate adjecerunt. Quare cum Forcellinus ipsas illas voces a Maffejo in veteri Calepini Lexico notatas in suum transtulerit, iisdemque lapideis testibus firmaverit; fuit certe nobis in hoc sermone de *Arte Critica Lapidaria* dicendum, ne viri antiquitatum omnium peritissimi sententiam atque judicium aut ignorasse, aut neglexisse videremur. Ac de toto quidem Maffeji opere videant eruditi; ex quibus ille qui nuper Venetiis obiit, quique alias cum Maffejo certaverat (12), Michael Lazari, plura in scriptis reliquit, quæ *Artem* illam *Criticam Lapidariam* impugnant; multarum vero rerum scriptor Franciscus Antonius Zacharias jam illud existimavit, futurum profecto, ut multa Maffejus in eo opere aut immutaret, aut lenius ageret, si post editum Museum Veronense manum illi rursus admovisset (13). Eas ego tantum collegi voces, quas Cl. Maffejus vel dubias habet, vel omnino rejicit, prout illi lapides ipsi, ex quibus desumptæ sunt,

(6) Alex. Symmachi Mazochii Commentariorum in Regii Herculanensis Musei Æneas Tabulas Heracleenses Pars I. et II. Neapoli 1754. fol.

(7) Thesaurus Antiquitatum Beneventanarum. Romæ 1754. fol.

(8) Cl. viri Scipionis Maffeji Marchionis Artis Criticæ Lapidariæ Quæ extant . . . . . . . edita a Sebastiano Donato. Opus postumum. Lucæ 1765. ex Typographia Leonardi Venturini, fol. Præmittitur hoc opus Tomo I. supplementi ad Novum Thesaurum Veterum Inscriptionum el. viri Lud. Ant. Muratorii.

(9) Artis Criticæ Lapidariæ lib. III. cap. III. col. 188.

(10) Ibid. col. 189. (11) Ibid. col. 158. (12) De Equestri Ordine Constantiniano Inquisitio in Epistolam Scip. Maffeji etc. Venetiis 1725. 4.°

(13) Pag. 490. *Istituzione Antiquario-Lapidaria ossia Introduzione allo studio delle antiche Latine Iscrizioni in tre libri proposta.* In Roma 1770. 8.°

*Questo troppo rigido scrittore* (Maffei) *ha sparso il Pirronismo sopra troppe Iscrizioni, onde ha meritato, che il poco fa defunto chiarissimo letterato Venezıano* Michele Lazari *distendesse contro il medesimo varie Dissertazioni, le quali sono tuttavia inedite; e che a pag.* 490., *il predetto nostro Autore* (P. Zaccaria) *si dichiari di credere, che s' egli alla sua opera avesse rimesse le mani dopo la pubblicazione del* Museo Veronese, *avrebbe molti suoi giudizj ritrattati, o mitigati.* Novelle Letterarie pubblicate in Firenze l'anno MDCCLXX. col. 616.

Citari etiam debet eruditissima *Joann. Amadutii ad Janum Plancum* (Bianchi) *archiatrum Ariminensem epistola, in qua Inscriptiones nonnullæ Ariminenses a falsitatis nota, quam Scipio Maffejus inusserat, vindicantur.* Lucæ 1767. 12.°

Exstat itidem egregium opus Petri Laurentii *Del Signore,* cui titulus, *I Marmi Riccardiani difesi dalle censure del Marchese Maffei.* Firenze 1781. 4.°

[* Tandem *Jo. Casp. Orellius* in opere, cui titulus: *Inscriptionum Latinarum selectarum amplissima collectio. Turici* 1828. 8.° ad pag. 55. hæc habentur: « Maffeji Scipionis utilissima sane est ad ingenium acuendum, multasque obscuriores sæpe fraudes detegendas ejus *Ars critica lapidaria.* Sed a tumultuaria ejus iniquiore censura permultos lapides jam vindicarunt *Zaccharia, Del Signore, Marinius* (Fratelli Arvali), et *Vermigliolius* (Iscrizioni antiche Perugine); idemque non frequenter per totum hunc librum fecimus, etsi omnes, quorum fides ab eo præcipitanter impugnata est, data opera defendere nostri officii minime duximus. Nam ut in quarta circiter parte eorum, quos in suspicionem vocat, verum fortasse viderit, longe tamen plurimi manent inconcussi, ut viderunt jam imperfecti operis editor *Seb. Donatus,* et *Klotzius* in *Actis litterar.* vol. 4. p. 405. egregie hac de re disputans. V. ibid. quæ sequuntur.]

aut dubiæ aut damnatæ fidei videntur esse; FORCELLINUS vero et Latii jure carere minime putat, et ea litterata marmora idoneos rei hujus testes existimat. Has ego nunc ob oculos ponam, remque omnem fideliter peragam; ipsas plerumque tabulas in conspectum adducam, ut ipsæ quodammodo pro se loquantur; dicam ego aliquid aliquando, verecunde tamen ac dubitanter. Quamquam id maxime animos addit, quod est a doctissimis viris Joanne Francisco Seguierio, et Sebastiano Donato (quorum alter Maffeji opus exscripsit, alter edidit et illustravit) de eodem opere judicatum. *Equidem nos*, inquit Donatus (14), *non omnia epigrammata, quæ in* Arte Critica Lapidaria *censoria virgula notantur, rejicienda esse putamus. Nam neque ipse Cl. auctor ea omnia rejecit, et ad spuria et supposititia amandavit. De nonnullis enim titulis subdubitat, alios ad examen revocandos vult, alios interpolatos, non paucos quadratariorum vel exscriptorum oscitantia vitiatos credit, (vel ita monstrosi et exesi sunt, ut sensus percipi non possit), nonnullos obiter attigit, alios in* Museo Veronensi *pro genuinis evulgare minime dubitavit, (ut aliquando in nostris adnotationibus ad hoc opus observabis), plerosque eruditorum judicio reliquit, de aliis vero cur dubitet, rationem non adfert. Nam istiusmodi disputatio ob mortem ejusdem auctoris infecta remansit.* Et revera multa quidem (*ut ad me scripsit Cl. Seguierius immortalis nostri Maffeji laborum, studiorum, et itinerum tot annos comes, amicus in paucis, et contubernalis*) erat retractaturus, si operi ultimam manum adhibuisset. *Nam cum anno* 1749. Museum Veronense *edidisset, videtur quasi animum retraxisse ab* Artis Criticæ Lapidariæ *evulgatione* (15). . . . . . *Quis credat* (16) *in absolutissimum* Gruterianum *Corpus, in* Reinesianum *Syntagma, in* Sponii *Miscellanea, in* Fabretti *Collectionem tot lapides spurios irrepsisse? Quot obelo notavit noster auctor, cum eos pro sinceris admiserint hi celeberrimi collectores? Esto, aliquando peccaverint; an fieri potest, ut in plerisque marmoribus emendentur?*

VI. Ac mihi quidem earum vocum, quas modo proferam, ac FORCELLINI ipsius, qui Latii jura iisdem tribuit, facilis et in medio posita defensio esset, si quos lapides Maffejus minime probat, nihilque habere ait antiquæ majestatis et elegantiæ, eos tunc temporis inscriptos putaret, atque etiam ad fallendum propositos, cum veteris libertatis obliti demisere animum Romani, ac fortunæ suæ similia facere atque scribere cœperunt; iis, inquam, temporibus, quibus nobilissima eorum lingua una cum imperio ad senium properabat. In hoc enim opere iis quoque auctoribus locum aliquando esse voluit FORCELLINUS, qui ferream ac luteam etiam latinæ linguæ ætatem attigerunt; quod eos in optimis Lexicis admissos receptosque viderit; quodque verborum quorumdam, quibus utuntur, explicatio, sin minus latine scribere, latina saltem intelligere cupientibus maxime sit opportuna. Quare inscriptiones etiam, in quibus aut insolens verbum est, aut inurbana dictio, aut sermo non omnino purus ac nitidus, in Lexicis stare possunt, et ad illa cadentis latinitatis tempora referri; nisi cetera rei falsitatem prodant, vulgares indoctasque manus, ac posteriorum ætatum sive stilum, sive scalprum. At rei lapidariæ detrimenti aliquid Maffejus timuit, si ita sensisset; ideoque inscriptiones plurimas novitiis marmoribus vetusta specie affictas esse arbitratur; cumque *his vetustatis spoliis* (17) *jam a decimosexto ineunte sæculo atria, horti, villæ in Italia exornari cœpissent, videreturque non omnibus elegantiæ et magnificentiæ numeris satisfecisse, qui istiusmodi cimeliis careret*, fuisse tunc, *qui, cum sincera non essent ad manus, eorum imitatione spuria confingi paterentur, vel saltem ad loculos omnes venuste complendos ficticia cum legitimis admisceri.* Hinc ad res patrias illustrandas, ad civitatum et municipiorum tuenda jura, ad rerum antiquarum, latinitatis doctrinæque laudem ostentandam, ad augenda splendideque ornanda volumina, ad explendum denique fallendi, mentiendi novandique studium vetera monumenta plurima recentiorum hominum sive scalpro, sive calamo simulata fuisse arbitratur; idque per ea tempora, quibus latinæ litteræ ab Italis excitatæ ad auream illam Augusti ætatem proxime tandem accesserunt. Ego vero, et quosdam esse lapides, quorum fides ex toto non constat, alios etiam, quos corrigi et emendari oporteat, nonnullos demum, quos docti viri probare minime debeant, omnino existimo; at vix crediderim, per ea sæcula, quæ proxime sunt elapsa, ita rem lapidariam dolo malo vitiatam fuisse, ut pæne singula suspicionem movere debeant, plurima vero negligi omnino atque damnari. Ex illis potius litteratorum marmorum fodinis, quæ Romæ sunt, rerum harum supellex aucta est. *Innumera monumenta*, inquit Cl. Muratorius (18), *ex pomœrio Urbis, præcipueque ex suburbanis cryptis et locis, per tria proxime præterita sæcula in lucem prodiere. Neque facile enumeres tot alia, quæ ante paucos annos, et nuper etiam ibi eruderata fuerunt.* Quis Cyriaci Anconitani egregium opus ineunte sæculo quintodecimo susceptum ignorat? Quis Fratris Joannis Jucundi Veronensis vetustas inscriptiones eodem labente sæculo collectas non audivit? Utinam eruditissimis viris, qui in hoc rerum genere postea laborarunt, ipsa marmora licuisset inspicere! Emendassent illi plurima, ac rei lapidariæ melius consuluissent. *At indocti homines* (19) *nihili facientes veneranda antiquitatis frusta, aut a majoribus suis collecta, aut in effossionibus sibi oblata, nullo negotio ipsa distrahunt, dilacerant, atque in omnem usum, præcipue ædificiorum, sine ullo discrimine disperdunt. Alia deferuntur ad marmorarios atque statuarios, inhumanos videlicet antiquitatis lanios, qui, expunctis omnibus vetustatis notis, eadem ad nova quæque opera, prout utilitas poscit, reformant, seu potius deformant. Denique non levis eorum pars ad calcarias translata, atque igne soluta, calcem marmorariis et cœmentariis artificibus utilem præbet.* Quoniam igitur primo illo indiciorum genere, quod ex ipsis inspectis lapidibus peti debet, uti plerumque criticæ artis periti minime possunt, ad alterum confugiunt, quod ex ipsa verborum consideratione haberi solet: atque hoc nimirum in iis, quæ modo exponam, fere semper Maffejus adhibuit.

(14) Monitum editoris *Artis Criticæ Lapidariæ* pag. IV.
(15) Vide Museum Veronense pag. CLXXV. (16) Pag. V. citati Moniti.
(17) Artis Crit. Lap. lib. III. cap. II. col. 158.
(18) In Præfatione ad Thesaurum Novum Veterum Inscriptionum. Mediolani 1739.
(19) Cl. Muratorius in eadem Præfatione.

VII. Per usitatam litterarum seriem eas, de quibus ajebam, voces enumerantibus occurrit primum verbum *Ædituo*, de quo ita in *Arte Critica Lapidaria* (20). *Inauditum verbum* Ædituare *recens Glossarii Calepiniani editio recensuit et recepit, Lucretium memorans, qui* æditUentes *dixit, non* æditUantes; *sed vere a duobus hisce epigrammatis decepta* (21), *quibus inanius nihil. Ligorii munere utrumque habemus, quem et alia duo a Grutero descripta effudisse non dubito, eadem prorsus forma,* Vixit Annos *totidem,* Ædituavit Annos *totidem.* Ac Lucretii quidem locus lib. VI. de Rer. nat. v. 1273. ita allatus est in nostro illo Calepini Lexico:

*Hospitibus loca, quæ complerant æedituentes;*

ita nimirum ut Maffejus legendum putat; at cum ibi verbum *Ædituo* duplici efferatur modo, legaturque *Ædituo, as* et *is*, idcirco post citata Reinesii epigrammata, in quibus est *Ædituavit*, Lucretii versus citatus est, ut alterius quoque modi, quo verbum hoc inflecti potest, exemplum esset. Forcellinus vero et *Æditnens* posuit, et *Ædituo, as;* ac primæ quidem voci Lucretii auctoritatem apposuit; alteram vero duabus illis, quæ sunt apud Reinesium, inscriptionibus, ea etiam quæ est apud Gruterum pag. MLXXXVIII. num. 5. confirmavit. Hanc ego proponam: C · CICVRINO · ASIA | TICO · AEDITVO · SVL (*) | VANI · LITTORALIS | PARENTI . SANCTISS | T · CICVRINVS · DIMA | RVS · POSVIT | AEDITVAVIT . ANN | XVI · VIX · LXX | MENS · IX · D · VII. Duos Reinesii lapides Maffejus rejicit; erratumque esse ait in *Ædituo Sepulcri*, in *Sacerdote Sergiæ Familiæ* et in clausula *Fecit Sibi, Et Suis Amicis*, quæ ridicule, inquit, excogitata sunt et inepte. Duo vero, quos affert Gruterus, quorum primus habetur pag. CCCXII. n. 5., alter vero a Forcellino citatus est, a nobis descriptus, ideo tantum suspicionem Maffejo movent, quod eos ex Ligorii fodinis erutos putet; huic enim sponsori non ita facile credendum esse doctissimi viri jamdudum monuerunt (22). Verum apud Gruterum nihil omnino de Ligorio. Primum quippe lapidem (quod a Sebastiano Donato notatum est, et in postrema Gruteri editione, qua nos utimur, quæque Amstelædami prodiit an. MDCCVII., legi potest) primum, inquam, lapidem ponit *In villa Julia extra Portam Flumentanam, ad viam Flam. ara marm. grandis: litera bona, sed incorrecta,* eidemque lapidi subscriptum est, *Exscripsit Smetius; vidit Pighius, et habet Boiss. VI. antiq.* 59. Alterum vero, qui certe latine loquitur, et est a Forcellino adhibitus, *Romæ* esse ait *ad horrea Diocletiani;* legiturque post ipsum, *Grutero Boissardus T. VI.* 126. Ne igitur de duobus illis Reinesii epigrammatis longo sermone disseramus, hoc unum dicimus, voci *Æedituare* satis jam consultum esse in hoc Lexico eo Gruteri lapide, qui citatus est. Vidi ego hujus C. Cicurini Asiatici magnæ formæ monumentum ære expressum apud Cel. Montfauconium, a quo ita describitur, quique de eo ita loquitur (23): *De Silvano litorali egimus Tomo primo: quid autem esset æditUus, secundo Tomo diximus. In supremo lapide repræsentantur Cicurini pater atque filius: in laterali autem facie arbor atque delphinus: arbor meo judicio Silvanum subindicat, qui semper cum arbore conspicitur; delphinus vero Silvanum litoralem, qui, ut ipsum nomen sonat, in litore maris colebatur.* Huic scilicet monumento vox *Ædituavit* inscripta est. Meminerit Maffejus id se docuisse (24): *Inter veritatis argumenta, id præcipue computo, cum ingentibus lapidibus insculptæ occurrunt epigraphæ; animadverti scilicet, noluisse ut plurimum epigrammatum adulteratores multo impendio nænias suas proferre: difficilius etiam, ubi multæ molis saxa fuissent incidenda, clam, et in abdito peragi opus potuisset: eapropter sumptuosas arcas, et magnas istas quadratasque bases, priscas et genuinas deprehendi fere semper.* Vox illa tandem et nitida est, et nihil omnino a latina consuetudine abhorret. *Æedituor* enim Nonii testimonium habet, qui c. 2. n. 52. Pomponii verba referens apud Gellium lib. 12. c. 10., *Qui postquam tibi appareo, atque æditumor in templo tuo*, legit *æedituor;* utramque vero terminationem huic verbo factam esse, omnino dicendum est.

VIII. Eum quoque lapidem Maffejus subruit, qui est apud Reinesium Cl. I. p. 3. n. 2., cujus auctoritate tres illæ voces *Arithmeticus, Fistularius, Imaginarius* a Lexicorum scriptoribus allatæ sunt et explicatæ. Ecce lapidem ex eodem Reinesio: DIIS OMNIBVS COELESTIBVS | P · GAISIDIO (**) Q · F · SABINIANO | FISTVLARIO · CANTORI · IMAGI | NARIO ARITHMETR (***) · VIXIT · A · XLIII (****) | M · X · D · III · IN · FR · P · XXX · RETRO | XL · CVIVS INGENIVM ELOQVI NEMO | C · TIPHERNIVS C · F · SACERDOS. *Latinarum prima*, inquit Maffejus (25), *quam Fabrettus quoque ex aliis sibi schedis adoptavit,* Diis omnibus Cœlestibus *insueta formula inscribitur, et nunquam auditis gentibus* Gaisidia ac Tiphernia *insignitur: in ea orationis elegantiam et connexionem observes velim.* In Fronte Pedes XXX. Retro XL. (*****) Cujus Ingenium Eloqui Nemo: *sed magis quæ per se fallaciam satis indicat, votivæ et sepulcralis formæ commixtionem, depravationemque. Ex hac tamen tabula tria ab eruditis viris et a quibusdam quoque Lexicographis arrepta vocabula, et latinitatis jure sine alia auctoritate ulla donata videas;* Imaginarius *pro pictore,* Fistularius *pro fistulatore,* Arithmeticus *pro calculatore.* Monuerat jam Reinesius ipse (26) ab hoc sepulcrali cippo separanda esse quæ præscripta sunt, *Diis Omnibus Cœlestibus*, et esse illa loco non suo; atque ita Maffejo *insuetam formulam, et sepulcralis formæ commixtionem, depravationemque* objicienti jamdudum satisfactum est. Sed illud ego etiam animadvertam, Cœlestes quoque Deos sepulcrorum patronos a veteribus fuisse habitos, Inferosque cum Superis in sepulcrorum titulis aliquando commixtos. Multa de re hac apud

(20) Lib. III. cap. IV. col. 410.
(21) Syntagma Inscriptionum antiquarum Reinesii. Lipsiæ et Francofurti 1682. pag. 388. n. 53. et 54. e MSS. Antiq. Ligorii Langermannus.
(*) Apud Montfauconium SYL. (22) Vide Muratorium in Præfatione al. citata; sed præcipue pag. I. et II. Novi Thesauri.
(23) Antiquitas explanatione et schematibus illustrata. Gallice et Lat. Parisiis 1722. T. V. P. I. Lib. II. cap. VIII. pag. 66.
(24) Artis Crit. Lap. lib. III. cap. II. col. 161. 162. (**) Apud Fabrettum Q. GRISIDIO.
(***) Apud eumdem ARISMETR. (****) Apud eumdem XLIV. (25) Ibid. cap. IV. col. 391. 392.
(*****) Apud Maffejum LX. (26) In Nota, seu Comment. ad hunc lapidem

celeberrimum Montfauconium (27). Urnam ille commemorat, quam Parisiensi Litteratorum Academiæ miserat P. de la Chaize; ejus inscriptio insolens visa est: D. M. | SVLPICIO | NOTO ADESTE | SVPERI. *Invocari videntur Dii illi Cœlestes pro* Sulpicio Noto, *qui, cum sit defunctus, ideoque sub ditione Inferorum Deorum, ex cœlesti providentia nihil sperare poterat.* Id scilicet Academicis explicandum erat; explicarunt autem alii aliter. Eorum opiniones (quas omnes Maffejus et rejecit et irrisit Artis Crit. Lap. l. 3. c. 4. col. 477. 478.) Montfauconius recenset; hæc demum ipse (28). *Deos cœli precatur* (Sulpicius Notus), *ut urnam suam tutam præstent ab injuriis, quæ inferri poterant; verbi caussa, ossa cineresque ejiciendo, id quod tunc magnum scelus existimabatur, ingensque defunctis infortunium . . . . . Etsi vero defunctorum anima sub potestate esset Deorum Inferorum, urna et ossa, quæ in terra erant, sub potestate et jurisdictione Cœlestium, atque etiam sub ditione Inferorum Deorum esse arbitrabantur, ob affinitatem animæ et corporis.* Vide cetera apud eumdem. Vidit hujus urnæ titulum etiam Muratorius; a Maffejo enim acceperat (29). Atque hæc quidem, quæ modo diximus, ab eo quod agimus, omnino aliena iis videri debent, qui illud potius a *Sulpicio Noto* peti arbitrantur, ut quod vitam in terris adhuc degunt, ii sibi faveant, tumulum suum tueantur, cineres et ossa ne inquietent: ajunt enim, et exemplis probant *Superos*, ex latina consuetudine, ab iis, qui infra nos sunt, eos recte vocari qui adhuc vivunt. Horum ego opinionem commemoro, et in medio relinquo. Venio nunc ad gentem Gaisidiam, atque Tipherniam, quas nunquam Maffejus audiit. De P. Gaisidio, quem Fabrettus (30) Q. Grisidium esse voluit, multa docuit idem Reinesius, eumque Cæsidium fuisse probat, et a gente Cæsia profectum; idemque Tiferniam gentem eam esse dicit, quæ a Cicerone (31) Titurnia dicitur, primo illo nomine ex quodam Umbriæ oppido appellatam. Ego certe C. Tifernium apud Gruterum invenio pag. cmxxiv. n. 12. Lapis esse dicitur Tiferni in Umbria; *in Città di Castello.* C. Tifernius est etiam apud Muratorium pag. cmlxxxiv. n. 7. in eo epigrammate, quod perperam Donius alterius cujusdam marmoris partem fecerat. Ea porro, de qua loquimur, inscriptio pedes primum habet *in Fronte* et *Retro* assignatos; tum ad P. Gaisidium redit verbis illis, *Cujus Ingenium Eloqui Nemo.* Nullus hic verborum nexus. Sed in hoc quadratarios vel descriptores accuso. De hoc enim lapide illud etiam habet Reinesius (32): *In uno hoc marmore duas vel etiam tres epigraphas a descriptoribus, qui chartæ parcerent, et disjunctas junctim exhiberent, deformatas una esse, non vana suspicio est.* Maffejus ipse plures lapides ita a descriptoribus aliquando consutos fuisse in *Arte Critica Lapidaria* animadvertit. Quæ igitur in eo lapide, de quo hactenus diximus, habentur verba, ab iis notari possunt, qui Lexicon scribunt, et non aurum modo argentumque, sed ferrum etiam lutumque tractant; neque lapides tantum, sed litterata etiam rudera in opus congerunt. Nihil de voce *Arithmeticus* in Calepino; admisit illam operis hujusce scriptor, explicuitque *qui arithmetica callet,* testimonio usus ejus lapidis, de quo dictum est. Recte hoc: quis enim et grammaticum et mathematicum a Latinis non audivit? Vocem vero *Imaginarius, ii,* quæ in veteri Lexico legebatur, in suum quoque translulit; pictoremque esse dixit, vel statuarium, qui imagines facit; ex eodem Reinesii lapide, et ejusdem Reinesii explicatione. Voci tandem *Fistularius* in utroque Lexico locus est; is esse dicitur, qui fistula canit; citata est Fabretti inscriptio; illa scilicet, quam dederat Reinesius (d).

IX. *Celtis,* teste Plinio lib. XIII. H. N. cap. XVII., arbor est de genere lotorum, in Africa. Hac voce genus quoque scalpri, quo lapides inciduntur, significari nonnulli existimarunt. Citatus a Vossio (33) Gruteri lapis (34), et Vossium ipsum et ceteros fefellit, Forcellinum quoque. Est in eo lapide, lin. 23. *Malleolo et celte litteratus silex.* At inscriptio tota *fabulosa est, et ridicula,* ut inquit Antonius Augustinius (35). Ridiculam esse, qui eam legerit, fateri debet; fabulosam esse ex Maffejo scimus; neque eam certe pro antiqua haberi quisquam voluit. *Prolixam,* inquit (36), *Gruteri paginam Sergii, e Pola Istriæ civitate histrionis, epitaphium implet. Pro antiquo acceperunt multi, et ob ea verba* malleolo et celte litteratus silex *in gravissima de versiculo Job* (37) *legendo atque explicando quæstione attulerunt: utitur eo testimonio Vossius quoque in Grammaticis, nec de auctoritate quidquam ambigit: contra explodunt alii tamquam commenticium, quibus Antonius Augustinius olim se ducem præbuit. At lepida illa inscriptio nec inter antiquas, nec inter spurias recenseri debet: composita enim et incisa fuit XV. sæculo, Veneti præfecti, festivo ingenio viri, jussu, neque Deorum Manium præmisso nomine, neque clausula ulla adjecta, quæ vetusta tempora mentiretur. Rem didici a Feliciano Veronensi, qui in MS. Collectione, de qua suo loco verba feci, eam inscriptionem in lapide vidisse narrat, quam* Jacobus Baduarius Sergio Polensi parasito, et histrioni posuit. Hæc Maffejus. Lepidum sane errorem! Parasitus hic veluti a gente Sergia profectus Forcellinum quoque decepit, et in ejus Lexico, tamquam in cœna lautissima, locum sibi esse voluit. Queror de Grutero, qui hanc umbram adduxit. Nullum est igitur probati lapidis, aut idonei scriptoris testimonium, ex quo *Celtis* scalpri genus significet (e).

(27) Supplément au Livre de l'Antiquité expliquée. Tom. V. livr. III. chap. III. pag. 72. Parisiis 1724. Gallice et Latine.
(28) Pag. 74. (29) Novus Thesaurus Veterum Inscriptionum, pag. MDCCL. n. 4.
(30) Inscriptionum Antiquarum cap. IX. pag. 625. n. 218. Romæ 1699. (31) Epist. Famil. lib. XIII. epist. XXIX.
(32) In nota citata.
(d) Licet de hoc lapide *Orellius* in *Collect. Inscr. Lat. n.* 2613. dixerit, *suspectissimum est hoc epigramma*, tamen in V. IMAGINARIUS §. 3. ejusdem lapidis interpretationem non improbandam mihi videor attulisse, quam tu confirmare aliquantisper possis ex loco *Gellii* in SUBITARIUS *in fin.*, et alio *Sidonii* in V. TUMULTUARIUS §. 2. *in fin.*
(33) Lib. I. de Arte Grammatica cap. XXXV. (34) Apud Gruterum pag. CCCXXIX. (35) Dialogo XI.
(36) Artis Crit. Lap. lib. III. cap. II. col. 185. et seq.
(37) Job c. XIX. v. 23. 24. *Quis mihi det, ut exarentur in libro stilo ferreo, et plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice?* Neque ignoro in multis etiam MSStis legi *certe*: item in Complutensibus, Stephanicis, Regiis, et Hentenianis seu Lovaniensibus. Verum non dubium, quin *celte* scripserit interpres. Vossius in A. G. lib. I. cap. XXXV.
(e) Hanc vocem ut spuriam ex verbis hic a *Cognoiato* allatis e Lexico expungendam curavi. V. CELTIS §. 2.

X. Vocem *Contiro* et veteri Calepini Lexico Forcellinus addidit, et in suo quoque esse voluit. Sic illam explicuit, *simul tiro, ut commilito, simul miles.* Habet hanc vocem inscriptus lapis apud Reinesium Cl. VIII. pag. 517. n. 19. Est idem lapis apud Fabrettum pag. 138. n. 131.; extare dicitur, *Via Nomentana prope Templ. D. Agnetis in pariete.* Est etiam apud Muratorium pag. DCCCV. n. 4.; Romæ ponitur in Museo Albano. Lapidem hunc esse notæ satis bonæ existimat Forcellinus (38). Maffejum audiamus. *Inauditam* (39) *vocem* Contiro *in latinitatis sacrarium invexit recens Lexicon Patavinum ex titulo hic recensito* (40), *qui mihi nequaquam probatur; nam isthuc nominis* Cladi, *sive* Claud. Caro *quid est? et quomodo inter tirones adhuc censebatur, qui annos XXXVII. exegerat, et stipendia jam confecerat VII., imo ex Fabretto XVII? nec placet monumentum ab* Heredibus *positum* et Contironibus: *comperendinare attamen oportet usque dum lapidem visam, quem exstare affirmat Fabrettus; eoque magis, quo vocem* Contiro *nequaquam improbo, qui* Concivem *in Museo videam* (f). Addam ego vocem quoque *Commanipulo*, et *Commanipulus*, h. e. simul miles in eodem manipulo, a veteribus usurpatam; qua certe longe nitidior *Contiro*; cui illa opponitur, quæ est apud Gruterum pag DCXXIIII. n. 7., *Conveteranus.* Gratum igitur fecisset Maffejus, si lapidem quoque ipsum non improbasset. Ego illum ex Muratorio describam: D· M· | CLAVDIO CARO | MIL· COH· VIII (*) | PR· STIP· XVII· | VIXIT ANNIS | XXXVII | HEREDES ET | CONTIRONES | BENEMERENTI | FECERVNT. Quærit Maffejus, quid isthuc nominis sit *Cladi*, sive *Claud. Caro?* nomen militis, inquam ego, qui magnis rebus non claruerat, cujus quoque patriam ignoramus, quamvis patriæ nomen raro omittatur in iis inscriptionibus quæ ad milites pertinent, quod hi non modo ex omni Italia, sed etiam ex provinciis legerentur, nec eorum nomina illustria essent, populisque nota. Mirum fortasse hoc, et insuetum; at docuit ipse *Artis Criticæ Lapidariæ* auctor celeberrimus, *ubi de nominibus agitur* (41), *mira quæque et insueta occurrere aliquando posse. Plura certe semel, aut bis deprehendas prænominum vice fungentia vocabula, quæ vix alias videris: Nero et Paullus modo cognomenti loco, modo prænominis cui non occurrerunt* (g)? etc. At quomodo inter tirones censebatur adhuc miles annorum triginta septem, qui stipendia septem promeruerat, h. e. totidem annos in armis exegerat? quia nondum veteranus, non evocatus, non centurio, non tribunus, non alarum aut cohortium præfectus, non alio in castris honestiore loco. Verum si annos decem supra septem inter milites fuit, ut ex Fabretto et Muratorio, adhuc ne inter tirones? adhuc certe. Eorum enim, qui communi militum nomine censebantur, duo fuerunt veluti genera; tirones, et veterani; horum alterum semper alteri opponitur; qui non veteranus, is, etsi miles non novus, tiro. Erat autem veteranus, qui legitima stipendia vel omnia, vel certe plurima confecerat (42): stipendia hæc, stante republica, fuere viginti quinque. Servius ad illud Virgilii Æneid. l. II. v. 157. *Fas mihi Grajorum sacrata resolvere jura*, hæc habet. *Plerumque dicuntur sacramento rogati qui post electionem in rempublicam jurant: et hi sunt, qui habent plenam militiam; nam et viginti quinque annis tenentur.* Fuere postea viginti; eaque contraxit Augustus. Hoc docet Suidas: Βετεράνος παρὰ Ῥωμαίοις, ὁ ἀπολυθεὶς τῆς στρατείας. ἐπὶ εἰκοσαετίαν δὲ οὗτοι ἐδούλευον· h. e. *Veteranus apud Romanos vocatur, qui militia liberatus est: hi autem ad annos viginti militabant.* Hæc demum de veteranis in Romanis legibus (43): *qui in legione, vel vexillatione militantes, post vicesima stipendia honestam vel causariam missionem consecuti erant.* Novi equidem *veteranos milites in exercitu, veteranorum legiones* sæpe a scriptoribus nominari; at qui honestam vel causariam missionem consecuti erant, militiæ aliquando rursus nomen dabant, rursus legionibus adscribebantur. Vide cetera apud Eq. Sertorium Ursatum (44) Romanæ antiquitatis peritissimum; et in hoc ipso Lexico vocem EVOCATUS § 2. Jam ad id redeo, cujus causa tam multa disserui. Nondum ergo e tironibus excesserat Claudius Carus, qui vicesimum militiæ annum nondum expleverat, qui nondum erat veteranus. Quare, conspirantibus animis, ære conlato, heredes et contirones monumentum illi posuerunt; in quo sane quid tandem est, quod jure displiceat? Sed illud fortasse de re hac tota dici tandem potest; Claudium Carum, qui tot stipendia promeruerat, e tironibus tunc jam excessisse, monumentum tamen illi positum ab iis, qui erant in octava illa cohorte contirones. Atque hæc quidem de voce *Contiro* (h). Ea, uti vidimus, non omnino Maffejo displicet, quod vocem *Concivis* in Museo Veronensi observaverit. Inscriptio est ejusdem Musei pag. LXXXVII. n. 5., ac de ea ita ibi Maffejus. *Dolendum quidem, non inscriptionem, sed miserabile fragmen heic ostendi; magnifaciendum tamen, quod Augusteis litteris* concivis *vocem nobis servarit, qua ante hoc marmor visum aureæ latinitatis cultores uti horruissent.* Hanc tamen vocem *minus latinam* ait esse Forcellinus (45), qui et lapidem vidit (i), et cetera, quæ ad hanc vocem spectant, diligenter collegit. Lapidem hunc, et hanc vocem Latio movit Comes Rezzonico in *Plinianis Disquisitionibus* Parmæ editis ann. 1763. P. I. pag. 208. Est ea vox in hoc ipso Lexici hujus volumine primo. Qui eam legerit, is certe animadvertet, inscriptorum lapidum fidem a Forcellino exploratam fuisse; nihilque ab eo omissum, quo illorum auctoritas aut minui posset, aut confirmari. De-

(38) Vid. voc. CONTIRO. (39) Artis Crit. Lap. lib. III. cap. IV. col. 415.

(40) Apud Reinesium citata pag. 517. Cl. VIII. n. 19. (f) V. infra adnotata in nota (i).

(*) Sic etiam apud Fabrettum; sed apud Reinesium VII. (41) Lib. III. cap. IV. col. 441.

(g) Vide tamen quæ hac de re dixi in Lexico ad NERO §. 2. et ad PAULUS §. 4.

(42) Sigonius de Antiq. Jure Civil. Rom. lib. I. cap. XV. Vide Sertorium Ursatum in Comment. de Notis Romanorum pag. 339. Patavii 1672. fol.

(43) Cod. lib. VII. Tit. 64. leg. 9.

(44) *Discorso sopra una Stanza Sepolcrale* etc. in opere postumo cui titulus, *Marmi Eruditi* etc. Patavii apud J. Cominum 1719. pag. 305. et seqq. 4.

(h) Hanc eamdem inscriptionem attulit etiam *Orellius* in *Collect. Inscr. Lat.* n. 3559., et vocem *Contiro* probavit ex comparatione cum similibus *commanipularis, contubernalis,* et *convicanus.*

(45) V. CONCIVIS. (i) At non vidisse arguunt ea, quæ de hoc lapide dixi in V. CONCIVIS.

lectum quoque prudensque judicium ea indicant, quæ sunt in voce *Patraster*. Vocem hanc latinis Lexicis addendam esse monuerat Maffejus ex quodam lapide (46), quem ipse exscripserat prope Perusiam, ex quo etiam male compositum eum fuisse dicit, quem dederat Muratorius in Novo Thesauro pag. MDCXXXII. n. 9. At ea vox ex duabus aliis apud eumdem Muratorium inscriptionibus sese antea latinis oculis ostenderat, neque Maffeji lapidem expectabat. Vidit hæc omnia Forcellinus (47); vocem tamen ipsam *minus latinam* esse putat; et eas inscriptiones omnes ad cadentis latinitatis tempora referendas.

XI. Jam ad illud antiquitatis monumentum accedimus, quod omnium primus Eq. Sertorius Ursatus, postea Fabrettus illustravit. Res ipsa, in qua modo versamur, et criticæ Maffeji animadversiones nos etiam huc vocant; idque eo libentius agendum nobis esse ducimus, quod est monumentum ipsum Patavinum. Fuit illud in hac Urbe, in domo Bernardini Scardeonii rerum nostrarum historici, a quo primum est editum (48); illudque Gruterus ex eodem Scardeonio descripsit, ceterisque inseruit (49). Dedit illud Ursatus postea, sed paullo aliter, in *Monumentis Patavinis* (50), et Vicetiam asportatum esse dixit ab Hieronymo Gualdo, et in ea urbe apud eam gentem, una cum aliis antiquitatis exsuviis, in domestico Museo æternitati dicatum. Hæc Ursatus anno MDCLII., eo scilicet, quo *Monumenta Patavina* evulgavit. Anno vero MDCLXIX. eamdem inscriptionem ex litterato saxo fideliter exscriptam, atque eam omnino, quæ est apud Scardeonium, Vicetia accepit idem Ursatus, rursusque dedit, et eruditissima epistola illustravit (51). Per ea tempora saxum hoc cuidam Dianæ signo basis erat. Dixit etiam de hoc lapide Raphael Fabrettus, neque ea probans quæ Ursatus attulerat, nova addidit, ut in eo quædam explicaret (52). Hæc vero a P. Montfauconio commemorata postea sunt (53). Muratorius demum monumentum attulit (54) ex Ursato in *Monumentis Patavinis*; nihil adnotavit. Vides testium nubem; judicium tamen hic lapis non evasit, et Maffeji sententia damnatus est. Liceat judicium ipsum redintegrare. Lapidem igitur sistimus, uti est a Scardeonio, et in ea epistola ab Ursato descriptus: D. M. | T. CAPELLI . T. F. | VINDICIS | IN . F . P . XXXVII | A . T . COX. S. P. XXVII | INTRA COX. P. XXXVII. Ita vero legendum esse Ursatus docuit: *Dis Manibus Titi Capelli Titi Filii Vindicis In Fronte Pedes Triginta Septem A Tergo Coxæ Selpucrum Pedes Viginti Septem Intra Coxam Pedes Triginta Septem*. Nihil ex hac lectione a Fabretto mutatum: Montfauconius, notam S quæ est in pænultimo lapidis versu, non *Sepulcrum*, sed *Supra* significare existimavit (55). Monumentum hoc ob inusitatam vocem *Coxa*, quæ in eo est, novumque sepulcrorum spatia designandi modum ab ea inductum, Ursati ac Fabretti labores postulavit. *Sed operam perdidere viri docti*, inquit Maffejus (56); *commentationes enim suas in fallaci ædificarunt solo. Ea tabula pusilla est, cujusmodi funebres hic loci non occurrunt, nisi e subterraneis Romæ monumentis arcessitæ sint, quas e tam longinquo in has regiones ante me nemo merces advexit: petræ color et facies vetustum ævum non redolent; puncta ad imum literarum, non ad medium. Singularia S in quinto versu importune posita quid sibi velit, nemo dixit. T pro tergo in lapide quis viderat?* Hæc Maffejus, qui lapidem ipsum antea proposuerat, designatis pedibus in quarto versu XXXVI. tantummodo, in quinto solum XXII. Ego vero ea omnia mihi animadvertenda existimo, quæ ad hunc lapidem illustrandum Ursatus attulit, et ex iis de hoc monumento judicandum. Eum ergo lapidem Patavii inscriptum, Patavii positum Ursatus existimat: duos ex gente Capellia, Grutero teste, commemorat, eosque ex tribu Sucusana, sive Suburana, proindeque cives Romanos; eam gentem Patavium migrasse putat, ex quo Romani rempublicam cum Patavinis communicarunt (57); Titum Capellium, de quo in eo monumento, sub C. Julio Vindice fuisse eo tempore, quo prætor hic sub ipsum finem imperii Neronis, has etiam regiones, quæ communi tunc Transpadanæ Galliæ nomine censebantur, armato milite excurrit, motus excitavit, interfectus tandem est, vel ipse sibi necem intulit; hinc T. Capellio, ut aliis etiam prætoris hujus militibus, cognomen Vindicis; vixisse illum Patavii cum gente sua, neque ideo civium Romanorum jura amisisse. Fuit sane monumentum illud longissimo tempore in domo Scardeonii; cui etiam rerum harum non ignaro petræ color ac facies vetusta visa est duobus abhinc sæculis. Quis porro neget in his quoque regionibus, in quibus multa erant ex romana consuetudine, eas etiam tabulas fuisse, quæ veterum monumenta e subterraneis Romæ locis postea sæpe eruta imitentur? Lapides porro eruditæ ætatis puncta quidem habent non ad litteræ basim, sed ad latus, medioque fere in spatio, quod vocabula discriminat, insculpta; at quis verissimæ antiquitatis lapides aliquando non vidit, in quibus puncta ad imum pæne essent litterarum? Ex iis, qui veteres inscriptos lapides collegerunt, quique sunt a nobis in hoc sermone commemorati, unus fuit Raphael Fabrettus, qui, dum suos ederet, puncta, quæ versuum verba, sive litteras, quibus verba contrahuntur, distinguunt, altiora esse et in medio spatio posita voluerit, et hoc et certum antiquitatis indicium esse, et ad omnium temporum antiquitatem omnino pertinere visus sit existimare. Notam S in quinto monumenti hujusce nostri versu positam ab Ursato explicatam esse Maffejus non animadvertit. Singulare monumentum est; potest ergo solitaria littera T verbo *tergo* expli-

(46) Musei Veronensis pag. CCCLX. n. 7. (47) Vide in V. PATRASTER, i. e. vitricus, *patrigno*.
(48) Bernardini Scardeonii Canonici Patavini De Antiquitate Urbis Patavii, pag. 76. Basileæ 1560. fol.
(49) Pag. DCCCCV. n. 11. (50) Monument. Patav. pag. 276. 277. Patavii 1652. in fol.
(51) Undecima et ultima est ejus Operis, cui titulus: *Li Marmi Eruditi, ovvero Lettere sopra alcune antiche Iscrizioni* etc. Padova 1669. 4.° (52) Pag. 180. n. 377.
(53) L'Antiquité expliquée etc. Paris 1722. Tome V. P. I. liv. III. chapit. VI. pag. 112.
(54) In Nov. Thes. Veterum Inscript. pag. MDCLI. n. 14. (55) Cit. loco et pag. 112.
(56) Artis Crit. Lap. lib. III. cap. III. col. 200.
(57) Cicero Philippica XII. cap. IV. *Et ut omittam reliquas partes Galliæ, (nam sunt omnes pares), Patavini alios excluserunt, alios ejecerunt, missos ab Antonio: pecunia, militibus, et, quod maxime deerat, armis nostros duces adjuverunt. Fecerunt idem reliqui, qui quondam in eadem causa erant, et propter multorum annorum injurias alienati a senatu putabantur. Quos minime mirum est, communicata cum his republica, fideles esse, qui etiam expertes ejus, fidem suam semper præstiterunt.*

cari; res ipsa postulat, postulare videtur certe, ut ita explicetur. Licuit Maffejo antiquariis oculis saxum istud inspicere, nobis videre nostris non licuit; sed cum Vicetiæ adhuc sit, omnia per litteras de eo cognovimus, de quo quidem dicemus postea. Licuit interim nobis ita agere, uti agendum esse Maffejus ipse docuit; qui multa præcipiens in eo lapidum examine, quod oculorum opera peragitur, nihil eorum certum omnino et ubique esse voluit, sed omnia prudenti inquisitioni temperanda aut excipienda commisit. Sunt hæc in ejus Arte Critica (58): *Nec monere prætermittamus, quadratarios veteres puncta intermedia non inferius ad literarum pedem, ut nunc mos est, sed paulo superius, et ad mediam altitudinis literarum imprimere consuevisse, quod multi ex veteratoribus nostris non animadverterunt, neque imitati sunt . . . . . At illa nunquam nobis excidat consideratio, has observationes omnes, tamquam certos et indubitatos canones, minime usurpandas, sed cum moderamine inculpatæ prudentiæ adhibendas, et cum quibusque discussionibus ceteris conjungendas.* Id certe optime est a Maffejo in Arte Critica constitutum. Quid enim est in re lapidaria tam certum, cui certissimum aliquod exemplum exceptionem non faciat? *Interpungebatur,* inquit idem Maffejus (59), *ut plurimum verbis singulis in latinis marmoribus: at cum ea puncta dictionibus tantummodo distinguendis inservirent, non solebant ad finem versuum incidi, ubi finis ipse distinguebat.* Quis hoc neget? At marmor Musei Taurinensis puncta habet in fine versuum. Hoc ipse Maffejus voluit animadverti. *In hoc,* inquit (60), *pyramidato marmore puncta, ut vides, extremis versibus adjiciuntur.* Sed jam ea, quorum causa de hoc T. Capellii monumento dicere instituimus, persequamur. Aliqua tamen præmittenda, quæ ad veterum sepulcrorum ritus spectant; in iis non evagabor intemperanter.

XII. Ea fuit lex in XII. Tabulis: *Hominem mortuum in Urbe ne sepelito, neve urito.* Qui post hanc legem in Urbe sepulti sunt, fuerunt aut ii, quibus hoc ante hanc legem virtutis causa tributum est, ut Publicolæ, ut Tuderto, quod eorum posteri jure tenuerunt; aut ii, si qui hoc, ut C. Fabricius, virtutis causa, soluti legibus, consecuti sunt. Hæc Cicero lib. II. de Legibus c. XXIII. Imperatorum quoque leges in Urbe sepeliri sæpe vetarunt (61). Extra Urbem igitur, prope illam tamen, sepulcris locus erat. Horti, agri, ossa ac cineres excipiebant:

*Ante Urbem exsequiæ, tumulique, ignesque, rogique* (62).

Suo quisque in agro partem aliquam sepulturæ destinabat. Qui fundum viæ publicæ proximum haberet, in ea parte, quæ viam spectabat, sepulcrum condere jubebatur, ut viatores mortalitatis admonerentur. Est hoc in lege Sempronia: *Sepulcra extremis finibus circa decumanos et cardines, qui vicem itineris publici teneant, collocantor:* hoc vero in lege Julia, quæ est de Agrorum divisione: *Monumenta, sepulcrave, quæ post hæc in agris hac lege divisis assignatis constituentur, juxta decumanos et cardines qui centurias terminabunt, vicemque viæ publicæ obtinent, collocantor.* Hinc Appia, Aurelia, Flaminia sepulcris celebres; hinc sæpe viatores in hisce inscriptis lapidibus appellati. Hæc quidem de honestis ac locupletibus viris: pauperes enim, quibus nulla agri pars, proindeque nullum proprium privatumque monumentum, neque satis pecuniæ ad illud comparandum, communi et publico loco sepeliebantur:

*Hoc miseræ plebi stabat commune sepulcrum* (63).

Quæ terræ pars sepultum, aut humatum acceperat, ea multa religiosa jura complectebatur; ea erat omnino sacra; non eo falx, non arater ibat; non verti, non subigi, non coli poterat. Ne igitur sepulcrorum magnificentia, ne religio totum solum, in quo monumentum erat, occuparet; ne terram, quæ viventibus fruges suppeditare potest, mortui minuerent (64); ne quis demum alterius sepulturæ partem usurparet, definiri plerumque solebat spatium, quod sepulcro destinatum erat, spatium scilicet loci religiosi; ut sua Manibus, Gentibus, Familiis, exstinctis hominibus jura intemerata essent; ut etiam sciretur, quid puri loci, h. e. neque sacri, neque religiosi, relinqueretur. Excitatus et impositus lapis, cippus, columella, cui mortui nomen ac laus incisa erat, solemnes idcirco formulas habebat verbis sive notis expressas, *In Fronte Pedes . . . . In Agro Pedes . . . .* quibus latitudinem longitudinemque soli ad sepulcrum spectantis veteres significabant. Latitudo enim, quæ pars anterior erat, et viam plerumque respiciebat, verbis illis, *In Fronte,* designabatur; longitudo vero, quæ posterior erat, et in campos excurrebat, illis, *In Agro,* sive *Retro.* Plena exemplorum vetustas. Neque tamen *Frontis* nomine latitudinem semper veteres significabant, spatiumque viæ conterminum; neque longitudo ea semper apud eos pars erat, quæ in agro spectabatur. *Aliquando enim,* inquit Cl. Montfauconius (65), *occurrunt sepulturæ loca, ubi longitudo illa facies esse intelligitur, quæ viam respicit; sic quippe legitur,* in agro pedes sex, in longo pedes octo; *alibi vero sic,* in fronte pedes sexdecim, introsus pedes decem, *ubi* introsus *pro* introrsus *legitur, significatque intra agrum;* optimeque animadversum est a P. Joanne Antonio Ursato (66), majorem spatii partem, sive anterior esset, sive posterior, pro longitudine assignatam fuisse, minorem vero pro latitudine. *Aliqua autem,* pergit idem Montfauconius, *inscriptio frontis spatium limitesque denotat, per monumenta hinc et inde a lateribus secus viam posita:* In Fronte Inter Monumentum Titi Rustici, et Lucii Gellii, In Agro Pedes Duodecim. *Hic, qua viam respicit, locus qua sit mensura non notatur, quia sufficiebat hinc et inde terminos adscribere.* Hic igitur veterum mos in designandis sepulcrorum limitibus.

Quid igitur in nostro hoc Titi Capellii monumento, post designatos in fronte pedes, nomen *Coxæ, Pedes a Tergo Coxæ, Pedes intra Coxam?* Dum Romæ esset Montfauconius anno MDCXCIX., familiæ Cæseniæ amplissimum monumentum in

(58) Lib. III. cap. II. col. 176. (59) Artis Crit. Lapid. col. 176. (60) In Museo Veronensi pag. CCXXI. n. 4.
(61) Vid. Samuelem Pitiscum in Lex. Rom. Antiq. V. *Sepulcrum.* (62) Ovidius Metam. lib. XIII. v. 688.
(63) Horatius lib. I. Serm. VIII. v. 10. (64) Cicero ex Platone lib. II. de Legibus cap. XXVII.
(65) Citati Operis pag. 114. T. V. P. I.
(66) Adnotatione c in Epist. XIII. Eq. Sertorii Ursati *Marmi eruditi. Opera Postuma.* Padova 1719. 4.°

Portu Romano detectum est. Miræ antiquitatis exsuviæ jussu atque opera Cardinalis de Bouillon luci redditæ. Ad Cæsenniam gentem inscriptiones omnes spectabant. Harum maxima totum loci sepulturæ spatium ostendebat: en postremi versus, qui nobis describendi sunt, ut, quæ ex Montfauconio subjiciemus, optime intelligantur: SEPVLCRVM · MACEREIS . CIRCVMCLVSVM | IN · F · P · CCC · IN · AGRO · P · XCVI | Q · F · IVG. *In Fronte pedes trecentos, in agro pedes nonaginta sex, qui faciunt jugerum* (67). Est hoc maximum totius antiquitatis sepulcrum. Eas inter inscriptiones una fuit, cujus occasione nostram hanc T. Capellii Montfauconius citavit; et alteram altera illustravit. Ea fuit in urna marmorea; ecce illam: D · M · | L · FABRICI · L · F · PAL | CAESENNI · GALLI · EQ · ROM· | PONTIF · L · L · SCRIB · AEDILIC | OMNIBVS · HONOR · IN · COST · F· — ITALICVS · P · DIGNISSIMO. Hæc ita legitur, inquit Montfauconius: *Dis Manibus Lucii Fabricii Lucii Filii Palatina* (tribu) *Cæsennii Galli Equitis Romani, Pontificis, Lucii liberti, Scribæ Ædilicii, Omnibus Honorati: In Costa Fecit Italicus Patri dignissimo. Videmus hic,* pergit ille (68), *libertum equitem Romanum, eumdemque pontificem, et scribam ædilicium; nescio an uspiam alibi libertus reperiatur tot tantisque honoribus insignitus.* Hæc tandem addit. *Vox* In Costa Fecit *significat, ut quidem verisimile est, Italicum hunc sarcophagum posuisse ad latus illius magni loci macereis circumclusi, qui ad gentem Cæsenniam pertinebat:* ejus scilicet loci, cujus inscriptionis postrema verba paullo antea descripsimus. Titi Capellii monumentum hic affert Montfauconius, et Fabretti in vocem *Coxa* interpretationem, de qua nobis postea dicendum erit; ac rursus ad *Costam* redit, et hæc scribit (69). *Vox* in Costa *significat, ut quidem videtur, alterum ex duobus angustioribus lateribus, quæ pedum nonaginta sex erant.* Sed quæ spes ex hoc Montfauconii monumento exorta erat, ut illi etiam, de quo nos agimus, auctoritas aliqua accederet, et opportuna explicatio per quamdam similitudinem adhiberi posset, ea omnis evanuit. Eam enim inscriptionem aliter omnino legendam esse verissime docuit Cl. Muratorius (70); ita scilicet: *Lucii Fabricii Lucii filii Palatina* (tribu) *Cæsennii Galli, Equitis Romani, Pontificis Laurentis Lavinatis, Scribæ Ædilicii, Omnibus Honoribus In Colonia Ostia Functi: Italicus* (Libertus) *Patrono Dignissimo.* Cui lectioni hæc addit: *Jam alibi monui, quum* Laurens Lavinas *occurrit, respicere hoc nomen pontificem, aut sacerdotem, templo celeberrimo addictum, quod in oppido ejus nominis situm describit Virgilius Lib. 7. Æneidos. Denique pro* IN COST. *lego* IN C. OST. *idest* in colonia Ostia, *quæ est in aliis saxis, atque a Plinio* colonia *nuncupatur, eratque oppido Laurento contermina.* Eumdem lapidem antea dederat idem Muratorius (71), et hæc adnotaverat: *Idest* Pontifici Laurentum Lavinatium. *Pro* IN COST. *legendum suspicor* In Colonia Functi. Sed posteriores cogitationes sapientiores habuit. Jam igitur de Patavino Titi Capellii monumento, quod prorsus singulare est, Ursati sententia afferenda. Is in ea Epistola, quam alias citavimus, voce *Coxæ* aliquid significari, quod ad agrorum limites pertineret, optime existimavit; cumque limites isti apud veteres, *rivis, fossis, arboribus antemissis, tumore terræ, collectione petrarum, naturalibus, et signatis lapidibus, viis, sepulcris, arboribus peregrinis, et aliis signis* (72) constituerentur, elatam terram, aggerem, *Coxæ* nomine indicari ex quadam Hadriani Turnebi interpretatione opinari se dixit. Verbum enim *Cossigerare,* quod apud Accium est, explicuit Turnebus, *in Coxam aggerare et attollere. Cossigerare,* inquit (73), *dicit Accius pro in coxam aggerare et attollere; nam cossam etiam pro coxa dicebant; testimonio est cossim pro coxim: Verba Accii; Bene proscissas cossigerare ordine porcas, bidenti ferro rectas* (*) *deruere.* Hæc ex Turnebo Ursatus, qui cetera deinde persequitur, quibus notatæ in eo monumento dimensiones explicentur. Aggerem hunc *planæ, atque uniusmodi superficiei mensuræ veluti per machinam dureque admodum accommodari,* dixit Fabrettus (74); cujus interpretationem antequam demus, in eam, quam Ursatus attulit, aliquid animadvertimus. Verba Accii, *bene proscissas cossigerare ordine porcas,* sunt apud Nonium Marcellum c. 1. n. 305. in voce *Porcæ.* At lectio est valde dubia; nam manu exarati Codices habent *Possigerare;* alii ita legunt, *prosit aggerare;* alii etiam *Cossimgirare* (75). Vocem *cossigerare* recensuit Forcellinus, ac Turnebi interpretationem adjecit; de lectionis tamen varietate monuit. At, sit certa lectio *cossigerare;* certa ne Turnebi interpretatio? Vereor equidem: in agro enim *porca* est quod in arando exstat, seu terra elata inter duos sulcos, ut ex Varrone et Columella didicimus (76), cujus postremi auctoris hæc verba damus ex lib. II. c. IV. *Liras rustici vocant easdem porcas, cum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat.* Cum igitur terræ elatio, terræ cumulus *porcæ* nomine denotetur, vix crediderim vocem aliam fuisse in eo Accii loco, quæ idem omnino significaret; iisque libenter accederem, qui ibi legunt *prosit aggerare;* hoc enim verbo satis monemur, ut porcæ bene attollantur; vocem demum illam *Cossigerare* ex hoc ipso Lexico expungerem. Sed illud etiam est, quod apud *Varios Auctores de Limitibus,* quos Wilelmus Goesius edidit et illustravit, in hanc rem legimus. Faustus et Valerius VV. PP. per Gallias, et per Africam limites assignarunt; hoc inter cetera se fecisse dicunt: *Trifinium* (77) *quam maxime aliquando constituimus cum signis, id est cineribus aut carbonibus, et calce ibidem construximus, et superduximus, et super* Coxam *monticellum constituimus.* Hinc scilicet suspicio oritur, elatam terram, aggerem, *Coxæ* nomine minime significari; non enim agger aggeri ab iis, qui limites constituerunt, fuit imponendus. His moveor, ut de Ursati aggere vehementer dubitem; quem ille ejusmodi fuisse in ea Epistola conjecit, ut non modo T. Capellii sepulcrum clauderet ac tueretur, sed a conterminis etiam agris immoderatam aquarum violentiam prohiberet. Sed jam ad alteram Fabretti interpreta-

(67) V. Montfauconium in toto Capite VI. lib. III. Primæ partis ejus voluminis atque operis, quod alias citavimus.
(68) Pag. 112. (69) Pag. 114. (70) In Novo Thesauro pag. DCXCIX. n. 8.
(71) Pag. CLIV. n. 4. (72) Var. Auct. de Limitibus Agrorum. (73) Adversariorum Turnebi lib. XXIX. c. XIX.
(*) Aliis *tecta.* (74) Pag. 180.
(75) Vide Notas in Nonium pag. 1840. Auctorum Latinæ Linguæ cum notis Gothofredi. Coloniæ Allobrogum 1622.
(76) Vide in hoc Lexico V. PORCA §. 6., et V. LIRA §. 1.
(77) Rei Agrariæ Auctores Legesque Variæ cura Wilelmi Goesii. Amstelredami 1674. 4.° pag. 306.

tionem accedimus. *Ipse*, inquit (78), *Siculus Flaccus . . . . . haud obscure quid* Coxa *sit in agrorum mensura docet, et ad inscriptionem* (Titi Capellii) *simplici facilique via enucleandam conducit. Coxa igitur quemadmodum in humano corpore est os femoris ossi sacro per vertebram adstrictum, angulum internum in sui flexura constituens, ita in agris angulum internum signat; unde per Siculum angulo opponitur pag.* 6. possessorum termini, qui omnibus angulis coxisque positi esse debent. *Qua etiam naturali similitudine retenta, externus angulus Coxam claudens* cubitus *vocatur ab incerto inter* Var. Auctor. de Limit. pag. 266. Pentagonum, quod interpretatur cubitos quinque. Hæc Fabrettus, qui etiam adjecto schemate tres illas dimensiones *In Fronte, A Tergo Coxæ, Intra Coxam,* nullo aggere inducto, explicat atque designat. Fabrettum secuti sunt, qui vetus Calepini Lexicon interpolarunt: hæc enim in eo legimus (79): *Quemadmodum in corpore humano coxa ossi sacro adjuncta angulum internum facit; ita in agris angulum limitaneum notat*: citatur locus, quem ex Siculo Flacco Fabrettus attulit; exemplum additur ex hac Titi Capellii inscriptione; in qua tamen bis typographus peccavit. Pedes enim A Tergo Coxæ ponuntur LXVII.; additur postea Infra Coxam. Eamdem interpretationem secutus est Forcellinus, eadem auctoritate usus, eodemque exemplo. Sed quæ sunt ex anatome, ea melius intellexit; dixit enim: *Quemadmodum in corpore humano femur coxæ adjunctum, angulum internum facit; ita in agris* coxa *angulum internum limitaneum notat*: in rotundos enim sinus, sive acetabula ejus ossis, quod Coxa dicitur, capita ossis femorum hinc et inde conjiciuntur. Titi Capellii inscriptionem fideliter Forcellinus descripsit; Fabrettum et Ursatum de ea locutos indicavit. *Eradatur*, inquit Maffejus (80), *ficticius hic titulus ab eximia, quæ paucis abhinc annis Patavii adornata est, latini Lexici editione, simul cum doctrina de voce* Coxæ *angulum agrorum* internum *significante.* Lapidem igitur, quem ipsis oculis falsum deprehenderat, ex iis etiam quæ continet, omnino damnat. *Sed falsitas,* inquit (81), *præcipue patet ex inauditis ipsis dimensionibus* Intra Coxam, *et* A Tergo Coxæ. *Id cogitavit qui confixit; ubi formulam nunquam visam minime intelligere faterentur omnes, proditurum ipsum, et Siculi (Siculii, vel Seculei enuntiandum opinor) auctoris parum triti loco, ut arbitror, unico in medium producto, non sine populi acclamatione explicaturum. At* Coxam, *Siculius dixit,* Intra Coxam, *et* A Tergo Coxæ *non dixit. Is de agrorum terminis sermonem habens,* omnibus angulis coxisque *positos esse debere monet: Fabrettus, coxam* in agris angulum internum signare *tradit,* et ea similitudine *externum angulum vocari* cubitum *notat. Ego, quid interni et externi anguli sint, ubi de agris agitur, vix intelligo; multo minus, quid anguli tergum. Externum angulum mathematici vocant, quem trianguli latus efficit, si producatur: constat ex Euclidis Propos.* XXXII. *Lib. primi, qua docet omnis trianguli* μιᾶς τῶν πλευρῶν προσεκβληθείσης uno laterum producto, τὴν ἐκτὸς γωνίαν externum angulum, *hoc est, qui extra triangulum fit, duobus internis æqualem esse; at in re limitanea, qui extra agrum anguli concipi possint, nemo considerat, et internos ab externis distinguit nemo.* Coxa *flexus seu flexura est, cum scilicet campus rectis lineis non circumscribitur, sed flexuosis: tunc enim necesse est, non extremos angulos tantum, sed locos etiam, ubi inflectitur fundus, et procurrit, terminis designare:* versuras *itidem Flaccus appellat, et ubi habet* in flexis versuris, *putavit Rigaltius (nulla tamen necessitate)* in coxis *legendum esse;* nam, *inquit,* in arte ista mensoria, Coxæ dicuntur flexus et versuræ terminorum. *Poterat eapropter, et in sepulcri area, ac religioso loco Coxa fortasse memorari; at vocabuli vim non intellexit, qui Pedes* intra coxam, *et* a tergo coxæ *commentus est.* Hæc ex Maffejo continenter descripsimus; ea modo afferemus, quæ nobis videntur probabilia. Ac primo quidem illud monemus, ne de Siculi Flacci auctoritate quis dubitet. *Auctor,* inquit Maffejus, *parum tritus;* scilicet, ut ii omnes qui penitiorem agrariarum antiquitatum notitiam continent. Sed vetus auctor: sed is, qui consulendus omnino est, cum de agrorum conditione, ac limitibus agitur. *Auctorem esse,* inquit Nicolaus Rigaltius (82), *inter veteres censendum, ex Boethiano agrimensorum catalogo satis constat. Sed nec ante Domitiani ævum, neque item post Nervæ tempora vixisse, ex eo fit verisimile, quod Domitiani de subsecivis edictum laudaverit, non item Nervæ: quem tamen etiam de subsecivis aliquid edixisse, notavimus.* Ad postrema igitur latinitatis tempora referendum est opus Siculi Flacci *De Conditione Agrorum:* ejusque testimoniis in latino Lexico locus esse debet. Illud deinde animadvertimus, vocem *Coxa* bis apud Siculum Flaccum occurrere; semel apud alios Rei Agrariæ Auctores. Primus locus in Siculo Flacco is est, quem Fabrettus citavit: *Ergo* (83) *convenientia, ut supra diximus, possessorum terminos consecrat, qui, ut ante dixeramus, omnibus angulis* coxisque *positi esse debent.* Alter vero apud eumdem Flaccum sic est: *Nam* (84) *et in ipsis generibus sicubi* coxæ *sunt, terminos invenimus frequenter. Sed et petras naturales, quæ in finibus incedunt, sæpe notatas invenimus.* Tertium locum ex Fausto et Valerio ipsi nos jam adduximus; hoc etiam ibi legitur: *Super* Coxam *monticellum constituimus.* Illud igitur certum jam est, esse in hac voce sensum quemdam alium omnino ab eo, quem omnes vident; vocem hanc ad agrarium antiquitatem pertinere; habere demum significationem, quæ ad agrorum limites spectat. Verum, angulum ne internum limitaneum notat? Hoc vero ne ipse quidem probo; in hoc ego quoque a Fabretto ceterisque dissentio. Et ne geometras huc vocem, quod sibi Maffejus faciendum esse duxit, unum hoc animadverto, ideo hanc explicationem Fabretto placuisse, quod apud Siculum Flaccum ea legerit, *possessorum termini, qui omnibus angulis coxisque positi esse debent;* ideoque *coxas* angulis opponi, et hos quidem externos esse, illas vero internos angulos existimaverit. Hoc vero ex illis Flacci verbis, quomodo deduci possit, certe non video: diversi enim limites, et ad diversam agrorum figuram pertinentes ibi certe a Siculo Flacco, qui generatim loquitur, significantur. *Coxam* ergo, ut Maffejus quoque ait, flexuram esse, versuram omnino existimo; cum scilicet ager recturam, ut Frontinus

(78) Alias cit. pag. 180. (79) V. *Coxa.*
(80) Artis Crit. Lapid. lib. III. cap. III. col. 202. (81) Col. 200.
(82) In Observationibus et Notis in Rei Agrariæ Auctores editos a Goesio, ann. 1674. pag. 210. secundæ numerationis.
(83) Pag. 6. apud Goesium. (84) Pag. 13.

loquitur, non servat, sed flexis lineis circumscribitur. In versuris enim termini ponebantur. Figura Græcæ litteræ Γ versuram exhibet. *Hinc illa*, inquit Rigaltius (85), *apud hosce scriptores* (Rei Agrariæ) *terminus in Gamma jacet. Et termini transversi Gammam faciunt; et similia.* Coxam vero flexam versuram esse idem Rigaltius existimat, et in iis ejusdem Flacci verbis, *Alii* (86) *tantummodo inflexis versuris* etc. legi vult ac retineri, *Coxis* (87). Id quidem *nulla necessitate* ab eo factum esse dicit Maffejus; at fecit id Rigaltius auctoritate pervetusti codicis Joannis Arcerii; ex quo codice Josephus Scaliger libellum Siculi Flacci *De Conditionibus Agrorum* describi antea curaverat. Nicolai Rigaltii adnotationem integram subjicio. In Flexis Versuris) *Liber Arc. In coxis vel in rivis. Omnino retinenda vox, coxis. Quod autem sequitur, vel in rivis, irrepsit in aurem describentis, pro, versuris, quod est glossema præcedentis vocabuli, coxis. Nam in arte ista mensoria Coxæ dicuntur flexus et versuræ terminorum: quando scilicet rigores sive recturas et rectos linearum cursus non servant.* Hujus vero significationis prompta et aperta ratio est. Rotundi enim coxæ sinus, quibus capita ossis femorum inserta sunt, totius humani corporis flexionibus et conversionibus inserviunt (88). Ita ergo in hoc Lexico ad hujus vocis significationem scribendum esset: « Quemadmodum circa coxas præcipuæ humani corporis flexiones conversionesque fiunt, ita in re Agraria flexus et versuræ camporum dicuntur *Coxæ* ». Redeo jam ad Patavinum Titi Capellii monumentum. Si quid ego possem conjicere, si quid ex Ursati lectione mutare, quintum ejus Tituli versum ita legerem, *A Termino Coxæ Sepulcrum Pedes XXVII.* In versuris enim, quod jam vidimus, termini ponebantur, ideoque et in coxis; *necesse* enim *est*, ut ajebat Maffejus, *non extremos angulos tantum, sed locos etiam, ubi inflectitur fundus et procurrit, terminis designare.* Voluit ergo Titus Capellius sepulcri sui latitudinem esse pedum triginta septem, qui in anteriore parte per solemnia verba *In Fronte* designatur. Antequam vero religiosi loci longitudinem præscriberet, notari voluit distantiam a termino coxæ, pedes nimirum viginti septem, quos puros reliquit, post quos religiosi loci sive sepulcri longitudinem voluit incipere; quam demum longitudinem esse jussit pedum triginta septem intra coxam, hoc est citra coxam. Distantiam vero a termino coxæ ideo definitam fuisse existimo, ut extra fundi flexionem atque versuram commodius designari posset sepulcri longitudo, quæ et æquabiliter excurreret, et ad pedes septem supra triginta sese extenderet. Hæc certe probabiliter admodum videntur dici; in quibus tamen afferendis et explicandis adjutum me fateor ab iis, quæ Ursatus scripsit in postrema ejus Epistolæ parte, qua monumentum hoc illustravit. Aliam quoque explicationem subjiciam, neque illi deerit auctoritas. Dicam igitur, Titi Capellii fundum in trifinio fuisse, hoc est, in loco quem tres possessores attingebant (89); solitariam litteram T fuisse litteram limitaneam; per eam litteram trifinium significari consuevisse. Quintus igitur Tituli hujusce versus ita fortasse legendus; *A Trifinio Coxæ Sepulcrum Pedes viginti septem.* Apud *Varios Auctores de Limitibus* a Goesio collectos pag. 269. est grandissima littera T, in cujus capite notatum est T *sola*: pagina vero 272. ita explicatur; T. *si in termino inveneris, trifinium ostendit.* Hanc quoque lectionem subjeci, quam si quis probat, explicationem quinti ejus versus eamdem esse sciat, quam antea dedi. Quæ spectant ad agros eorumque limites, varia fuerunt apud veteres ac diversis in locis omnino diversa; ac si quid insolens hac in re occurrit, quod tamen idoneo antiquitatis testimonio comprobetur, suspicionem movere criticis minime debet. Quare, si *coxa* legitima rei agrariæ vox est; si in *coxis* fuere limites, cur non dici potuit, *A Tergo, a Termino, a Trifinio Coxæ, et intra Coxam?* Dixi igitur de iis, ex quibus præcipue monumenti hujus falsitatem probare Cl. Maffejus conatus est. Hoc unum de hujus sepulcri titulo jure dici potest; singularem illum esse, et quamdam habere veluti Patavinitatem. Ego ejus exemplar postremis hisce diebus Vicetia accepi; ac de eo, ut dixi, omnia per litteras cognovi. Saxum hoc dominum, non locum, mutavit. In horto conspicitur ad ædem D. Francisci; isque locus ad Gualdios primum, tum ad Zoppios pertinuit; nunc honesti cujusdam viri possessio est. Cæmentis ac lateribus adjunctis, signum sustinet ex Etrusco marmore; signum est nudi juvenis, cujus dextera leonis, ut videtur, caput habet; læva, uvæ racemo innititur. Exurgit lapis ad duos pedes et plusquam tertiam pedis partem, ejus latitudo vix ab unius pedis mensura deficit; crassitudo, semissis est. Veteris monumenti formam possis agnoscere. Lapidis genus certe non durissimum; at molliores quoque lapides, in hisce nostris præsertim regionibus, adhibitos a veteribus omnino scimus; duos certe, quos nos vulgo dicimus *di Nanto*, paucis abhinc annis in agro Patavino repertos testari possum: habent ambo sepulcrorum titulos: spectant ambo ad gentem Liviam. De hoc saxo, ita, ut vidimus, Maffejus; *Petræ color et facies vetustum ævum non redolent.* Petræ color, inquam ego, plumbum refert; qui certe color in lapide non durissimo, utrum vetustatis larva, an vetustatis indicium sit, non ita facile dici potest. De punctis ad litterarum pedes notatis jam diximus. Puncta quæ verba litterasque distinguunt, non ita quidem in Romanis inscriptionibus notabantur; erant tamen aliquando modo in imo pæne spatii loco, modo etiam in eo, in quo a nobis poni solent. Dicam demum, in secundo inscriptionis hujusce versu duas illas notas T. F. amplius non extare, et *Capelli* inscriptum esse, non *Capeli*, ut edidit Maffejus; in quarto versu pedes esse XXXVII., a quibus unum idem Maffejus detraxit; in quinto demum, pedes modo legi XXII., ut descripsit Maffejus, sed alteram denarii numeri notam vix conspici, primosque tantum duarum unitatum ductus apparere, qui profecto vestigia sunt notæ numeri quinarii, cum Scardeonii et Ursati temporibus pedes essent in hoc versu XXVII. Hæc ego dubitanter respondi viro celeberrimo; cujus tamen non modo ingenio, sed oculis etiam *insculptis antiquo scalpro litteris diutissime assuetis* permitto omnia atque concedo. Scripseram hæc et jam seposueram, cum *Specimen* quoddam allatum est *Observationum in Insulam Crexæ et Auxeri.* Recens opus cum evolverem, quasdam etiam inscriptiones animadverti, quarum undecima atque postrema hæc est: SEX. IVLIVS . C. F. NIGER. | AED . IIVIR . V. F. SIBI· | ET . IVL . . . . . . ET. FR. | IN . FR. . . . . . . . . A. | TERGO . . . . . . . . M. Sepulcri titulum habet, et in parva quadam Adriatici maris insula, cui nomen

(85) Pag. 216. secundæ numerationis apud Goesium. (86) Pag. 4. Goesii. (87) Cit. pag. 216. secundæ numerationis. (88) Helsterus in Compendio Anatomico, n. 164. (89) Siculus Flaccus pag. 6. apud Goesium.

*Sansego*, delecta est (90). In quarto versu religiosi loci dimensiones notari incipiunt; legitur enim *In Fronte*; quæ igitur sequuntur, ad easdem dimensiones spectant. Omnia fere evanuerunt; relicta est integra vox *Tergo*, quæ certe videtur a postrema quarti versus littera pendere. Verba igitur *A Tergo* ad sepulcri spatium designandum adhibentur. Quænam vox in quinto hujusce tituli versu vocem *Tergo* sequeretur, ne divinando quidem dicere possumus; sed jam est aliquid in hoc lapide, quod ejus, de quo antea diximus, novitatem et insolentiam minuit; aliquid etiam, quod Ursato, qui notam T. in Capellii monumento pro *Tergo* explicuit, fortasse favet. Hic demum consistimus (*k*).

XIII. Rem aliam aggredimur ab eruditis viris varie jactatam. Spectat illa ad vocem *Iduaria*. Est apud Gruterum (91) inscriptus lapis, quem Forcellinus in V. CALENDARIS §. 2. descripsit. Hunc ego primum legentium oculis subjiciam; ea deinceps addam, quæ de illo sunt apud Maffejum; dicam demum ipse aliquid, remque edisseram, ut potero. Ecce lapidem Æsonæ in Catalaunia: L · VAL · L · FIL · | GAL · FAVENTINO | II · VIRALI | QVI · ANNONA | FRVMENTARIA | EMPTA · PLEBEM | ADIVVIT · ET · OB | ALIA · MERITA · EIVS | COLLEGIA · KA | LENDARIVM · ET · IDVARIA · DVO | CIVI · GRATISSIMO | POSVERVNT. Prima lapidis hujusce verba ita legenda: *Lucio Valerio Lucii Filio Galeria* (tribu) *Faventino Duoviri* etc. *Faventiam* hanc ad citeriorem Hispaniam pertinere, ac *Barcinonem* coloniam fuisse *juris Italici*, dictamque esse *coloniam Barcinonem Faventiam* egregie (*l*) probat Ursatus (92). Nobis alia sunt modo agenda. Quoniam igitur Calendis cujusque mensis pecunia fenebris apud Romanos collocari solebat, et Calendis itidem ejus usura solvi, idcirco eum librum, in quo feneratores eorum nomina perscribebant, quibus pecuniam fenori dabant, ac solvendæ etiam pensionis quantitatem, Calendarium dicebant: *Libro de' crediti*, *Registro de' censi*. Id jam antiquæ leges, Latini auctores non pauci, lapides etiam testantur (93). Qui has tabulas servabat, is dicebatur *Calendaris Curator*, vel *Curator Calendarii*. Horum curatorum collegia etiam fuisse ex descripti lapidis auctoritate existimat Forcellinus. At quod Calendis cujusque mensis fieri solebat, id quoque Idibus factum esse, nonnulli existimant; ut nempe is quoque dies pro usurarum solutione definiretur: hinc eas tabulas, in quibus fenori locatas pecunias et Idibus receptas vel recipiendas Romani perscribebant, vel in quibus apochæ receptæ pecuniæ condebantur, *Iduarias* dictas fuisse; qui eas scribebant, *Iduarios*. Rem probant eodem Gruteri lapide, ejusque testimonio eam vocem Latinitate donant (94). Hanc itaque sententiam, hanc vocem, hunc lapidem damnat Maffejus. Ecce illum (95). *In hac charta est, quæ sic loquitur.* Collegia Kalendarium Et Iduaria Duo Civi Gratissimo posuerunt: *in* Iduariis *explicandis viri docti disputant, et ex hoc titulo Lexicographi vocem recensent: at civitatum* Kalendaria *cum marmora, tum antiquæ leges nobis ostendunt*, Iduaria *monumento comprobantur nullo.* Kalendarium *quid esset, facile intelligimus, tabulæ scilicet rationum publicarum et proventuum ex pecunia fenori data, cujus usuræ cum antiquitus singulis mensibus penderentur, et quidem ineuntibus,*

quum tristes misero venere Kalendæ (96),

Kalendarii *nomen ejusmodi codicibus inditum: at* Iduarium *quid esset, non intelligimus; neque enim* Idibus usuræ colligebantur, *ut Pithœus cogitavit* (97) *neque ex Horatii joco* (98),

Omnem relegit Idibus pecuniam:
Quærit Kalendis ponere

Iduaria *confestim eruuntur. Anxium feneratorem eo loco a poeta vellicari puto, quod ante diem exigere conaretur, et rursus statim collocare; ceteroquin ipsis tantum Kalendis* Mercedem, aut nummos unde unde *extricasse æris debitores ipsemet Horatius docet loco citato* (99), *itemque Ovidius* (100),

(90) *Saggio d'Osservazioni sopra l' Isola di Cherso ed Ossero d'Alberto Fortis* etc. *Venezia* 1771. Pag. 242.

Pag. 121. Sansego *è un' isoletta lontana da Lossin picciolo sette in otto miglia all' Ovest, quindici da Ossero, trentacinque da Cherso, e poco più dalle foci dell' Arsia, alle quali giace dirimpetto.*

Pag. 122. *Quest' isola, a cui non trovo che alcuno scrittore abbia determinato un particolar nome antico, fu però anticamente abitata da gente riguardevole, e forse fu luogo di delizia di qualche ricco Romano stabilitosi nelle colonie del continente e dell' isole vicine. Alcune tavole di marmo Greco, e qualche lavoro di scalpello non affatto rude vi si vedono ancora. L'iscrizione accennata più sopra* (pag. 121.) *e che sarà riferita più sotto* (pag. 242.), *appartiene a non del tutto ignobile famiglia; e sarebbe una stravaganza il credere, che d'altronde vi fosse stata portata. Quel povero contadino che ha fabbricata la capanna, in cui ella si ritrova, l'ha scoperta nello scavare il terreno per prepararlo ad uso di meschina abitazione; e non si è nemmeno dato il pensiere di disotterrarla del tutto.*

(*k*) Post tot *Cognolati* verba de hoc lapide, qui olim Patavii, nunc Vicetiæ adhuc extat in domo *Com. Tornieri*, non incongruum videtur illum iterum adamussim lectorum oculis repræsentare, qualis reapse nunc ibidem legitur: D . M . | T . Capelli | Vindicis | In . F . P . xxxvii | A . T . Cox . S . P . xxi | Intra . Cox . P . xxxvii. In secundo itaque versu nunc non apparent vestigia litterarum T. et F., sed spatium tamen iisdem continendis remanet; in quinto nec XXII, nec XXVII, sed XXI tantummodo, quin immo ibique, lapide attentius inspecto, nullum aliud notarum vestigium apparet, quibus ob lapidis angustiam spatium prætcrea deest. Illud denique notandum etiam est, litteras initiales aliis longiores esse, nempe T., Capelli, Vindicis, In, F., P., A., T., Cox., S., P., Intra, Cox., P., quod quidem fraudis alicujus suspicionem inducit. Quidquid tamen sit, *Orellius* in *Collect. Inscr. Lat. n.* 4564. hunc lapidem partim ex *Grutero*, partim ex *Fabretto*, partim etiam ex *Ursato* retulit, et *Scip. Maffeji* opinionem secutus est, qui spurium et ad eludendos viros doctos confictum pronunciat, cui quidem sententiæ me quoque subscripturum esse, ingenue fateor. (91) Pag. CCCCLXXVIII. n. 9.

(*l*) Immo perperam; nam Barcino quidem etiam Favèntia colonia dicta fuit, ut habet *Plin.* 3 3. 4., minime vero absolute Faventia appellatur: adde quod Æsonenses, qui hunc lapidem posuerunt, civem suum gratissimum vocant ob ejus merita, ita ut vel ex ipso lapide manifestum sit, illum non Barcinonensem fuisse, sed Æsonensem civem: restat igitur, ut *Faventino* cognomen sit L. Valerii, cum certissime constet, sæpe veteres Latinos cognomina sibi adscivisse ex urbibus, aut provinciis, unde iidem, vel eorumdem progenitores oriundi fuerant. V. CALENUS §. 6., COLLATINUS §. 3., ROMANUS § 7., SABINUS § 2. (*In hac edit. omnia in* ONOM.). (92) Epistola VII. pag. 135. *Marmi Eruditi.* Padova 1669.

(93) Vid. VV. CALENDÆ, CALENDARIS, CALENDARIUM in hoc Lexico. (94) Vid. V. IDUARIUS.

(95) Artis Crit. Lapid. lib. III. cap. IV. col. 342. et seq. (96) Horatius Serm. lib. I. Sat. III. v. 87.

(97) Advers. II. 4. (98) Epod. II. v. 67. (99) Serm. lib. I. Sat. III. v. 87. (100) De Remed. Amor. v. 561.

Qui puteal, Janumque timet, celeresque Kalendas.

*Scaliger* Curatorem Iduarii *excudit ex* G. ID. *in* Laziana [101] *nullius frugis, quæ ubi primum affertur* [102], *habet* IV. *Verum fuerint* Iduaria: *posuerunt* Collegia: *quænam? Apianus, et ex eo in Hispanicarum collectione Occo, ut aliquid dicere viderentur,* Collegia Kalendariorum *scripsere. Quid autem* Posuerunt Civi Gratissimo? Kalendarium Et Iduaria Duo: *mirum plane est, ex novo hujusmodi honorificentiæ genere commentum quibuscumque non patefactum. Kalendarias siquidem et Iduarias tabulas honesto·probatoque civi tradi par erat quidem, ut eas diligenter curaret atque integre; at in ejus honorem tamquam marmorea signa, vel monumentum perpetuum quoddam, publice statui certe illæ non poterant.* Ego vero exigendarum usurarum duo maxime fuisse tempora, Calendas et Idus, prout in contractu convenisset, omnino existimo; et quæ de Alphio feneratore a Maffejo dicuntur, certe non probo. Hæc enim apud Ciceronem lego Orat. I. in Catilinam c. VI. *Prætermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus senties:* neque unquam existimaverim, hæc ideo a Cicerone dicta, quod Catilina, qui multa tam multis debebat, ita cum singulis simili prorsus ratione privatim convenisset, ut dies pecuniæ et usuræ essent Idus. Hæc etiam apud eumdem Ciceronem lib. XIV. Epist. ad Atticum ep. XX. *Jam vel sibi habeat nummos, modo numeret Idibus.* Hisce testibus rem agit Forcellinus [103]: huc certe spectat Horatii jocus, ita eum locum probatissimi interpretes acceperunt: neque profecto is esset in jocando lepos, qui in Horatio esse solet, si Calendæ atque Idus communem feneratorum consuetudinem statim non objicerent. Hisce vero testimoniis Ciceronis locum Epist. ad Attic. lib. X. ep. V. addiderunt nonnulli: *Rogavi, ut, si quid posset, ex ea summa detraheret: promisit: ad me nuper, H-S XXX emisse: ut scriberem, cui vellem addici: diem pecuniæ Id. Novemb. esse.* Sed alienum hoc ab eo quod agitur. Cicero de emptione loquitur diversorii cujusdam; nihil de usuris. Iis porro qui ære alieno premebantur, tristes fuisse Calendas alibi ait Horatius, celeres vero Ovidius; at quod Calendas nominent, de Idibus vero taceant, has quoque tristes celeresque non fuisse pecuniam soluturis dicendum est? Quare, si Calendis cujusque mensis accipi pecunia fenebris, Calendis vero atque Idibus usuræ solvi solebant, quemadmodum libri erant, qui ad Calendas spectabant, ita etiam fuisse tabulas, quæ ad Idus pertinerent, *Calendaria* scilicet et *Iduaria,* eruditi viri opinati sunt; et quemadmodum curatores Calendares, seu Calendariorum curatores fuisse certum est, ita Iduarios quoque, seu curatores Iduarii aut Iduariorum fuisse existimarunt. In iis quæ Lazius habet libro 12. capite 9., quæ sunt apud Gruterum p. DXVII. n. 1. v. 6., DEC. G. ID. COLONIAE. | AQVILEIENSIS, Scaliger legit *Curator Iduarii;* id quidem ex conjecturis, sed quæ probari possint: nam ubi apud eumdem Gruterum pag. scilicet CCCXLV. n. 10. v. 6. ejusdem lapidis verba ita sunt, DECC. IV, leguntur que, *Decurionibus Junioribus,* magis certe arbitrium valuit, quam ratio. Scaligeri explicationem attulit etiam rerum harum doctissimus Eq. Ursatus in suo *de Notis Romanorum* Commentario; illudque addidit; *erant namque* Iduarii, *ut ex Bulengero, in sua Amalthea Onomastica observat Laurentius, qui pecuniam fenebrem* Idibus *relegebant.* In *Breviario* vero et *Mantissa* ejusdem Commentarii notam ID. Idibus. Iduariis. Idus. explicuit. Porro cum harum tabularum curatores publico munere fungerentur, idque agerent in coloniis etiam et municipiis, et proquæstoribus coloniarum fortasse successerint; cum de his titulus extet in Codice Theodosiano; cum demum inter Officia Domus Augustæ censerentur, quis unquam horum curatorum collegia fuisse negaverit? *Jus nomenque collegii,* inquit Joannes de Vita [104], *in omni personarum statu, omnique de re, qua Resp. privatim publiceque componebatur, olim obtinuit.* Lege cetera apud eumdem in ea de veteribus collegiis Beneventanorum Dissertatione; aut saltem quæstorum collegia a Suetonio [105] commemorata animadverte. Hinc quemadmodum Calendarium curatorum collegia apud veteres, ita etiam collegia Iduariorum sive Iduaria; et hoc demum responderi Maffejo potest a nobis sciscitanti, Quodnam hoc tandem honoris genus? Kalendarium et Iduaria Duo Civi Gratissimo posita? hæc ne marmorea signa? hæc ne monumenta? Iratus equidem huic lapidi vehementer essem, si ejus verba hoc modo composita vellem interpretari. Ita potius; Collegia Calendarium, curatorum scilicet, et Collegia Iduaria Duo L. Valerio Faventino Posuerunt. Ita lapidis hujusce fides ex toto constat; optimeque factum video, ut collegia eorum, qui publicas rationes, coloniarum et municipiorum expensas reditusque in tabulis descriptos custodiebant, titulum Faventino posuerint, qui annona frumentaria empta plebem adjuverat. Vide enim quæ de curatoribus Calendarii sunt apud Norisium in Cenotaph. Pisanis Dissert. I. c. III., apud Gruterum pag. CCCCXLIV. n. 5 et alibi; et hujusmodi curatorum officium valde simile, idem etiam fortasse, ut ait Forcellinus [106], fuisse invenies cum officio proquæstorum coloniarum. Ubi vero Calendarium curatorum collegia fuerunt, ibi Iduariorum quoque fuisse, *Collegia* scilicet *Iduaria,* sive unum, sive uno plura, ex iis quæ hactenus disseruimus, unusquisque conjiciet. Samuel Pitiscus in suo Antiquitatum Romanarum Lexico in V. *Collegium* citat hunc lapidem, et in eo mutat aliquid: *Collegia Calendariorum, et Iduaria suo Civi Gratissimo Posuerunt:* hoc ne recte, alii dixerint; explicationem ibi allatam ego certe rejicio. Idem tamen eruditissimus auctor in V. *Idus* eumdem lapidem rursus describit, neque a Grutero quidquam discedit: hæc tandem addit: *Quæ sunt duo collegia Iduaria, nec ipse intelligo. Quod si suspicioni locus sit in re obscura, quia laudatur Faventinus præsertim, quod annona frumentaria plebem adjuvit, forsan videri possint ea collegia esse eorum, qui in municipio habebant curam pecuniæ alimentorum infirmæ ætatis ex plebe, aut annonæ populo præbitæ: quorum munerum meminit inscriptio apud Gruterum* pag. 386. n. 4. . . . . *Illa tamen collegia* Iduaria *dici non liquet:* neque vero possunt, inquam ego. Nos igitur probabilia secuti sumus; Forcellinum certe defendimus, qui diem quoque Iduum exigendis usuris communi Romanorum more statutam fuisse dixit; qui primum hoc lapide est usus, ut curatorum Calendarium, seu Calendarii, collegia fuisse ostenderet; tum ejus testimonium voci *Iduarius, a, um,* apposuit: in eaque expli-

(101) Gruterus pag. DXVII. n. 1. (102) Apud eumdem pag. CCCXLV. n. 10. v. 6. (103) Vid. V. IDUS.
(104) Dissert. V. in Thesauro Antiquit. Benevent. pag. 159. (105) In Claudio cap. XXIV. (106) In V. CALENDARIUM.

cuit quid *Iduaria* fuisse putentur, quid *Iduarii, orum*. Verbum igitur *Iduaria* ad *Collegia* referri ipse etiam existimavit (m). Nova itaque collegia in Romanam antiquitatem induximus; idque unius lapidis testimonio, cui tamen si satis fidei per ea quæ diximus, conciliavimus, severe nimium is aget, qui de re ipsa dubitet, et lapidem e chartaceis fodinis erutum putet. Plura quidem antiquitatis exempla rem hanc testari nobis deberent; at, quod unum superest, quod unum proferri potest, ideo ne legitimum illud esse quisquam negabit? Templorum omnium, Deorum, Dearumque omnium sacerdotes in antiquis monumentis sæpissime memorantur; fuisse vero *sacerdotes justitiæ* ex uno quidem, sed tamen verissimæ antiquitatis lapide cognoscimus. Dedit illum Muratorius (107), et hæc adnotavit, quæ libenter transcribimus. *Rara Inscriptio, utpote quæ nobis exhibet nusquam antea visum* sacerdotem justitiæ, *sive Astreæ. Si hanc protulisset Ligorius, eam protinus rigidus quisquam censor ad imposturas amandasset. Atqui marmor antiquum, vividum, Romæ apud clarissimum Ficoronium adhuc spectandum se præbet* (n). Sed jam ad alia properamus.

XIV. Marmoream tabulam in agro Puteolano repertam, quæque Neapoli esse dicitur a Grutero (108) *in domo Hadriani Guilielmi;* quæ legem continet *parieti faciundo* a II. Viris Puteolanæ coloniæ latam; quam Morillonius et Pighius, aliique non pauci oculata manu excripserunt, Capaccius vero, Fabricius, Smetius, Brissonius, Scaliger (109), Salmasius, Gudius probarunt; hanc, inquam, tabulam antiquitatis consultissimus Maffejus, antiquitati abjudicat, valde certe suspectam habet (110). Aeneis quippe tabulis leges et acta consignari solebant; hanc vero marmoream videt; hinc illi primum suspicio. Ego vero cupreas laminas egregie perscriptas, aptissima litterarum figuratione, lato profundoque vestigio, certum fere antiquitatis argumentum esse, in iisque acta et minantia legum verba exarari et ligari consuevisse, jamdudum didici, et ab ipso Maffejo (111) intellexi; at vero numquam in provinciis marmoreas tabulas fuisse adhibitas ad eas præsertim leges, quæ neque agrariæ essent, neque finium regundorum, sed minorum veluti operum, hoc, inquam, nemo certe me docuit. Quamquam in ea tabula legis nomine, conditionem, pactum, normam, regulam significari libentius dixerim. Continet enim descriptionem faciendi operis; est, ut ipse Maffejus ait, instrumentum pacta, quibus standum erat, constituens. Ita *Lex dedicationis aræ* est in quodam lapide, quem refert Ursatus in *Monumentis Patavinis* pag. 222. Ea enim marmorea tabula Salonæ in Dalmatia inventa fuit, Patavium postea asportata, ibique sita *in pariete fornicis prope pontem Divi Benedicti*. Ejus pars plus quam dimidia recens lucubratio est; Maffejus tamen optime editam ab Ursato fatetur (112), qui nova a veteribus sejunxit. Hoc in ea et certum et vetus: *Cn. Domitius Valens II. Vir. I. D.* (*coloniæ Martiæ Juliæ Salonæ*) *Legem Dixit In Ea Verba* etc. Decreti etiam ab Æsculapii Hygiæque sodalibus olim lati initium hoc est, (113) *Lex Collegi Æsculapi et Hygiæ*. Multarum rerum series *Lex* appellatur, quod has sibi partes collegium imponeret, ne quid in posterum negligeretur.

Sed cetera jam de hac tabula Puteolana dicamus. Auget enim Maffejo suspicionem *epocha quæ præfigitur omnino insueta* Ab Colonia Deducta Anno XC (114). *Nihil frequentius canerent monumenta municipalia, ubi deductis coloniis epochas condendi mos in Italia viguisset. Alia etiam quæ superadditur temporis nota mire prolata, nempe a Romanis consulibus, simulque a duoviris municipalibus, et his quidem primo loco positis.* At vero cum natales coloniarum dies celebrari antiquitus consueverint, quod certe de Brundusina colonia apud Ciceronem legimus (115); cumque natalis sui diem publicis etiam monumentis coloniæ inscriberent, quod certe antiquus lapis Beneventanus testari potest (116), nemo unquam mirari debet, si quando in ipsis publicis tabulis annos ab colonia deducta numerarent. Duumviri porro Romanorum consulum imaginem præ se ferebant; eligebantur ex decurionum ordine; bini ad consulum exemplum creabantur; summus utrisque magistratus erat; ipsi quoque ad annum plerumque illum obtinebant, iisdemque fere insignibus, quibus Romani consules, utebantur, toga prætexta (117), bacillis primum, tum fascibus, licet non eodem numero, lictoribus, virgarum jure (118). Magna horum magistratuum in coloniis municipiisque arrogantia fuit atque superbia, non semel ab urbe principe castigata, quam tamen fere numquam abjecerunt: efferebantur enim coloni, ubi paullum assumpserant vetustatis ac roboris. Vide quæ sunt apud Ciceronem Orat. II. de Lege Agraria cap. XXXIV. ac passim alibi. Hinc factum arbitror, ut consulum etiam nominibus in publicis monumentis aliquando signatis, duumvirum nomina illis præscriberentur. Duumviri enim consulum quoque nomen

(m) Vide, quæ ipse in V. IDUARIUS de hujus vocabuli interpretatione attuli; ex quibus patet, eam Hispaniæ urbem, cui olim Æsona fuit, nunc *Isona* nomen est, opulentam fuisse, et negotiationi apprime deditam, utpote quæ duo habuisset collegia feneratorum, unum Celendis, alterum Idibus fenebrem pecuniam exercere solitum. *Iduarius* autem vox Latina fuisse etiam arguitur ex cognomine Romano in veteri inscriptione, quæ in eadem voce citatur ex collectione *Seb. Donati*, quamque ipse ex Museo *Bened. Passionei* transcripsit. Hæc omnia si animadvertisset *Jo. Casp. Orellius*, fortasse in sua *Collect. Inscr. Lat. n.* 4053. pro sincero antiquitatis monumento eam inscriptionem habuisset, et *Maffejo*, qui eam primus improbavit, minime obsecutus esset.

(107) Pag. CLIV. n. 1.

(n) Hunc eumdem lapidem, qui talis est: P · AELIO · TIMAEO — SACERDOTI · IVSTITIAE — P · AELIVS · STRATONICVS — PATER · DVLCISS attulit etiam *Orellius* in *Collect. Inscr. Lat. n.* 2164., nihilque ibi adnotavit, quo ejusdem fidem et auctoritatem infirmaret.

(108) Pag. CCVII. *in tres paginas divisa, littera satis bona, sed alicubi incorrecta.*

(109) Vide Notas apud Gruterum. (110) Artis Crit. Lapid. lib. III. cap. IV. col. 304.

(111) Artis Crit. Lapid. col. 159. et Tomo V. *Osservazioni Letterarie* pag. 333. *Mi persuadeva bensì da una parte, che fosser vere* (Tabulæ Eugubinæ) *il non aver mai trovato iscrizioni false di metallo se non in pezzi piccioli* etc., et in Museo Veronensi pag. CLXXV. *ementitas aeneas non reperisse me aliquando dixi, sed addidi*, nisi exiguis tabulis: vide Oss. Lett. t. 5. pag. 333.; *quod si alicubi non addidi, incaute egi.*

(112) Col. 208. Artis Criticæ Lapidariæ. *Morcellus De stilo Inscript. Latin. pag.* 46. 47. (in edit. P[illegible]av. T. 1. pag. 62.-64.) integram tabulam describit, ac per singulas ejus partes optime explicat.

(113) Apud Fabrettum *Inscript.* pag. 724. n. 443. (114) In tab. cit. v. 1. (115) Epist. ad Attic. l. IV. ep. I.

(116) Apud Joannem De Vita Dissert. I. pag. 31. (117) Livius lib. XXXIV. c. VII.

(118) Vide notam *a* apud Joannem de Vita Dissert. IV. pag. 129. Norisium in Cenotaph. Pisanis Dissert. I. c. III. pag. 67.

affectarunt (119); quod jam Cicero, in ea, quam citavimus, oratione, de Capuæ duumviris loquens, fore aliquando prædixerat. *Nonne arbitramini paucis annis fuisse nomen consulis appetituros* (o)? At quæ nobis supersunt antiquarum legum actorumque veluti ex naufragio tabulæ, non omnia nos docere possunt; ac si quid insolens in earum aliqua occurrit, cum in tanta monumentorum paucitate conferri cum aliis non possit, non idcirco antiquitati abjudicanda; sed ea potius, quæ peculiaria habet, diligentius animadvertenda. Neque hoc exemplis indiget atque testibus. Suspiciones ceteras demum congerit Maffejus. Tabulam hanc Rutilio et Mallio Coss. inscriptam, anno scilicet ab U. C. DCXLIX., diversam esse ait ab iis, quas paullo ante ex Sigonio Gruterus (120) attulit; alium in ea esse loquendi scribendique modum, qui certe florentissimis illis Romanorum temporibus nequaquam respondet. At nemo unquam in tanta Romanarum provinciarum diversitate parem ubique loquendi scribendique modum quæsivit; nemo in antiquis ejusdem temporis monumentis diversum aliquid non animadvertit. Sunt in ea tabula rata verba, solemnes formulæ; est Romanæ consuetudinis, legumque vox: qui eam legerit, hunc aliæ, quas prætereo, Maffeji suspiciones nequaquam movebunt. Serapl, inquit ille (121), *in lapidibus pro* Serapidi *est, numquam pro* Serapidis: Duovirates *quis unquam audiit? non magis certe quam verbum* inasserare, *quod ab hoc titulo recens Calepini editio sibi sumpsit.* Verba legis hæc sunt. *Lex . Parieti . Faciundo . In . Area . Quæ . Est . Ante . Aedem . Serapl . Trans . Viam .* etc. Lege *Serapidi*, si placet; intellige dicatam; eam intellige, cui titulus inscriptus, *Serapidi*. Quamquam, quid vetat per contractam vocem *Serapl* significari *Serapidis?* Tria sunt quatuorve marmora, in quibus est pro *Serapidi*; in hoc vero pro *Serapidis*. *Duovirates* quis unquam audiit? In ea vero tabula pag. 3. v. 8. alii duoviralium legunt, alii duoviratium a recto *duovirates*. Forcellinus (122) duoviralium retinuit; de lectionis tamen varietate monuit. Est in antiquis monumentis et duovir et duoviri pro duumvir et duumviri; vide exempla neque pauca, neque dubia in hoc ipso Lexico (123): quis non igitur et duoviralis probet pro duumviralis (p)? Id scilicet tabulæ hujusce testimonio probavit Forcellinus; eodemque vocem etiam *inassero* (124) Latinitate donavit, quod et in veteri Calepino factum erat; explicuit demum quid in ea tabula significet *antas projicere* (125); et alia etiam quæ in ea sunt, quæque certe Latii jure carere minime debent. Quod vero in aversa marmoreæ hujusce tabulæ parte legebatur (126), *de M. Conjuncto*, qui *Iter Texit Et Tectum, id*, inquit Maffejus, *meras nugas agi confirmat* (127); mihi vero indicio est, aut eam tabulam primo adhibitam ut aliquid aliud inscriberetur, quod minime perfectum est; aut postquam illa inscripta jam fuit, scalpro aliquando lusisse rerum harum artifices, litteris verbisque ex arbitrio compositis (q). Quæ in altera marmoris hujusce parte leguntur, ea non omnia Maffejus retulit: sunt enim hæc: M · AVIANVS · M · F · | CONIVNCTVS · II · | VIR · ITER · TE | XIT · ET · TECTVM (*dedit*) S · P · (r).

XV. Vocem *Officialis* absolute positam, ut grammatici ajunt, pro ministro magistratus vetus Calepini Lexicon explicuit. Exemplum dedit Gruteri lapis (128), qui ita allatus est; *Officiales Ejus* (consulis) *Provinciæ Aquitaniæ*. Male hunc lapidem explicatum esse animadvertit Maffejus (129): *Index* Gruterianus (130), *et ex eo recens Calepini editio* Officiales Consulis *memorant, sed inscriptione male accepta, quam non consulis, sed* Provinciæ Præsidis Officiales *ponunt.* Vidi ego optimæ notæ lapidem apud Gruterum; erratumque esse fateor in Indice ejusdem Gruteri, in quo *Officiales Consulis Provinciæ Aquitaniæ* memorantur; erratum etiam in nostro Calepini Lexico, erratum demum in hoc a Forcellino: Officiales enim præsidis provinciæ, non consulis, titulum posuerunt (s). Quæ huc spectant, ex eo epigrammate attulit Sebastianus Donatus in adnotationibus: sunt autem hæc: L · IVLIO · etc. | v. 10. PRO · PR · PROVINCI | AE · AQVITANIAE · CON | SVLI · OFFICIALES | EIVS · PROVINCIAE · AQVITA | NIAE · OPTIMO · PRAESIDI | HOMINI · BONO Ceterum in ipsa vocis significatione nihil erratum est; magistratus enim ministri officiales dicebantur. Ulpianus Dig. lib. 36. tit. 4. leg. 5. *Aut per viatorem, aut per Officialem præfecti introducendus est in possessionem* (131). Neque hoc sane Maffejus improbat:

(119) Rei hujus exempla plurima ex antiquis lapidibus ac scriptoribus desumpta vide in opere per hos dies edito, cui titulus: *Discorso Accademico sopra un'antica iscrizione trovata nell'antico Teatro della Città di Catania, recitato dal Principe di Bischari* etc. *In Catania* 1771. *fol.*

(o) Ita quidem olim putarunt viri ceteroquin doctissimi, at *Cajet. Marinus* in *Frat. Arv.* p. 278. et 430. probavit, eos, qui in antiquis monumentis consulum nomine appellantur, non duumviros coloniarum, sed reapse Romæ consules fuisse, eosque præterea suffectos, quorum quia ignotus quondam fuerat viris eruditis consulatus annus, ideo eos consules appellatos esse pro duumviris iidem arbitrabantur.

(120) Pag. CCII. CCIII. (121) Col. 305. Art. Crit. Lap. (122) In V. DUUMVIRALIS.

(123) In V. DUUMVIR.

(p) At cum lapidem hunc *R. Guarinius* et *J. B. Zannonius* attente inspexerint, diligenter transcripserint, et alter Neapoli ann. 1824., alter Florentiæ ann. 1826. editis opusculis docte illustraverint, *duoviratium*, minime vero *duoviralium* ibidem legendum esse perspexere, quos ego secutus novam vocem *duovirates* Lexico addendam putavi.

(124) Est in pag. 2. v. 1. hujus tabulæ. (125) Vid. V. ANTÆ. (126) In notis ad hanc tabulam apud Gruterum loc. cit.

(127) Col. 305.

(q) De hoc eximio lapide Puteolano, præter *R. Guarinium* et *J. B. Zannonium*, de quibus dixi in nota præcedenti (q), etiam *Hieron. Amatius* accurate postea disseruit in *Giorn. Arcad. T.* 33. *p.* 323-343, ubi nonnulla addidit, quibus ejus monumenti αὐθεντίαν evinceret, et quædam ejusdem verba recte interpretatus est. Hoc cum faceret, licet in quibusdam cum *Cognolato* sentiat, illius tamen sententiam in aliis improbavit, his enim duriusculis quidem usus est verbis *p.* 341. *Il Cognolato, che ammise in questa lapida ed altre non sostenibili supposizioni, preconizza e contesta esuberantemente la sua non intelligenza in queste cose.*

(r) Hanc inscriptionem olim in aversa lapidis parte extitisse, idem *J. B. Zannonius* autumat, cum vestigia serræ, quæ eamdem secuerit, aperte appareant, *Hier.* vero *Amatius* putat, pro *Avianus* in lapide insculptum fuisse *Avianius*, altius nempe producta litteræ N postrema linea, ut sæpe in antiquis monumentis factitatum fuisse, norunt eruditi; etenim apud *Mazochium* in *Tab. Heracl. p.* 259. habetur inscriptio prope Neapolin reperta his verbis: *D. Avianius Sp. F. Rufus;* unde patet, gentem *Avianiam* ibidem natales sedesque suas habuisse.

(128) Pag. CCCCXXII. n. 7. (129) Artis Crit. Lapid. lib. III. c. IV. col. 412. 413. (130) Pag. XX.

(s) Cum *Maffeji* correctionem, utpote non improbabilem, admiserit *Cognolatus*, ideo in V. OFFICIALIS, ubi citatur eadem inscriptio, locum ita interpunxi, ut nihil futuris criticis emendandum hic reliquerim.

(131) Vid. V. OFFICIALIS in hoc Lexico.

*Officiales enim, inquit, pro apparitoribus habeo* (132): quo certe nomine ii omnes significabantur, qui alicui magistratui apparere ejusque imperio præsto esse apud Romanos solebant. *Apparitores* dicebantur etiam *viatores*. Lapis est apud Muratorium pag. DCC. n. 2. *Prosdecio Viatori Qui Cos. Et Prætoribus Apparuit* etc., quem ita illustrat idem Muratorius. *Quamquam* Viatores *et* Apparitores *diversa fuisse officia credantur, ex ista inscriptione tamen deduci posse videtur, unum idemque sub duobus nominibus fuisse. Tam isti, quam illi magistratibus præsto erant ad eorum officia exequenda. Adhibebantur etiam ad reos capiendos et in custodiam mittendos.* Prosdecius *iste eo nomine* Officialis *et minister fuit consulum et prætorum Urbis.* Hæc iis addenda esse ducimus, quæ docte admodum scripsit Forcellinus in V. VIATOR. Qui ea legerit, hæc quoque non importune a nobis addita existimabit.

XVI. Duo sunt apud Gruterum litterata marmora, in quibus insolens quædam occurrit vox, qua sepulcrum, in quo vita functi quiescunt, significatur. Ea est *Quietorium*. Recensuit hanc vocem vetus Calepini Lexicon: citati ab eo testes duo, scilicet inscripti lapides; at cujus notæ essent, minime animadversum. Forcellinus vocem non omisit; easdem inscriptiones adhibuit; esse illas *notæ non quidem optimæ, sed probabilis* admonuit. Ecce primam (133). M · AVRELIVS · MVTIVS · NOLANVS | ANN · NAT · LXVI · FATVM | COMMVNE | PRAEVENIENS · QVIETORI | VM · HOC · SIBI · VIVENS · PA | RAVIT · etc. Alteram, quæ lato lapide quadratæ formæ continetur, integram dabo (134). D · M · | QVIETORIVM | CLYMENES | ET | LIBERTORVM | ET | RAPHIS De his vero ita Cl. Maffejus (135): *Vocabulo* Quietorium *Christianismum sonanti civitatem dedit recens Calepini editio ex duum Gruterianorum lapidum auctoritate, quæ apud me nulla est; nam utrumque Boissardus protulit, et priorem* Mutii *cognomentum*, Nolani *additio, annorum profitendorum modus, locutio nequaquam lapidaria* Fatum Commune Præveniens, *accusant; posteriorem incongrua forma et servili capiti liberti attributi dehonestant.* Neutrum Boissardus protulit, neutrum scilicet dedit omnium primus: alterum enim ex inscriptionibus sumpsit Julii Roscii (136); alterum Romæ fuisse scimus *in vinea Cæsarini* (137). Sepulcri hujus, seu potius urnæ optimam formam ære expressam vide apud Montfauconium, qui eam ita describit (138). *Quæ hunc excipit urna*, quietorium Clymenes et libertorum et Raphis *appellatur. Clymene in latere urnæ stat, manumque capiti imponit, quod est securitatis signum, ut diximus Tomo primo, et hic cum illa voce* quietorium *consentit. In latere opposito est Genius facem contra terram extinguens, symbolum frequentissimum in urnis sepulcralibus.* Satis hæc contra Maffejum, cujus verba, *posteriorem incongrua forma et servili capiti liberti attributi dehonestant*, etiamsi vellem reprehendere, certe non possem; vix enim intelligo. Sed Raphin servi fortasse nomen existimat; ac turpe esse ait, servum cum domino ejusque libertis fuisse compositum. At liberti, quos patronus testamento honoraverat, eo inferebantur, quo idem patronus; servi etiam aliquando quo dominus ejusque liberti. Docuit hoc ipse etiam Maffejus (139). Quæ vero de primo illo lapide ab eo dicuntur, ea probant, optimis R. reipublicæ temporibus inscriptum illum non fuisse; pertinere illum ad posteriora tempora, ad ea scilicet, quibus divina Christi religio sese extulerat, quibus tamen Latina lingua non interierat. Veteres quidem dixere aliquando eos, qui jam obiissent, *quiescere*: sunt illa apud Ciceronem (140) ex veteri quodam poeta:

*Neque sepulcrum, quo recipiat, habeat, portum corporis:*
*Ubi, remissa humana vita, corpus requiescat malis:*

*Vides*, inquit ille, qui apud Ciceronem loquitur, *quanto hæc in errore versentur. Portum esse corporis, et requiescere in sepulcro putat mortuum. Magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium, nec docuerit, quatenus esset quidque curandum*: Veteres, inquam, dixere hoc aliquando; Christiani vero sublimioribus eruditi principiis *quietis* vocem, ubi de mortuis ageretur, frequentissime usurparunt. Dicuntur illi a Christianis scriptoribus modo *Quieti*, modo *Quiescentes; Sacra Defunctorum Quies* sæpe commemoratur. Vide Carolum Du Fresne in Glossario Mediæ et Infimæ Latinitatis V. *Quietorium*; Samuelem Pitiscum in Lexico Romanarum Antiquitatum V. *Requietorium*. Per ea igitur tempora vocem *Quietorium* in Latium adscitam existimo; et ex iis, quæ antea dixi, fluxisse postea solemnia verba sepulcrorum titulis inscripta, *Heic adquiescit*. Recte demum de duabus hisce inscriptionibus judicatum est a Forcellino, qui eas esse dixit notæ non optimæ quidem, sed probabilis. Est apud Gruterum pag. CMLIV. n. 1., et pag. MXXX. n. 8. vox *Requietorium*; his tamen lapidibus, et huic voci Maffejus pepercit.

XVII. Græcam vocem Σωτῆρα uno Latino verbo exprimi non posse ipse Cicero docuit (141); vertit itaque, *qui salutem dedit*. Probati Latini scriptores voce *Salvator* numquam usi sunt. Id in postremis Calepiniani Lexici editionibus notatum est. Quæ septima fuit anno MDCCLII., id certe habet: ea utimur, dum hæc scribimus. Antiquiorem profecto adhibuit Maffejus, cum illa scripsit (142): *cujus novitatem vincit Lazius* Quirino Salvatori *aliam dedicans* (143): *hanc vocem hujus tabulæ fide recenset inter Romanas Patavina Calepini editio, et adsciscit; sed quæ Lazius mittit, non id habent auctoritatis epigrammata.* In adnotationibus Sebastiani Donati editionem anni 1736 citatam video: sola fortasse ejus epigrammatis auctoritas voci *Salvator* tunc apponebatur. Ea igitur vox a probatis Latinæ linguæ auctoribus non usurpata, adhiberi postea cœpit a Christianis scriptoribus; a quibus eam sibi fortasse sumpsit, qui lapidi inscripsit, *Quirino Salvatori*: is quippe titulus pro

(132) Col. cit. (133) Apud Gruterum pag. DCCCX. n. 2. (134) Pag. MCXXXI. n. 11.
(135) Artis Crit. Lapid. lib. III. c. IV. col. 367. (136) In nota apud Gruterum.
(137) V. Gruterum pag. ad hunc Lap. citata.
(138) Antiquitas explanatione et schematibus illustrata. Tom. V. P. I. lib. II. c. IX. pag. 67.
(139) Art. Crit. Lap. col. 218. Vide infra quæ a nobis dicuntur ad V. *Tabernaclarius*.
(140) Tuscul. QQ. lib. I. c. XLIV. (141) Verr. IV. c. LXIII. (142) Artis Crit. Lap. lib. III. c. IV. col. 273.
(143) Est apud Gruterum pag. XIX. n. 5.

salute Cæsaris Nervæ Trajani Aug. est positus; neque est sane probabilis. Plura dabit de hac voce Forcellinus; remque omnem satis illustrant, quæ ipse affert ex D. Augustino lib. XIII. de Trinit. c. X. sub fin. *Qui Hebraice Iesus, Græce* Σωτήρ, *nostra autem locutione* Salvator. *Quod verbum Latina lingua antea non habebat, sed habere poterat; sicut potuit, quando voluit.* De duabus vero vocibus *Servator* et *Salvator* docte admodum et erudite disserit V. C. Joannes Lamius in libro *De eruditione Apostolorum pag.* 101. et seq. editionis anni 1766., qui locus omnino consulendus.

XVIII. Vox etiam *Sodalitiarius* vel *Sodaliciarius* visa est Forcellino ex illo barbararum vocum sodalitio posse emergere, nixa lapide, quem Sponius (144) ac Fabrettus (145) attulerunt. Id illi visum cum vetus Calepini Lexicon interpolaret, visum etiam cum suum contexeret. Inscriptionem primum dabo: IVLIVS · BALERIANVS | QVI · VIXIT · ANNIS · N · XX | NATALI · SVO · D | SODALICIARIVS | BONVS · AMORATVS | FILETIVS · VSQVE · AT FOTSA Ea nunc subjiciam quæ de illa sunt apud Cl. Maffejum (146), qui eamdem Florentiam apud Riccardios per somnium transtulit. *Vocabulum* Sodalitiarius *nulli aut scriptori, aut veteri monumento adhibitum recens et accurata Calepini editio consecravit Fabrettianæ inscriptionis testimonio, quæ itidem apud Sponium est* . . . . . Ipsum lapidem postea describit; hæc tandem addit. *Summam mihi admirationem incuteret, viros doctissimos id genus nugas amplecti potuisse, nisi jam omnino comperissem, et in dies ulterius comperirem, in re lapidaria fascino, ut ita dicam, et incantatione quadam rempublicam litterariam universam alligatam hactenus et detentam. Ut fidem liberem, en tibi* Balerianus *ab eodem scalpro, quod* Bolumnius, Seberus, Flabio, Bela, Inbicto *in his lapidibus protulit: en* Annis Numero XX. *ab eadem manu, quæ nuper* Vela Numero IIII. *et* Cippos Numero IIII. *edidit: en* FOTSA *ab eodem stylo, quo antea* COIITBERTO *et* CARISSTMO. *Eumdem ænigmaticum Genium adhuc certius ea demonstrant,* Amoratus Filetius Usque At Fotsa, *ex quibus tantumdem significationis eruas, quantum ex illis,* QVINQVE PEROVATVOR ETSICINT, *et ex* Aria Farascinta. Amoratus *cum* Filetio (*inscite pro* Philætio) *jocose junctus, ut e contraria significatione mirum quid eliceretur, et cum Latina perverterentur verba, tum Græca ex eadem cognatione judico, qua* Latterninus, Minna, Italicenes, Buccio, Suffenatia Sancta *a Fabretto* (147) *perhumaniter excepta, aliaque plura ejusdem novitatis nomina in hæc saxa prodiere. Quovis pignore contenderem,* Amoratus usque ad fossam *ex vernaculo* fino alle ceneri *prodiisse. Illa,* Die natali suo decessit *e genuina alia decerpta sunt, sed perperam expressa; neque enim* D *pro* decessit *Romana est nota. Ipsissimum denique auctorem singularis vox* Sodaliciarius *prodit, de qua sermo erat, et quam alibi nequaquam reperias.* Vidi ego inscriptos lapides, quos antea Maffejus rejecerat, et quibuscum eum contulit, quem ego antea descripsi; me quoque ejus suspiciones nonnihil movent; nihil modo habeo, quo huic lapidi succurram; Œdipum conjectorem expecto, qui postremum ejus versum mihi ceterisque explicet: erratum in eo fortasse a quadratariis ac lapidariis; verum de integro esset, conjecturis adhibitis, reficiendus: divinandi artem aliis relinquo. Quare donec litterato huic saxo melius beneficio temporis doctorumque hominum labore consulatur, vocem *Sodaliciarius* inter dubias rejicio. Videant eruditi viri, quid lapidis hujus interpolatoribus tribuere possint. Eam certe, inter ceteras, artis criticæ legem Maffejus dedit (148): *Quid de interpolationibus dicam? quanto nobis studio ab ea fraude prospiciendum est, qua, legitimæ quidem, sed, versu, verbo, numero, intruso, dempto, vitiato, productæ sunt inscriptiones haud infrequenter!* Sed ex ea etiam marmorea tabula, quæ olim Romæ erat apud Colotios, postea vero Florentiam deportata est, spes aliqua voci *Sodaliciarius* potest esse, fore ut inter Latinas aliquando recenseatur. Legitur ea tabula apud Gruterum pag. DCII. n. 5. Extat Florentiæ apud Riccardios. Ejus auctoritate minime est usus Forcellinus, quod aut non viderit, aut Fabretti lapidem maluerit. Vidit illam Smetius, edidit Mazochius, emendavit Gudius. Sed quædam adhuc in eo marmore corrigenda, illustranda omnia, ea demum refellenda, quæ Maffejus objecit. Neque hic fortasse labor inanis esset; quem ideo nos non suscipimus, quod in Forcellini Lexico tabulæ hujus testimonium minime legimus. Tabulam tamen ipsam, et Maffeji animadversiones describemus; sunt enim ex arte critica: C · F | D ꝯ M | C · VERGILIVS · MARTA | NVS · COLONVS · AGRI · CAE- | LI · AENEI · (†) ANVLENAE · CER | TAE · COLONAE · AGRI · SS · ANO | RVM · XXII · COIVGI · COIVGALI · | CASTAE · CARAE · BONE · PIAE · | FIDELI · DVLCI · CARE · AMAN | TISSIMAE · DESIDERATISSIME | SODALICIARIA · CONSILI BONI · B · M · | C · F Ad eam ita Maffejus (149). C. Vergilium Martanum *ducentis abhinc annis Mazochius edidit, comprobavit exinde Smetius. Ab inspectione non arguitur, sed a conceptis verbis.* C. F. *præfiguntur, hoc est* Cajus Fecit; *nove et inconsiderate; nam recepta formula,* Vivens Fecit. *Miri nominis* Ager Caeli Aenei *fuerit, quem Martanus coleret; idcircone conjux ejusdem agri* Colona *diceretur? nostratis linguæ mos apud Latinos non obtinebat, ut fabri conjux fabra, et coloni colona vocaretur. Ecquid sibi vult* cojugi cojugali? *hæccine vetus locutio? Nænia sequitur inficeta,* Castæ Caræ Bone Piæ Fideli Dulci Care Amantissimæ Desideratissime; *at non ita ineptiunt prisci lapides, neque ita desipiunt. Post undecies dandi casu enunciatam,* Colona *nostra casu recto* Sodaliciaria *prædicatur, et additur eodem lepore* Consili Boni. Addam ego, illud etiam ab Eduardo Holtheno (150) observatum esse, postremam epigrammatis hujusce lineam ita esse in Codice Palatino; CONSILI · BONVM, cetera desiderari. Vox igitur *Sodaliciaria* non legitur in eo Codice. Multa igitur apud Romanos sodalitatum et sodalitii genera animadverti, multa sodalium nomina, collegia multa; at, qui ejusdem collegii erant, ii sodales dicebantur, qui in aliquo sodalitio, ii etiam sodales: ii demum sodales, qui imperatoribus in Divos relatis sac-

(144) Miscellan. Erud. Antiquit. pag. 296. (145) Pag. 329. n. 481.
(146) Artis Crit. Lapid. lib. III. c. III. col. 242. et seqq. (147) Pag. 649. n. 422.
(148) Artis Crit. Lapid. lib. III. c. II. col. 182.
(†) Pro CAELI legendum videtur C. AELI, ita ut C. Vergilius Martanus colonus fuerit agri C. Ælii Ænei.
(149) Col. 242. (150) Variorum Corrigenda et Animadvertenda, pag. CCCXLI. P. II. T. II. ejusdem Gruteri.

faciebant. Ne ego quidem vocem *Sodaliciarius* unquam offendi : Romana nota est SOD., ea sodalis explicatur; uti illa SOD. HADRIA. Sodalis Hadrianalis. Vide Ursatum in Notis Romanorum (u).

XIX. *Bononiæ,* inquit Maffejus (151), *quæ multis veteribus laudibus Marsilianum Institutum in summum scientiarum bonum nuper adjecit, apocryphas inscriptiones nequaquam offendi: sed in eximia Marchionum Bevilaquarum, tertio ab ea urbe lapide, Tusculana Villa plures inspexi nitidissimas, quarum, etiamsi in Felsineis* (152) *valde ostententur et probentur communiter, paucis admodum fidendum arbitror.* Ex his ea mihi seligenda est, quam Gruterus (153) exhibuit, et ipse etiam Felsineorum marmorum descriptor dedit (154). Ea parva tabella est: EX · DOMO · CAESARVM | LIBERTOR · ET · SERVOR | QVOD · EST · COLLEG | TABERNACLARIORVM. Vocem *Tabernaclarius* hinc sibi sumpsit Calepini Lexicon; significari dixit eum qui tabernas conficit. Maffejus hæc contra (155). *Collegium nugatorium et imaginarium; quis enim* Tabernaclarios *audivit? pro iis, qui tabernas conficiebant, doctus ac recens Calepiniani Lexici editor accipit, qui hujus lapidis testimonio eam vocem Romana civitate donat: ego potius pro artificibus tabernaculorum acciperem, quam artem D. Paulus* σκηνοποιὸς *nobilitat,* etc. At si fabros a tabernaculis ea voce intelligi Maffejus velit dicat oportet contractam eam esse a voce *tabernacularius,* aut legat in eo lapide *tabernaculariorum.* Neque lectio auctoritate caret. Nam apud Gruterum eadem tabella eodem in loco est aliter a Pighio citata atque descripta: ita scilicet: EX · DOMO · CAESARVM · | LIBERTORVM · ET · | SERVORVM · COT · (*sic*) EST · | COLLEGI · | TABERNACVLARIORVM. Hujus lectionis varietas omissa est in veteri Calepini Lexico; de ea monuit Forcellinus, qui tamen vocem *Tabernaclarius* ejusque explicationem ex Calepino retinuit. Ego igitur *Tabernaculariorum* legi malim; vocem *Tabernaclarius* ab hoc lapide minime accipio. Tabernarios (cujus quidem vocis alia est significatio) legi aliquando apud principes Latinæ linguæ auctores; vidi etiam in quodam lapide apud Muratorium pag. CMLXV. n. 7., *Tabernaclarios* vero ne ipse quidem unquam audivi. Collegia quidem *Tabernaculariorum* a viris Romanarum antiquitatum eruditis memorantur. Samuel Pitiscus in V. *Collegium, Passim,* inquit, *in antiquis lapidibus leguntur* collegia *fabrorum ferrariorum, tignariorum, dendrophororum, centonariorum, sagariorum, tabernaculariorum, tabulariorum, fœnariorum.* In ea vero, de qua agimus, tabella, ita omnino videtur legendum. Nam inter Officia Domus Augustæ fabros a tabernaculis invenio, a tabernis numquam. Montfauconius (156) enim columbaria duo Romæ ad Portam Capenam reperta exhibet atque describit. Plerique eorum, quorum nomina cinerariis illis ollis inscripta sunt, Augustales artifices atque ministri videntur esse; *unus venator Cæsaris esse dicitur; alius tonsor, qui comæ ejus curam haberet, alius unctor, qui corpus ejus ungeret. Hic duo oculares medici occurrunt, quorum alter* medicus ocularis, *alter* medicus ab oculis *esse dicitur. C. Julius Phronimus custos bibliothecæ Græcæ vocatur* a bibliotheca Græca. *Est quidam scriba* ab epistulis Latinis; *alter* ab epistulis Græcis . . . . . *Alius dicitur esse Augusti* faber a tabernaculis, *qui scilicet tabernacula, sive tentoria ejus fabricaret.* Ecce titulum ex ære ejusdem Montfauconii (157). *Ti. Claudius . Amianthus . Aug. Faber . A . Tabernac.* Hunc ipsum ceterosque titulos vide etiam apud Cl. Muratorium pag. CMXXVI. n. 15. Utrum vero *Tabernacularii* eam omnino artem exercuerint, quam D. Paulus nobilitavit, id ex ipsius vocis σκηνοποιὸς (158), quæ habetur in Actis Apostolorum cap. XVIII. v. 3., explicatione peti debet. Ego interpretem optimum D. Joannem Chrysostomum existimo. *At,* inquit (159), *tabernaculorum texendorum artifex hic* (D. Paulus) *non Siciliam modo atque Italiam, verum universum terrarum orbem verbum Dei prædicans peragravit, cum interim artem non intermitteret, sed vel tum quoque* pelles consueret, *officinæque suæ præesset.* Ego vero quæcumque subitaria tecta sive ex pellibus, sive ex stragulis, sive etiam ex frondibus, sive ex velis modo in castris, modo in via, modo in domesticis hortis, modo alibi excitabantur, ea ad artem *tabernaculariorum* apud veteres Romanos pertinuisse dixerim; quicumque vero ea parabant, ex quibus fieri tabernacula consueverant, eos fuisse fabros a tabernaculis. Horum collegia certe Romæ fuerunt; fuerunt enim artium pæne omnium quæ manu exercentur; *tabernacularii* vero eam profitebantur, quæ et antiquissima erat, et insignes habebat usus. Veteres enim et voluptatis causa in tabernaculis sæpe habitabant, et iis in itinere utebantur, ut, ubi diversorium non esset, aut urbs attingi non posset, in illis noctu manerent. *Multis locis ne tectum quidem accipio, et in tabernaculo maneo plerumque* (160). Dabantur publice tabernacula legatis ac magistratibus in provincias ituris, imperatoribus etiam ad castra proficiscentibus: ipso demum comitiorum die, is qui comitiis præerat, tabernaculum extra Urbem rite capiebat. Ego igitur a *tabernaculariis* non discedo; lapidem illum, de quo agimus, ita lego, uti est a Pighio citatus; lectionemque hanc ipsius etiam Maffeji explicatio probat. Lapides præterea quos in ea villa, quæ prope Bononiam est, Maffejus vidit (quos inter is etiam est, quem nos primo loco descripsimus) *negotium illi facessere cœperunt statim ac tam bene sibi invicem respondere vidit, et idem ferme petræ genus, coronas, seu parerga propemodum eadem, litteras eadem mensura, verbaque in variis uniformiter exarata, ut ab eodem marmorario videri possint; eamdem denique ubique fere incorruptionem atque elegantiam, qua renident candidi isti lapides usquequaque* (161). Quare, si qua illi ex ea re suspicio fuit, ac de tam pulcris ve-

(u) Nimis liberaliter hic *Maffejo* concessisse videtur *Cognolatus,* ut nihili facienda sit auctoritas utriusque hujus lapidis, in quo *sodaliciaria* et *sodaliciarius* legitur, quasi vero istud a Latina lingua adjectivum repudiandum esset omnino; nam utrumque lapidem in suam *Collect. Inscr. Lat. n.* 4644. et 4794. nuper recepit *Jo. Casp. Orellius,* cum ipse viderit a *Petr. Laur. Del-Signore* in *Marmi Riccardiani p.* 268-280. satis superque utrumque lapidem a censura Maffejana vindicatum fuisse.

(151) Artis Crit. Lap. lib. III. cap. III. col. 216.

(152) Vid. Malvasiam *Marmora Felsinea* etc. Bononiæ 1690. 4.° (153) Pag. DCXLII. n. 8. (154) Malvasia, pag. 616.

(155) Col. 217. (156) In Opere al. citato Tom. V. P. I. lib. II. c. V. pag. 54. 55.

(157) Tome V. P. I. Planche XVII. à la pag. 54. (158) In Vulgata. *Scenofactoriæ artis.* (159) In Epist. ad Rom. Hom. II.

(160) Cic. lib. V. ad Attic. epist. XVI. (161) Loc. cit. in Art. Crit. Lapid. col. 216.

tustatis exsuviis dubitavit, tabellam hanc ita legere Maffejus debuerat, non ut est apud Gruterum primo loco descripta, non ut in Bononiensi villa inscripta est; sed ut est a Pighio citata, allata vero apud Gruterum secundo loco. Utramque ejus formam nos attulimus; dedimus illam utroque modo: tam varie a Pighio citata est, ut certe ab ea, quæ prope Bononiam nunc legitur, descripta minime videatur. Sed jam tabellam hanc totam, quocumque demum legatur modo, Maffejus damnat. Quare nec *tabernaclariis*, neque *tabernaculariis*, quos ego malo, ullus per Maffejum in Latina civitate locus. Fabretto irascitur quodammodo Maffejus, quod hanc inter ceteras e Grutero inscriptionem protulerit, ut probaret servilia capita dominorum sepulcris aliquando illata (162). Hanc ego causam minime attingo, quam jamdudum viri antiquitatum peritissimi ex Fabretti sententia judicarunt (163): ipse demum Maffejus, quod jam diximus, comprobavit. Lapidem ipsum defendo. *Idne sibi persuaderi* (inquit Maffejus) (164) *vir doctus* (Fabrettus) *potuit, antiquum titulum fuisse, cujus sententia nulla? . . . Quod si etiam verba coalescerent, qui fieri poterat. ut monumentum libertorum et servorum Cæsareæ domus externo item collegio pateret?* Mihi vero ejus tituli verba ita videntur explicanda: *Ex domo Cæsarum Libertorum Et Servorum Quod Est Collegii Tabernaculariorum*, h. e. ex numero libertorum ac servorum Cæsareæ domus, ii, qui sunt ex collegio *tabernaculariorum*, qui spectant ad illud collegium, qui collegium illud constituunt: quæ quidem explicatio et Latinæ consuetudini, et veterum lapidum stilo optime nobis videtur convenire. Non unus aut alter ex libertis ac servis fuit in Cæsarea domo faber a tabernaculis; plures certe huic muneri atque artificio addictos fuisse omnino dicendum est: ii corpus, collegium quoddam, ex eorum quæ in Urbe fuisse diximus similitudine, constituebant. Servus aliquis a lectica, quoniam plures erant, qui hoc servitii genus præstabant, dicebatur ex corpore lecticariorum, quorum *decurio* legitur apud Gruterum pag. DC. n. 1. Pulcherrimæ antiquitatis lapis apud eumdem Gruterum (165): DIS · M | TI · CLAVDIO | AVG · LIB | TIGRANO | EX · CORPORE | LECTICARIORVM | CAESARIS | VIXIT · ANNIS | LXXXV etc. | Cum vero lecticarii vilissimum essent hominum genus, in Cæsarea tamen domo libertos etiam a lectica fuisse ex hoc monumento intelligimus: quod tamen illi domui peculiare minime fuit: verum hoc ideo animadvertimus, ne quis umquam miretur, ejus domus libertos fuisse etiam tabernaculorum artifices. Cum vero plures ex libertis ac servis Augustanæ domus idem munus atque artificium exercerent, unus erat qui ceteris præesset; is dicebatur *præfectus*, sive, ut alii malunt, *præpositus:* ex quo sane corporis seu privati collegii formam agnoscis. Collegia hæc in decurias dividebantur; ac *Magister in Familia* (fabrorum) *Præfectus Decuriæ* occurrit in quodam lapide Musei Kirkeriani (166). Est etiam apud Suetonium in Domit. cap. XVII. *Decurio cubiculariorum;* sed ecce tibi aliam ex Grutero tabulam (167): D · M | TI · CL · | THALLVS | PRAEPOSITVS · VELARIORVM | DOMVS · AVGVSTANAE (168) etc. | Cubiculariorum etiam collegium videtur fuisse in domo Cæsarea. Apud Gruterum enim titulum legimus (169): D . | ZMARAGDI | L . DOMITIA · POLLIN | CVBICVLAR | EX · COLLEG | CVRANTE · NICOSTRATO | AMICO | B ∽ M | . Sed rem hanc turbat Index Gruterianus, qui ad vocem *Cubicular. ex colleg.* Fabrettum citat pag. 184. in Columna Trajana; addam ego antiquas ejusdem Fabretti inscriptiones pag. 440., ex quibus locis intelligimus, collegium Concordiæ, cui servilis turba Augustanæ domus adscripta erat, in eo lapide, quem modo descripsimus, posse significari. *Collegium Quod Est In Domu Sergiæ Paullinæ* legitur in Museo Veronensi pag. CCLVI. 4. Verum hoc prætermitto; ad Maffejum redeo; cujus mihi suspiciones omnes evellendæ sunt. Illud igitur *Tabernaculariorum* collegium eorum erat solummodo, qui in domo Cæsarum fabri erant a tabernaculis: non ergo monumentum *Externo Collegio* patebat; neque tam multi in illud inferebantur, ut non jam *parva tabella*, sed *magnus lapis*, quod Maffejus ait, ejus titulum præ se ferre debuerit. Alia est inscriptio apud Gruterum (170), quæ ad nostram hanc proxime accedit: *Ex Domo Cæsarum Et Liviæ Libertorum Et Servorum;* sed ne hæc quidem Maffejo placet. Ego id primum animadverto, ex ipsa linearum positione atque figura suspicionem facile oriri posse, verba quædam in hoc lapide desiderari. Vacua linearum spatia nullis quidem apud Gruterum punctis notantur; lineæ tamen ita exhibentur, uti certe in integro lapide, quamvis parva tabella fuerit et oblonga, minime esse debuerunt. Ecce illas, uti sunt apud Gruterum; nam Fabrettus (171), qui lapidem certe non vidit, sed ex eodem Grutero descripsit, eas quidem retinuit, sed ex arbitrario melius concinnavit. EX · DOMO | CAESARVM ET | LIVIAE | LIBERTORVM ET SERVORVM | Ceteris deinde respondeo quæ Maffejus objecit, quæ sunt utrique harum inscriptionum communia. *Quænam*, inquit (172), *hæc obscura et detruncata funerarii tituli formula? . . . . . Dis Manibus non prælaudatis, nec ullo nomine, quo sententia constet, et verba regantur, proposito?* Ego Deos Manes, ac solemnes notas, quibus illi significabantur, in sepulcrorum titulis neque vidi, neque legi aliquando; idque etiam testari poterit quicumque veterum monumenta sive inquirit, sive tractat. Ludet operam quisquis exemplis uti voluerit (173). Neque vero præponi quidpiam duobus hisce titulis necesse erat quo sententia constaret, ac verba regerentur: cum enim tituli eo modo inscribuntur, duo illa verba *Locus Monumenti*, seu *Locus Sepulturæ*, *Monimentum*, *Memoriæ*, *Bonæ memoriæ*, adesse semper intelligimus. Inscriptionem hanc dedit etiam Gorius, attulit, probavit, explicuit, integram existimavit Morcellus *de Stilo Lat. Inscript. pag.* 125. Ita denique Maffejus: Servos ex domo *audivimus, non ita* libertos ex domo: *formula, qua servis et libertis monumentum parabatur, hæc est:* Libertorum Et Familiæ, *domini et pa-*

(162) Vid. Fabretti Inscriptiones, pag. 42. n. 231. (163) Vid. Montfauconium T. V. P. I. Antiq. explan. et schem. illustratæ, pag. 55.
(164) Artis Crit. Lapid. col. 217. (165) Pag. DXCIX. n. 11. (166) Apud Murator. pag. CMXXXVI. n. 9.
(167) Pag. DXCIX. n. 7. (168) Varior. Lectiones vide in notis apud eumdem Gruterum.
(169) Pag. DLXXVI. n. 5. Variorum Corrigenda et Animadvertenda. quæ collegit Eduardus Holthenus pag. CCCXL. Part. II. Tom. II. ejusdem Gruteri *Videtur ead. Inscript. quæ sic mutila aut decurtata apud Pier. Valer in notis ad Virg. Æneid. lib. VII. pag.* 137. DIS · MANIBVS · OSSVIS · ZMARAGDI. (170) Pag. CMXXXIV. n. 12. (171) Pag. 42. n. 232. (172) Col. 217. 218.
(173) *Forse alcune iscrizioni, che pur cominciano dal nome del defunto in genitivo, ne sono senza, perchè quando furono ricopiate, la cornice, ove quelle sigle* (D. M) *erano incise, trovavasi rotta e mancante* P. Zaccaria, Instituzione Antiquario-lapidaria. pag. 249.

*troni nomine statim adjecto*. Ego hæc contra: Qui *libertos ex domo* numquam audivit, audiat primum ex hisce, de quibus agimus, inscriptis titulis; nihil enim audiet, quod Latinæ aures fastidiant. Illud etiam rei insolentiam minuet, quod liberti servis adjungantur, qui certe *ex domo* dici solent. Libertis quidem ac servis ita monumentum inscribebatur, *Libertorum et Familiæ* (174); at rata verba solemnesque formulæ in omni ferme monumentorum genere varietatem aliquam exceptionemque habuerunt; ac si lapidem proferre licet, qui ad sepulcrales minime spectat, ipsos tum libertos, tum servos communi familiæ nomine comprehensos intelligemus. Dedit illum ex Donio Muratorius (175). A OSTIENSIS | ASCLEPIADES | AEDITVS CAPITOLI | SIGNVM MARTIS | CORPORI FAMILIAE | PVBLICE LIBERTORVM | ET SERVORVM | D D | Quicumque in veteris eruditionis linguarumque studio versamur, non id semper aut emendandum aut rejiciendum esse credimus, quod in aliquo monumento, sive scriptoris loco occurrit, et insolens est. Quantas id clades ederet! Diligentius illud animadvertimus, nova extundimus, multa illustramus; seponimus illud aliquando, lucem ac testes expectamus. *Tam rara est*, inquit Cl. Muratorius (176), *apud Latinos prærogativa* Sacerdotum Coronatorum, *ut hoc unum exemplum hactenus emerserit;* lapidis scilicet, quem illi integrum emendatumque misit Vir Cl. Apostolus Zeno; quem postea dedit etiam Maffejus in Museo Veronensi pag. CCXLVIII. Eadem tamen vox est etiam in Hispellate marmore (177), quod sane legitimum est; at cum illud protulisset Fabrettus (178), miratus fortasse vocis insolentiam, vitiatumque nomen suspicatus, pro *Coronato* posuit *Correctori*. *Attamen certum certissimumque deinceps futurum est*, inquit rursus Muratorius (179), *in Hispellate marmore, quod sine dubitatione legitimum est, scriptum fuisse* Coronatus; *uti præter exemplum accuratissimi Abbatis Ferdinandi Passerini Hispellatis ad me missum, monuit me Cl. Vir Hyacinthus Vinciolus, qui inscriptionem hanc ex autographo describendam, me rogante, curavit. Itaque* Coronatus, *tum* Daciæ, *ut supra vidimus* (180), *tum hic* Tusciæ *et* Umbriæ, *nihil aliud mihi creditur fuisse, nisi* Stephanephorus *Græcorum, in eorum monumentis sæpe recurrens. Non ii vulgares sacerdotes, neque in uno templo conclusa eorum auctoritas, sed per universam provinciam extendebatur. Non in sacrificiis tantum sacrisque ædibus coronam deferebant (quod cuncti, aut plerique sacerdotes facere consueverunt), sed etiam extra templa, et in reliquis publicis actibus. Eorum quoque, ut opinor, fuit, solemnibus provinciæ ludis præesse. Eorumdem ludorum mentionem habes in hac ipsa inscriptione*. Hæc itaque attulimus, non ideo tantum, ut ejus veluti criticæ legis, quam antea proposuimus, exemplum esset, verum ut idem animadverteremus, quod de *Sacerdotibus Coronatis* Maffejus dixit (181), et ex Maffejo in hoc ipso Lexico Forcellinus (182); intelligi scilicet sacerdotes quosdam *sacrorum privatorum*, quibus mos esset coronatos incedere; Græce dictos στεφανηφόρους. Ego Muratorii explicationem potiorem habeo, neque *Coronatos* privatorum sacrorum sacerdotes fuisse umquam existimaverim: qui enim coronati ubique incedebant, ac totius provinciæ, uti vidimus, sacerdotes dicebantur, ii privata tantummodo sacra facere et curare minime debuerunt. Sed in Museo Veronensi, ea lapidis verba, *Ter coronatus Daciæ* explicuit Maffejus, *hoc est, præcipuo sacerdotio ter in Dacia functus* (x). Non hæc sane iis respondent, quæ in Epistola ad Cardinalem de Polignac (183) Parisiensem anaglyphicam tabulam illustrans ex Dionysio Halicarnasseo docuerat, quæque nos antea exposuimus. In aliam ergo opinionem postea venit, ac Muratorio accessit. Rem tandem rursus turbavit Musei Veronensis pag. CCCCXXI.; eamdem enim Parisiensem tabulam exhibens, coronas communia sacerdotum insignia visus est existimare: *Tres*, inquit, *togatos vides* coronam sacerdotalem *gestantes; Deorum enim* ministri et sacerdotes coronantur, *inquit Tertullianus*, De Cor. Milit. c. 10. Nimis multa jam diximus, neque ea sane omnia, ut uni voculæ *tabernacularius* consuleremus. *Tabernaclarius* id ipsum fortasse est quod *Tabernacularius;* quemadmodum servus a cubiculo *Cubicularius* absolute dicebatur, apud Donium vero Class. VII. n. 119. legitur per syncopen in quodam lapide *Cubiclarius;* et *Vascularius* apud Reinesium et Gruterum, *Vasclarius* est apud Muratorium pag. DCCCXIV. Numquam tamen ea vox illum significat, qui tabernas conficit; explicationem ipsi dedimus. Neque id probo, quod a Carolo Du Fresne dictum est (184), *tabernacularios* eos fuisse *qui tabernacula curabant in castris: Gall. fourriers*. Exemplum attulit ex Epist. XIV. Petri Blesensis; scripsit ille sæculo a Christo nato undecimo. *Curritur ad meretrices et tabernacularios curiales, ut inquiratur ab eis, quo princeps profecturus sit*. Ego eos ipsos intelligi puto, qui principi tabernacula conficiebant, et excitabant, sive in castris, sive in litore, sive in agro, sive alio demum quocumque in loco; neque eos esse existimo, quos Galli dicunt *fourriers*, sed quos ego Italice, si liceret, libenter dicerem *padiglionieri*.

XX. Licet jam e sepulcris, in quibus hactenus commorati sumus, efferre pedem, ac lucem aspicere. Quin immo, cum eorum quæ in hoc opere Forcellinus præstitit, multa a nobis sermonis hujus initio dicta sint, cetera vero sit ipse dicturus in suo, licet etiam præfandi finem aliquando facere. Huic igitur operi in lucem prodeunti felicia omnia tanta nunc voluntate precamur, quanto olim studio ejus auctorem coluimus, quanta ille benevolentia nos ipsos est prosecutus. Eos omnes appello, in quibus est Latinarum litterarum amor, qui Romanæ linguæ et eloquentiæ ingenium intelligunt, qui ejus difficultates legendo scribendoque experti sunt, qui non modo optimorum temporum, sed mediæ quoque et infimæ Latinitatis auctores tractant: nemo certe Lexici hujus volumina tamquam frigida adjumenta contemnet, nemo sibi aliquando saltem consulenda esse non existimabit. *Ita* enim *sumus omnes*, ajebat olim Muretus (185), *etiam qui paullo melius Latine loqui putamur, quam*

(174) Vid. Fabrettum p. 42. 43. (175) Pag. CLXXVII. n. 7. (176) In Novo Thes. Veterum Inscript. pag. CLV. n. 2.
(177) Apud eumdem Muratorium pag. eadem n. 3. (178) Pag. 105. n. 250. (179) In nota ad hoc marmor, pag. cit. CLV. n. 3.
(180) In Lapide, de quo diximus, quemque Muratorio misit Apostolus Zeno. (181) *Osservazioni Letterarie* Tom. I. Artic. IX. pag. 233.
(182) In *V.* CORONATUS. (x) Immo potius *in tribus Daciis præcipuo sacerdotio functus*. V. DACIA in ONOM.
(183) Citato Artic. *Osservazioni Letterarie*. (184) In Gloss. Mediæ et Infimæ Latinitatis. *V.* TABERNACULARII.
(185) Lib. II. Epist. XXXVI.

*vulgus solet. Dum confidimus, nos jam eam facultatem consecutos, ut vel aliud agentes emendate loquamur, multa inepta, et ne in pueris quidem ferenda, effundimus. Isti præcipue delicati, qui omnia sibi præter Ciceronem putere ajunt; qui, si sine Nizolio possint unam aut alteram epistolam scribere, germanos se esse Cicerones putant; qui Senecam contemnunt, Plinium irrident, Tacitum damnant, ad inferiorum vero temporum scriptores etiam nauseant; qui me aut mirantur, aut miserantur, aut irrident, quod ex Apulejo ipso aut Sidonio quædam petenda esse dicam ad usum Latini sermonis: illi igitur ipsi sæpe ita et loquuntur, et scribunt, ut non eos modo, quos ipsi tantopere abjiciunt, quos præ se contemnunt, sed eorum pistores ac coquos multo Latinius locutos fuisse constet.* Quandoquidem vero nullum opus est, cui melius beneficio temporis consuli ab hominibus non possit, et hæc ipsa verborum cura numquam fortasse ita erit consummata, ut nihil sit reliquum: ideo nos, de hoc Lexico in posterum etiam cogitantes, ea seponemus, quibus aut ipsum ditescere, aut ejus pars aliqua emendari possit; neque eorum, ad quos volumina ista pervenient, monitiones effugiemus, modo ne sapientia careant atque benevolentia. Atque hanc quidem ab honestis viris facile nobis pollicemur, minimeque ab iis fuisse præstitam, qui leve aliquid, neque ad Latina pertinens, in veteri Calepini Lexico notarunt, jure conquerimur: nisi forte liberaliter nobiscum egisse sibi videntur, cum opus illud octies tantum ad hæc usque tempora nobis editum, tricies vulgatum fuisse crediderunt. Æquiores illi nobiscum erunt, dum ea ipsa quæ tam severe sunt in veteri Lexico animadversa, expulsa modo et emendata a Forcellino intelligent; nos vero nemini umquam molesti erimus, quod Lucani versum, qui est libro tertio Pharsaliæ (v. 190), in quintum transtulerit. Si quis vero Latinæ linguæ fatum nostris hisce temporibus animo volvens, opus hoc, quod nunc ratione et consilio vulgamus, serius quam oporteat, in lucem prodire existimaverit, hujus ego vocibus tantum profecto tribuam, quantum illis tribuendum est, qui ea tantummodo Latina studia attigerunt, quæ prima illa puerili institutione continentur. Eos porro ex nostris Italis qui vernaculam linguam unice amant et colunt, Latinam vero in hoc solo natam, et commune olim nationum vinculum, nostrorum hominum ingeniis excitatam postea et excultam, vel intermittendam vel ablegandam esse putant, eos, inquam, admoneo, ne ita popularis sermonis amore ac studio detineri velint, ut eum negligant, sine quo Italica lingua retineri, augeri, ornari, restitui numquam potuisset. Iis tandem, qui fasces jamdiu Transalpinis hominibus submittendos esse ajunt, et quemdam ex eorum linguis eruditionis universæ campum aperire existimant, multa quidem responderem, si, quam facile error ipse ostendi posset, possent etiam judicia hominum ad nova sæculi exempla in omnibus viventium Latinis verbis emendari. Verum, non præfabor rursus; præfandi potius, ut antea ajebam, finem faciam, auctoremque hujus operis prodire sinam. Ipsam igitur optimi senis modestiæ plenissimam vocem excipite.

## III.

# CLERICIS

### SEMINARII PATAVINI

### LATINÆ CONSUETUDINIS ADSEQUENDÆ CUPIDIS

## ÆGIDIUS FORCELLINUS

I. Jacobus Facciolatus magister meus, in litteraria republica illustre nomen, cum studiis vestris in hoc Seminario præesset, et, ut quam rectissime procederent, sedula cogitatione atque ope niteretur, inter alia, quæ utiliter suscepit, Latinum et Græcum Λεξικὸν in manus sumpsit, et de utroque purgando et amplificando deliberavit. Et Græcum quidem, aliqua mea opera usus, plurima vero aliorum, quos longe major doctrina commendabat, ita auxit et adornavit, ut quanto vobis adjumento sit, qui in ejus linguæ studio versamini, testes locupletissimi esse possitis. Latinum vero, quod majore cura indigere videbatur, uni mihi reficiendum imposuit, non quidem id secutus, quod satis in me ingenii esse putaret (novit enim ipse, et ego plane sentio, esse perexiguum), sed quod videret satis firmam meam valetudinem, et longissimi laboris patientem arbitraretur. Itaque me præbente manum, illo consilium atque opem, tandem post annos prope quadraginta, finis operi pæne immenso impositus est. Nunc restat, ut doceamini, quid illo duce et auctore præstiterim, et quam rationem novi Latini *Dictionarii* conficiendi, post tot hujusmodi syntagmata toties edita, secutus sim.

II. Prima cura fuit omnes Latinas voces diligenter describere, et exacte disponere per usitatam litterarum seriem, ut quærentibus facile occurrerent. Nec satis habui descriptas ab aliis sumere, quin auctores Latinos non paucos, qui indicibus verborum carebant, attente percurri, et præterea veteres grammaticos, et sex aut septem inscriptorum lapidum collectiones, et numismata vetera, ex quibus plura decerpsi vocabula, quæ in aliis Λεξικοῖς non habentur. Orthographiæ accuratam rationem habui, secutus auctores probatissimos, qui de ea professi scripserunt, et probæ notæ lapides, et numismata: et quotiescumque ea duplex esset, priore loco proposita est, quæ probatior videbatur: et causas, cur ita videretur, in fine cujusque vocis semper adjunxi. Subjeci fere omnibus tum Græcam, tum Italicam interpretationem: alias enim linguas, quæ hucusque addi consueverunt, ut speciosus titulus *Septem linguarum* inscriberetur, omnino neglexi. Notationem vocis, seu etymologiam non omisi, modo esset probabilis, et nimis longe petita non videretur: qua in re sæpe Varronem ipsum peccasse, jampridem eruditi animadverterunt. Quod ad Italicas voces attinet, nulla mihi religio fuit iis etiam uti, quæ ab Etruscis non probantur, id unice spectans, ut Latinam sententiam nostris luculenter exprimerent.

III. Sequebatur potissima cura et maxime necessarius labor illa duo persequendi, quorum causa hujus generis libri sumuntur in manus, Latinarum vocum vim, et usum. Cum enim duo sint studiosorum genera, qui hoc opere indigent, et qui Latina intelligere, et qui Latine scribere volunt; illis satisfit, cum apte et plane sensus verbi exponitur tum proprius, et, ut ita dicam, nativus, tum figuratus, qui ab illo descendit. Ego id fere semper servavi, ut primo loco indicarem, quæ sententia cuique vocabulo proprie accepto subesset: cui rei maxime servit notatio, cum aperta et conveniens est: deinde figuratas significationes subjeci tum solutæ, tum ligatæ orationis, quod sufficere existimavi intelligere cupientibus: neque tamen omisi singularia multa edisserere, quæ peculiarem animadversionem requirere visa sunt. Habenda fuit etiam ratio quantitatis syllabarum, quam prosodiam dicitis; ne qui legunt, aut recitant, voces perperam enuntient, et dum in eo peccant, ne intelligere quidem videantur. Hac de causa, ubicumque licuit, et opus fuit, versum aliquem Latini Poetæ inserere optimum duxi, et initio vocum accentus notam appingere. Multo plura postulant ii, qui scribendo verba componere et sensa sua Latine explicare aggrediuntur. Docendi sunt enim, cuique voci quis sit locus in prorsa aut vorsa oratione, ut Apuleji verbis utar; qua ratione unumquodque verbum aut nomen inflectatur; quæ antiqua vel obsoleta sint, quæ usitata; quæ nomina aut verba plena sint, quæ deficientia; qui casus verbis tribuendi sint, quæ nominibus genera. Ut prisca ab usitatis discernere per se quivis vestrum possit, consulat seriem scriptorum, quam a magistro meo mox dabo (a).

IV. Confirmanda erant hæc omnia afferendis scriptorum locis, quæ exemplo et auctoritati essent lucubrantibus: qua in re præstanda nimius fortasse alicui videbor, et multa in eamdem sententiam congesta omittere potuisse. Sed non una me ratio movit, ut copiam affectarem. Quidam enim dicendi modi rariores non unius auctoritate contenti sunt, ut libere adhibeantur: quædam obscura, pluribus firmata exemplis planiora fiunt: quædam vulgo male accepta, pluribus indigent, ut de vera ipsorum sententia, qui prave acceperant, persuadeantur. Illud vero me maxime impulit, ut copiosus essem, quod vobis adolescentibus laborabam, qui cum in scribendo sæpe inopiam queramini, nihil impensius quæritis, quam abundantiam. Itaque in animo habui tale vobis opus conficere, quo in uno haberetis quæ in Calepino, Doleto, Nizolio, Scoto, Manutio, aliisque multis phrasium atque elegantiarum collectoribus continentur. Utinam vero faxit Deus, ut, si in hac re peccavi, nihil aliud præterea mihi objicere possint docti homines: unum hoc libenter agnovero, si in aliis longe gravioribus mihi parsum iri confidam.

V. In laudandis designandisque auctorum locis hanc legem mihi imposui, ut nullum admodum afferrem testimonium, quod non prius ipse meis oculis in ipso auctore vidissem: ac si fragmenta veterum afferenda essent, quorum libri perierunt, indicarem sollicite, unde hausissem; appellaremque fideliter veteres grammaticos, qui ea nobis servata tradiderunt. Eaque lege adeo me obstrinxisse profiteor, ut maluerim omittere exemplum aliquod, etsi maxime ad rem faceret, quam incerta pro certis venditare. Indicavi autem per libros, capita, sectiones, et in poetis per poematum et versuum numerum; in quibusdam etiam per paginas, ut in Arnobio, Apulejo, Grammaticis Eliæ Putschii, Capella, et Inscriptionum collectoribus. Sed quia non omnes editiones iisdem divisionibus scriptorum opera secuerunt, post seriem scriptorum, de qua supra dixi, habebitis catalogum editionum, quibus usus sum (b): ut non statim mihi culpæ vertatis, si quis locus in libro dissimili, quem vos versatis, indicationi meæ non responderit. Non idcirco tamen in designando non erravi, cum longa experientia didicerim, sæpe in opere longo menti somnum obrepere, et manum aliud scribere, aliud in cogitatione fuisse.

VI. Id etiam fere semper custodivi, ut primo loco auctores afferrem aureæ, aut argenteæ ætatis: antiquiores quoque adderem, qui ostenderent, vocem illam de qua agitur, jamdiu esse in possessione civitatis Romanæ: post hos ad ferreos descenderem, quando meliores non occurrebant. Fateor equidem quosdam citasse, qui ad luteam ætatem pertinent et cadente Latinitate vixerunt: sed hoc ideo feci, quod factitatum videram a doctissimis illis viris, qui in Germania in Thesauro Basilii Fabri summa cum laude laborarunt. Movit me horum auctoritas: movit etiam illa ratio, ne in meo opere deesset aliquid, quod in editis aliorum hoc genus operibus legeretur. Neque tamen hoc vobis, puram atque emendatam orationem sectantibus, officere quidquam poterit, qui et auctoris ætatem ac stilum indidem (hoc est ex hoc ipso opere) cognoscere potestis; et verbum, quod usurpare vultis, ipsum per sese prodet, qua nota sit, et sæpe etiam me monente innotescet. Hoc idem eo facilius assequemini, quo libentius habitabitis in lectione optimorum scriptorum, Cæsaris, Ciceronis, Nepotis, Livii, Virgilii, Horatii, Phædri, Ovidii, qui in scholis nostris ponuntur: quorum nitor loquendi ac puritas aures vestras ita imbuet, ut insolens verbum et inurbanam dictionem, nullo monstrante, deprehendatis. Quæretis ex me fortasse, cur geographica vocabula urbium, fluminum, montium, aliorumque locorum magnam partem omiserim. Ego vero admisi ea omnia, ex quibus adjectiva formantur, ut *Tiburtinus, Brixianus, Fertinus, Ætnæus, Erymanthæus, Pactolis, Padanus*, et sexcenta hujusmodi, quæ non intelligerentur non explicatis iis vocibus, unde ducuntur. Cetera si requiratis, vos remitto ad geographos, quorum res si

(a) *Forcellinus* post hanc epistolam, et sequentem ipsius adnotationem de suscepti perfectique operis sui tempore, addiderat ***Indicem scriptorum Latinorum per ætates, ex commentario Jac. Facciolati de ortu, interitu et instauratione linguæ Latinæ***, quod una cum oratione habita in Semin. Patav. pro studiorum instauratione editum Patavii fuit ann. MDCCXIII. Sed cum ille Index vix quartam scriptorum partem contineret, quorum auctoritate prius *Forcellinus*, deinceps ego usi fuerimus in Latinis vocibus confirmandis, ideo alium, illo prætermisso, et pleniorem meliorique ordine digestum subjungendum putavi.

(b) Hunc editionum catalogum ideo omisi, quia post Forcellini a Seminario Patavino discessionem, ejusdemque obitum, *Facciolatus* et *Cognolatus* plura Lexico, quod ineditum per plures annos in bibliotheca ejusdem Seminarii jacuit, addiderant scriptorum loca ex recentissimis editionibus quas Forcellinus nec viderat, nec consuluerat, qua de re V. *Leon. Targæ* verba in adnot. 2. pag. 80. ad Cornelii Celsi editionem Veronensem ann. MDCCCX. ab eodem curatam. Attamen præcipuam editionem, qua Forcellinus, aut ego usi sumus, post brevissimam auctoris vitam in Indice auctorum eorumque operum citandam curavi, ut varietatis lectionum diversæque capitum divisionis ratio lectoribus constaret.

meo operi inseruissem, crevisset profecto in duplum, et sua mole ab utendo deterruisset. Vidi ego, et quis non? Græca Λεξικά, Etrusca, Gallica, Hispanica, etc., in quibus aut prorsus nulla, aut permodica geographiæ ratio habita est. Latina sum persecutus quanta maxima diligentia potui: in hoc unum industriam, vires, tempus collocavi: adolescens manum admovi, senex, dum perficerem, factus sum, ut videtis. Utrum nihil aliud, quam ab aliis descripserim, conferendo cum aliis intelligetis. Macti igitur animis, studiosi Clerici: Romanam eloquentiam amate, quæ vobis olim sanctæ Ecclesiæ inservientibus magnopere est futura: et præter assiduam curam, qua bene merentur de studiis vestris magistri seduli, hæc etiam a me subsidia habete.

# IV.

## EPISTOLA EDITA

VENETIIS ANNO MDCCLVI.

INTER MENSTRUAS HISTORIÆ LITTERARIÆ MEMORIAS

APUD PETRUM VALVASENSEM T. VII. P. II. ARTIC. X.

## JACOBUS FACCIOLATUS

### JOSEPHO LASTÆ

VENETÆ PISANORUM BIBLIOTHECÆ PRÆFECTO

S. D.

Quid ais, o bone? Me ne Calepini Lexicum fecisse? Ego vero nec feci, nec fecisse velim. Hujus libri auctor Fr. Ambrosius est, patria Calepinus, instituto cœnobita Eremitanus; qui tantum operæ in eum contulit, quantum industrii cœnobitæ vires et tempora patiebantur. Laudandus hominis conatus, qui omnium ante se famam obscuravit, solusque grammaticas scholas diutissime tenuit. Auctus subinde a multis est, iterumque ac sæpius editus; jamque ita creverat, præsertim Passeratii sive opera, sive nomine, ut vix quippiam ad hoc studii genus addi posse videretur. Itaque cum ego Patavini Seminarii scholis præfectus excutere illum cœpi, et palam profiteri, velle me millia multa expellere, quæ barbara essent, atque alia sufficere, crabrones excitavi, a quorum aculeis vix me servavit Apollo: Georgium dico Card. Cornelium, Episcopum Patavinum, qui mihi uni credere maluit, totiusque rei arbitrium concessit. Illud quoque permisit, ut unum aliquem ex meis discipulis (nam eodem tempore Academiæ scholam regebam) deligerem ingenio moribusque spectatum, isque Ægidius Forcellinus fuit, qui zothecula mea inclusus mihi uni auscultaret, operamque fideliter præberet. Sed cui hæc? Tu ipse circa tempora illa alumnus Seminarii eras, et omnia recte nosti. Quàtuor admodum annis expurgatus, auctus et perpolitus liber est, non quidem ut debuit, sed ut potuit, urgente quotidie typographo. Placuit Latinitatis studiosis, et invidiam extinxit. Hinc crevit audacia, et majus aliquid cogitare cœpi. Scilicet ne ipse quidem mihi Caroli Stephani Thesaurus probabatur. Quid quæris? Novum concedere Latinæ linguæ Lexicum aggressus sum, quod voces omnes, variosque earum usus complecteretur, ejusdem adhibita Forcellini opera, huic studiorum generi jam assueti planeque dicati. Vix se volumina apud me scripserat, cum Card. Cornelius fato cessit, percussoque pastore dispersæ sunt oves usque ad annum sæculi tricesimum. Tunc ego Seminarii curam denuo suscipere jussus, quantum publicæ Universitatis ratio pateretur, pristini operis cogitationem revocavi, eumdemque adjutorem accivi, qui jam satis superque instructus, ipse per se, acceptis præsidiis, lucubraret. Tandem per varios casus, quos nihil attinet commemorare, ad calcem ventum est, vixque ego in plerasque litteras quippiam contuli præter consilium. Princeps hujus operis conditor atque adeo unus Forcellinus est (1).

Jam habes de toto Calepini negotio, quo pertinet pars litterarum tuarum prima, etc.

Patavio Idib. Januar. ann. MDCCLVI.

(1) Edidit iterum hanc epistolam Facciolatus an. MDCCLIX. in calce libri, cui titulus: *Animadversiones Criticæ in magnum Petri Danetii Dictionarium.* Locum hunc ita mutavit: *Tandem per varios casus, quos nihil attinet commemorare, ad calcem ventum est; vixque ego in plerasque voces quippiam contuli præter consilium, in multas autem ne consilium quidem. Jam habes de toto Calepini negotio* etc. Eamdem epistolam tertio edidit, anno scilicet MDCCLXV., et est CLXX. inter ejus Epistolas Latinas (pag. 296). Locum hunc ita mutavit: *Tandem per varios casus, quos nihil attinet commemorare, ad calcem ventum est; nondum tamen ad typographum, qui latet in fatis. Jam habes de toto Calepini negotio* etc. Erat ille adhuc in vivis, cum typographus in hoc opere laborare jam cœperat. Hæc itaque in scriptis reliquit, quæ huic epistolæ post ea verba, *latet in fatis*, adderentur. *Tandem fata cessere Marino Card. Priolo Episcopo Patavino, qui pro animi sui magnitudine et litterarum amore diutius ferre non potuit scholarum Latinarum voces jure querentium deesse sibi adhuc satis copiosum Latinitatis Lexicum. Superi faxint, ut omnia illi bene vertant, quæ ad typographiæ hujus totiusque Seminarii felicitatem summo consilio et providentia jam instituit.*

# V.

IX. CAL. MART. ANN. MDCCLIII.

## ÆGIDIUS FORCELLINUS

BERNARDINI FILIUS

SEMINARII ALUMNUS ET SACERDOS

ANNOS NATUS LXIV. M. V. D. XXVI.

Phœbus utrumque polum decies quater axe revisit,
Hoc nostra immensum dum manus urget opus.

Veteri Calepino interpolando manus admovi ann. MDCCXV. prid. Id. April. Quæ interpolatio et quatuor fere annos absumpsit; et illud simul docuit, tot ac tanta esse in toto illo opere corrigenda, mutanda et addenda, ut nihil probabile emitti posset, nisi de integro recuderetur. Itaque sub finem ann. MDCCXVIII. jussu Card. Cornelii Episc. Pat., et ductu Jacobi Facciolati Studiorum Præfecti animose aggressus tam vastum opus, tres annos cum dimidio in prima A littera insumpsi. Dumque pergerem alacriter, accidit ut a. MDCCXXIV. Seminarium relinquere cogerer, et opus omnino intermittere. Sed revocatus post annos fere septem illud resumpsi Idib. April. ann. MDCCXXXI. strenue progrediens usque ad ann. MDCCXLII. Quo anno cum esset novum mihi onus impositum Confessarii Clericorum, lente admodum necesse fuit progredi, cum fere quotidie ab opere ad alia agenda avocarer. Novem ferme annos, quasi claudus, et subinde insistens, processi: tandemque ann. MDCCLI. gravissimo illo munere liberatus, jubente Card. Rezzonico Episc. Pat., ad qualemcumque finem, Deo favente, perveni IX. Cal. Mart. ann. MDCCLIII. Reliquum est, ut relegam, si vita suppetet, et alia manu describendum tradam.

Relegere incœpi prid. Non. Junii ann. MDCCLIII.: finem imposui V. Id. April. Ann. MDCCLV.

Descriptio inchoata est III. Non. Decembr. ejusdem anni MDCCLIII. a Ludovico Violato: confecta Idib. Novembr. ann. MDCCLXI.

*Hæc ex autographo ipsius* FORCELLINI; *qui tandem obiit Prid. Non. April. ann.* MDCCLXVIII. *Eritque bonis doctisque viris illustre nomen.*

*Eidem autographo hæc manu propria ipse* Forcellinus *præmiserat*, quæ nunc primum adduntur:

Hæc collegi quomodo scivi, quomodo potui. Nemo enim omnia potest scire, inquit *Varr. lib. 2. R. R. cap. 1.*

Id viro bono satis est, docuisse quod scierit. *Quintil. lib. 12. c. ult.*

Non solum scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus: ideoque paullo pluribus verbis debet haberi venia. *Idem lib. 11. cap. 1.*

Nemini umquam contigit non errare: et majus est quam ut convenire in humanam infirmitatem possit. *Dacer. in præfat. Festi.*

Omnium habere memoriam et penitus in nullo peccare, divinitatis magis, quam mortalitatis est. *Imp. Justinian. ad senat. et omn. populos initio Digestor.*

Χαλεπὸν γὰρ ἄνθρωπον ὄντα μὴ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς, τὰ μὲν ὅλως ἀγνοήσαντα, τὰ δὲ κακῶς κρίναντα, τὰ δὲ ἀμελέστερον γράψαντα. — Γαλην. περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους, βιβλ. β. κεφ. ά. περὶ τῶν ὑπ' Ἀρχιγένους γεγραμμένων.

*Jos. Scaliger.*

Si quem dura manet sententia judicis olim,
Damnatum ærumnis suppliciumque caput;
Hunc neque fabrili lassent ergastula massa,
Nec rigidas vexent fossa metalla manus.
Lexica contexat: nam cetera quid moror? omnes
Pœnarum facies hic labor unus habet.

Omnes ego, qui magnum aliquid memorandumque fecerunt, non modo venia, verum etiam laude dignissimos judico, si immortalitatem, quam meruere, sectantur, victurique nominis famam supremis etiam titulis prorogare nituntur. *Plin. lib. 9. epist. 19.*

Quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixisse testemur. *Idem lib. 3. epist. 7.*

Nihil turpius est, quam grandis natu senex, qui nullum aliud habet argumentum quo se probet diu vixisse, præter ætatem. *Seneca de Tranquill. cap. 3.*

# VI.

# LECTORI BENIGNO

## JOSEPHUS FURLANETTUS

S. (1)

Alius alio plura invenire potest, nemo omnia.
*Ausonius.*

1. Cum Appendicem ad hoc Lexicon, typis hujus Seminarii ann. MDCCCXVI. evulgarem, in fine ejusdem præfationis pollicitus sum, si liberum mihi fuisset et vacuum tempus, multa alia me imposterum adjecturum fore novæ hujus Lexici editioni, quæ quidem præstare me posse sperabam et citius et cumulatius, quam modo concessum tandem mihi est. Sed tum gravissima onera mihi imposita, tum minime quæsiti honores attributi, tum frequentes invaletudines in causa fuerunt, cur vel invitus ab hujusmodi studiis avocarer. Unusquisque porro per se videt, tantum laboris exantlandum illi esse, qui totius Latinæ linguæ Lexici corrigendi augendique curam susceperit, ut, nisi is pluribus auxiliis fretus, virorum principum hortamentis incitatus, et spe præmiorum illectus fuerit, nihil, aut parum admodum in re tam ardua sibi proficiendum esse speret. Hæc cum mihi defuerint, iis, quæ unius ingenii mei, quod quam debile et infirmum sit optime sentio, vires suppeditarunt, contentus ut sis, benigne Lector, oro obtestorque. Quare illud nunc tantummodo manifestandum tibi censeo, quid præstitum a me fuerit in hac tertia Lexici editione, ut eadem, licet adhuc imperfecta, saltem duabus prioribus aliquantisper emendatior et locupletior prodiret.

2. Novi enimvero, quid in tanta sæculi nostri luce, tamque propagato antiquitatum Latinarum studio, tum ab Italis, tum ab exteris eruditissimis viris harum disciplinarum cultoribus actum fuerit. Veterum nempe auctorum opera, quæ jam edita fuerant, accuratiore interpretandi ratione illustrata sunt; alia etiam eorumdem scripta, quæ præcipue in palimpsestis codicibus obsita et prorsus incognita jacebant, opes artis chemicæ, et industria doctissimi cujusdam viri (2), e tenebris emersere; veneranda denique Romanæ vetustatis monumenta marmore exarata, metallisque flata vel insculpta, quæ negligentius, quam oportebat, vulgata fuerant, iterum fidelioribus oculis subjecta sunt, quæque ex terræ visceribus recens effossa bonus eventus in dias luminis oras emiserat, doctis commentariis instructa scriptorum veterum locis explicandis mirificam lucem attulerunt. Hæc omnia, quantum homini privato, et necessariis auxiliis opibusque destituto licuit, mihi comparavi, ex iisque vel nova vocabula improbo labore excerpta, Lexico addenda, vel, quæ ab aliis fuerant jam recensita, dubiæ tamen adhuc significationis, confirmanda curavi.

3. Nolim tamen, quemquam arbitrari, me ideo nimis confidenter affirmasse, ea omnia, quibus emendandum augendumve Lexicon esset, mihi explorata, collecta atque in ordinem digesta suis quæque locis reposita fuisse. Quod ut omnibus magis innotescat, inquirendum mihi esse existimo, quænam Lexicographi officia sint, ut Latinæ linguæ Lexicon omni ex parte perfectum, quantum quidem humana patitur conditio, exornet, cumque orbe erudito communicet.

4. *Primum* itaque Lexicographi officium est, omnes voces, quæ apud quoscumque scriptores, et in omnigenis monumentis, a pueritia Latinæ linguæ ad ultimam ejusdem senectutem, reperiuntur, colligere; *deinde* earum originem, sive etymologiam vel ab eadem lingua, vel ab aliis quibuscumque derivandam ostendere; *tertio* denique earumdem notiones, non quidem per tempora, sed ex diversa significatione, quæ vel propria et primaria, vel translata et derivata esse solet, ita apte disponere, et idoneis auctorum locis allatis confirmare, ut uniuscujusque vocabuli quasi quædam historia legentium oculis repræsentetur. Omnes vero voces cum dico, ea etiam nomina intelligo tum propria virorum feminarumque, et geographica urbium, fluminum, montium hisque similia, tum ab utrisque derivata adjectiva, quæ in veterum auctorum operibus plurima quidem extant, et negotium sæpe facessunt lectoribus, nisi breviter quidem, sed uno tenore explicata reperiantur in Lexico, quin iidem ad historicos vel geographos, qui nullibi opportune eadem nomina quærentibus occurrunt, frustra amandentur. Minus autem recte asserit *Forcellinus* in sua præfatione § IV., se ea omnia geographica vocabula urbium, fluminum, montium, aliorumque locorum admisisse, ex quibus adjectiva formantur, ut *Tiburtinus, Brixianus,* et sexcenta hujusmodi, quæ non intelligerentur non explicatis iis vocibus, unde ducuntur; experientia enim didici, non modo pleraque ex propriis, sed etiam sexcenta ex adjectivis inde formata illum omisisse, quorum maximum numerum de industria a me adjectum fuisse, passim reperies.

5. Quæ vero tria proxime proposui, an in *Forcellini* Lexico reapse extent, quærendum in præsentia mihi est. Quoad primum, tam procul a vero est, quod *Cognolatus* in sua præfatione § I. affirmat, illum « id operis, in quo Latinæ voces

(1) Hæc Præfatio pertinet ad tertiam Forcelliniani Lexici editionem a. 1827.

(2) Scilicet *A. Maii*, philologi eximii, et ad prolatandas totius antiquitatis litteras tum Græcas, tum Latinas apprime nati, cujus quidem insigni fortunæ et strenuæ sedulitati gratuletur tota eruditorum natio, necesse est. Tot enim ille novis operibus ex Ambrosianæ, Vaticanæ, Neapolitanæ et Veronensis Canonicorum bibliothecæ codicibus ipsius opera editis hactenus orbi litterato inclaruit, ut vix ullus ad illius gloriam cumulus accedere queat. Ejus itaque mentio plurima est in novis vocabulis huic Lexico insertis, et in Indice alphabetico scriptorum Latinorum, quem alteri a *Forcellino* per ætates digesto præmisimus.

»omnes, ac multiplices earum significationes atque usus continentur, lucubrasse», ut arbitrer, perperam omnino præmissum eidem fuisse hujusmodi titulum, *Lexicon totius Latinitatis*, cum plures auctores Latini levi quadam manu fuerint hactenus expensi, quidam alii inexplorati omnino sint, nec ii tantum ex infima, sed ex aurea et argentea Latinitate; ita ut quædam vocabula ex *Plauto*, *Terentio*, *Cicerone*, *Varrone*, aliisque hujus ætatis scriptoribus a me fuerint in civitatem Romanam primum recepta, nonnulla etiam supersint, quæ *Appendici* propediem evulgandæ inserenda esse profiteor. Adde, ex scriptoribus inferioris Latinitatis adeo multa prætermissa esse vocabula, ut pro certo affirmare minime dubitem, si omnes omnino scriptores ab ortu Latinæ linguæ ad finem sæculi octavi a Christi nativitate, quos *Forcellinus* se admisisse in suo *Indice auctorum per ætates digesto* confessus est, iterum attenteque a perito aliquo lectore percurrantur, decem et amplius vocabulorum millia, præter nomina propria ad geographiam et historiam pertinentia, et adjectiva inde derivata, hactenus non recensita repertum. Quod ne jactantius æquo quibusdam dictum esse videatur, testor, decies circiter centenas novas voces suis quasque locis in meo exemplari hujusce editionis marginibus adscriptas a me jam extare, quæ ideo in Lexico omissæ sunt, quia aliis incompertæ, et mihi veterum auctorum opera pervolventi sero nimis et extra alphabeti ordinem fortuito occurrerunt.

6. Quoad vero etymologiam, perfunctorie quidem *Forcellinus* illi operam suam adhibuit, et magnam vocabulorum partem hoc adminiculo destitutam reliquit, suosque lectores ad etymologos sæpenumero remisit: aut, quemadmodum *E. Kærcherus* (1) affirmat: «Sic cl. *Forcellinus*, qui vir, Herculis instar, laborem vere stupendum adiit, in eruendo singularum vocum »ἔτυμα præter Græcam linguam, raro quidquam curavit; nisi quod miros Varronum, Festorum et aliorum errores nobis justo »sæpius obtrudit». Ego equidem cum id ipsum factitatum a nostro Lexicographo viderem, sæpe novas vel ex Latina, vel ex Græca, vel pauculas quasdam etiam ex Hebraica et Syriaca et Arabica lingua petitas iis vocibus adjeci etymologias, quæ iisdem carebant, plures adjecturus, si ob causas initio statim hujus præfationis a me expositas id mihi perficere licuisset.

7. Quod autem ad postremam muneris partem a Lexicographo præstandam pertinet, jam vetus querela est, in Lexicis plerumque primas vocabulorum notiones minime suo loco positas fuisse, nec proprias inde derivatas significationes, nec proxime translatas eis esse subjunctas, et scriptorum multis quidem, sed non semper necessariis aut idoneis auctoritatibus confirmatas. Videtur enim, mathematicorum more nihil, quod præponendum fuerat, posterius adducendum, omnesque vocum notiones ita secum invicem conjungendæ, ut nihil admittant, nisi quod certum et rationum legibus confirmatum antea fuerit. Quapropter ut quid adhuc hac super re in Lexico Latino perficiendum supersit, probe noscas, benigne Lector, quid sentiat jam supra citatus auctor, ipsissimis ejus verbis hic tibi legendum propono (2).

8. Donec igitur omnia veterum Latinorum auctorum scripta iterum perlecta et excussa, atque inde reperta vocabula in ordinem digesta atque illustrata non fuerint, mancum et imperfectum sit Latinum Lexicon, necesse est: sed hoc opus, hic labor est, quem unus homo, licet hujusmodi studiis idoneus assiduam operam dederit, perficere plene ac cumulate numquam per se poterit. Quæ cum ita sint, quæso, benigne Lector, ne mihi culpæ vertas, si plura et meliora iis, quæ tibi nunc offero, præstare minime potui. Restat igitur, ut, qua cura collegerim, et qua ratione digesserim ea, quæ huic Lexico opportuna mihi videbantur, nunc breviter tibi ob oculos ponam.

9. Cum veterum Latinorum scriptorum opera hactenus inedita, et eruditorum virorum cura publici juris facta mihi undecumque comparavissem, ac sedulo perlegissem; aliaque etiam plurimorum auctorum scripta jam edita attentis oculis perlustrassem, nova inde mihi inventa vocabula, quæ *Forcellini* diligentiam effugerant, suis quæque locis, hoc signo * præposito, collocavi: sæpius etiam accidit, ut novi vocabulorum significatus mihi legenti sese offerrent, quos item suis locis inserendos curavi, nullo tamen signo prænotato.

10. Quoniam vero exploratum inter eruditos tandem est, Italam linguam, qua modo nos utimur, derivandam maxima ex parte esse a vulgari sermone, quem olim Romani passim vulgo usurpabant, nemo eat infitias, homini Italo non modo eas Latinas voces, quæ aureæ et argenteæ dicuntur ætatis, sed ferreæ etiam atque luteæ esse plurimi habendas, ut nempe recentioris Italici idiomatis originem et vim probe noscat et calleat. Hinc nulla mihi fuit religio, ea etiam vocabula recensere, quibus labentis Latinitatis tempore auctores in scriptis suis usi sunt, præcipue cum multa eorum, quæ aut nullius aut obscuræ antiquitatis ab eruditis diu habita, quæque infirmæ et barbaræ ætati adscripta fuerant, diligenti inquisitione in antiquissimorum libris semel atque iterum inventa sint.

11. Sed cum *Forcellinus* in præfatione sua § III. professus fuerit, se duobus studiosorum generibus satisfecisse, Latine scilicet et intelligere, et scribere volentibus; ego autem satisfaciendum esse ratus etiam Latinorum scripta in Italicam linguam vertere cupientibus, sæpissime Italicam vocibus Latinis interpretationem, quoties hæc deesset, adjeci, aut, si ea mihi præsto non fuerat, saltem vernaculam nostratium indicavi, quo facilius quispiam me doctior Italicam aliquando posset exfundere. Cumque itidem ille, ubi sæpe vernaculam aliquam vocem recentiorum Venetorum retulisset, quos minus recte aliquoties meo quidem judicio Langobardos vocat, minime curasset admonere, num ea ab Etruscis, hoc est ab omnibus recentiori-

(1) *In opusculo cui titulus:* De optima Latini Lexici conficiendi ratione disputat E. KÆRCHER Badensis, Lycei Carolsruhensis professor. Carolsruhæ, typis Müllerianis, MDCCCXXVI. 8.° pag. 6.

(2) *In opusc. superius citato pag.* 32. (*not.*) 44. Novissimo tempore a *Furlanetto* Lexicon *Forcellini* denuo edendum curari, comperimus. Cui idem præsertim agendum erit, non ut novam et phrasium et animadversionum vim undique congestam in istum librum inferciat, sed ut et etymologiæ, sæpius quam par est, jacenti medeatur, et in adumbrandis singularum vocum notionibus veras vel logices, vel omnino linguæ leges religiosius observet, quam *Forcellinus*, qui nonnumquam, tamquam alter Typhœus, ingenti mole oppressus fuisse videtur.

bus Italis jure communi usurpetur, an vernacula tantummodo Venetorum esset; ipse e contrario, quoties id mihi distinguendum fuerat, curavi addendum, illam quidem ab Italis, hanc a nostratibus vulgo adhiberi.

12. Plurima etiam 1.° auctorum testimonia perperam citata, quo reapse loco essent quærenda, indicavi; 2.° Verborum participia tum activæ, tum passivæ significationis atque formæ, et gradus tum nominum, tum adverbiorum sæpissime adjunxi, et in calce vocabuli, lectorum commodo consulens, iterum indicandos putavi, propterea quod experientia cognoveram, eos, qui apud nos Latine scribunt, ab iis participiis, et gradibus nominum atque adverbiorum cauto abstinere, quorum nulla apud idoneum scriptorem ipsis suppetit auctoritas; quamvis nemo non putet, cuilibet usitato verbo sua participia, cuilibet nomini et adverbio suos gradus minime denegandos esse, præcipuæ cum non omnia omnium Latinorum scriptorum vocabula, ut antea dixi, conquisita hactenus et in censu habita fuerint. 3.° Eadem de causa quoties vocabulorum exempla tum ex soluta, tum ex ligata numeris oratione deessent, toties addere non dubitavi, ubi eorum reperiendorum occasio se mihi obtulisset. 4.° Incertæ auctoritatis voces notavi, ut ab iis usurpandis, qui vellet Latine scribere, caveret; atque contra nonnullas, quas *Forcellinus* aut dubiæ aut nullius esse affirmaverat auctoritatis, cum nova mihi occurrerent loca, ipsi minus cognita, nullamque dubitationem admittentia, his adductis, earum αὐθεντίαν probavi: ita sæpe accidit, ut ea vocabula, quæ ille inter barbara amandaverat, ego inter Latina recensuerim; aliaque non pauca ab eodem et in barbaris, simulque in Lexico inserta, ex barbarorum numero eximenda curaverim. 5.° Ejus quantitatis syllabarum ratio, qua tantummodo vocum pronunciationi consulitur, a *Forcellino* habita fuerat; ego vero non modo pænultimæ aut antepænultimæ, a quibus apud Latinos pendet vocum pronunciatio, sed omnium omnino syllabarum quantitatem mihi indicandam improbo ac pertinaci labore proposui; ita ut, usitato quantitatis vel longæ, vel brevis, vel ancipitis apice vocabulis quibusque superposito, Lexicon nostrum esset loco etiam libri illius, qui in scholis *Gradus ad Parnassum*, vel *Regia Parnassi* vulgo appellatur. Fateor tamen, in quibusdam vocabulis non omnium syllabarum quantitatem mihi innotuisse, cum eorum plura aut a poetis Latinis non fuerint usurpata, aut eorumdem etymon incognitum adhuc sit, aut eadem a Græca lingua, in qua quædam vocales ancipiti gaudent quantitate, deriventur: quoties id mihi contigit, toties vocales sine apice reliqui, ut alius me experientior, qua tandem quantitate eædem notandæ sint, nobis imposterum ostendat.

13. Cognominum etiam rationem sæpissime habui, ea nimirum de causa, quod vidissem, *Forcellinum* quidem eorum nonnulla sigillatim memorasse, quoties illorum vocabulorum nulla alia apud Latinos auctores illi suppeteret auctoritas; alia vero plura, quæ sunt nomina jam usitata vel substantiva, vel adjectiva, in fine eorum nominum subjungenda curasse. Sed cum ille eorum pleraque omisisset, quæ quidem apud Romanos vel a dote quapiam, vel ab aliquo vitio animi corporisve, vel a cujusque patria et natione, vel ab arte præcipue rustica, vel a bestiis plerisque, vel a devictis gentibus et urbibus, vel denique a fortuitis quibuscumque causis derivantur, quæque aliquam semper habent significationem, atque interdum singularia ac nova vocabula Latine scribentibus suppeditant, quædam vero aliis dubiæ aut significationis aut lectionis confirmandis valde inserviunt; quanta potui diligentia colligenda ea esse putavi, præcipue cum modo eruditæ antiquitatis cultores maximam in iisdem interpretandis curam ponere perviderem, quia nimirum plura vocabula, quæ nunc ab Italis usurpantur, nec in veterum auctorum scriptis leguntur, ope cognominum apud Romanos a primis usque reipublicæ temporibus jam usitata fuisse tandem cognoverint.

14. In his porro colligendis aut interpretandis, et in aliis etiam vocabulis aut novis huic Lexico addendis, aut jam editis, dubiis tamen, confirmandis, vel obscuris accuratius illustrandis sæpissime usus sum opera et consilio viri præclarissimi, mihique amicissimi, *Barpt. Borghesii*, cujus doctrinam et eruditionem, an urbanitatem et unius veritatis cognoscendæ amorem magis suspiciam, prorsus ignoro. Etiam *Jo. Labusius*, cujus familiaritate a plurimis annis utor plenissima, multa mecum communicasset pro sua, qua pollet in veterum monumentis explicandis, vi mentis et ingenii acumine, maximi facienda, nisi pluribus distentus litterariis occupationibus id reliquum mihi fere tantum fecerit, ut tot ab eodem editis operibus, ad Romanam antiquitatem penitus illustrandam opportunis, uterer in locis quamplurimis; cujus etiam in quibusdam auctoritatem mihi citandam putavi. Sunt quoque non pauca, quæ *Jos. Tricellati* diligentiæ me debere profiteor, qui, cum in hoc Seminario adolescentes sublimioris Latinæ eruditionis studiis deditos doceat, et ideo Latinos præcipue poetas diurna nocturnaque manu verset, horum quædam loca immerito antea omissa, vel quorumdam verborum et locutionum vim solertius explicandam mihi perhumaniter indicavit.

15. Curavi denique, ut Lexicon, quam fieri posset, emendatissimum prodiret, ac propterea molestum sane ac prope illiberalem plagulas a typothetarum erroribus corrigendi laborem ultro suscepi. Qui autem eo usuri sunt, si alicujus per me utilitatis adjectione gavisi fuerint, amplissimum me multi sudoris fructum retulisse gloriabor. Nihil enim optabilius homini duco, quam ut ingenii, si quas habet, et industriæ suæ vires ad aliorum commoda convertat.

16. Nunc restat, ut quid scriptor quidam Florentiæ paucis abhinc annis a me peragendum postulaverit, ex ipsius verbis infra afferendis (1), benigne Lector, cognoscas; cur vero ejusdem postulatibus minime satisfecerim, ex iis, quæ supe-

(1) *Ex* Antologia, Giornale di Firenze, ann. 1831, Gennajo p. 57.-69.

« Totius Latinitatis Lexicon consilio et cura *Jacobi Facciolati*, opera et studio *Ægidii Forcellini* Semin. Patav. alumni lucubratum, in hac tertia editione auctum et emendatum a *Josepho Furlanetto* alumno ejusd. Seminarii. Patavii 1831, 4.° »

Nelle più felici e sudate, nelle più belle e mirabili opere dell'ingegno, basta volersi attaccare a' difetti, e i pregi tacere, per toglier loro la lode, per ricoprirle di derisione e di dispregio nell'opinione degl'inconsiderati e degl'inesperti: molto più ove si tratti di dizionarj e di simili opere filologiche, dove le omissioni o le superfluità, gli sbagli di dichiarazione o di citazione, i falli d'ordine e di metodo sono inevitabili alla più solida scienza, alla diligenza più sollecita e più sofferente. Ma e ne' dizionarj e in tutte le opere dell'ingegno e della mano il men falla-

rius dixi de difficultatibus, quibus obluctandum mihi fuit, cuilibet perspicuum esse existimo. Quæ autem satis acerbe mihi exprobrarunt nuperi editores Germani, hic itidem inferius (1) relata habeas, velim. Hi siquidem verbis homine liberaliter educato plane indignis, quibusque uti solent ii tantummodo qui causæ suæ viribus diffisi, adversarii, nomine tantum sibi cogniti, existimationem elevare student, contumeliis me lacessivere, quasi vero ego omnia, quæ huic Lexico deerant, addere, et emendanda corrigere pollicitus essem, et promissis non steterim. Sed ut tibi, benigne Lector, constet, ipsos maria et montes promittendo, solito editorum more emptorem suum magnificis verbis invitasse, non eos quidem mordicus reprehendam; mortalium enim nemo irreprehensus vivit: sed quædam tantummodo, quæ illi censores hac illac peccaverint, paucis habeto.

17. Quid *Forcellinus*, quid *Jac. Baileyus* (2), quid ego, quid ipsi tandem, ab eruditorum cohorte adjuti, in Lexico augendo et emendando præstiterint, quibusdam signis aut initialibus litteris distinguendum sibi proposuerunt: quam vero oscitanter id illi fecerint, paucis contentus exemplis ex innumeris, quæ tibi possem exhibere, hæc sunto. Verbo CATOMIDIO, cujus interpretatio a me allata ab ea, quam dederat *Forcellinus*, toto cælo distat, et multis præterea auctorum locis, ab eodem omissis, et a me adductis, est confirmata, cum nullum Germani editores signum apposuerint, in eum errorem lectores suos inducunt, ut credant, ita illud extare etiam in priore *Forcellini* editione. Cum in V. CLARUS ego § 3. 4. et 5., in PUTEUS § 2. et 3. addiderim, cum voces IDUARIUS, et PYCTA, et RUDUS aliasque permultas novis significationibus, novisque exemplis ampliaverim, nihil hujusmodi indicarunt illi Aristarchi. Hinc factum est, ut lectores, quid cuique tribuendum sit, minime dignoscant, et unius esse existiment, quod alterius reapse labor extuderat.

18. Duo tamen præcipue sunt, quæ ego a Germanis editoribus expostulem, necesse est: *primum* nempe, cur, in toto

ce criterio a misurarne l'intrinseco pregio consiste nel porre in bilancia le bellezze e le utilità dall'una parte, dall'altra i danni e i difetti. Se quelle prevalgono, la questione è decisa. Sarà lecito sempre, anzi dovere, notar nel lavoro le parti manchevoli e additare il rimedio; ma ciò senza spregio, senz'ira, con riverenza e con gratitudine. E infatti perchè mai dovrò io inalberarmi, irritarmi contro chi mi porge un bel dono per la sola ragione ch'egli potea porgermelo ancora più ricco? Questa pretensione tiranna basterebbe a togliere ogni riconoscenza, ogni vincolo d'obbligazione dal mondo.

Con questa norma considerato il lavoro del sig. *Furlanetto* non può meritare che i ringraziamenti e le lodi de' dotti e degli eruditi. In questa terza edizione del lessico Forcelliniano egli ci porge un'aggiunta di 5000 vocaboli nuovi, e di 10000 correzioni almeno: e il valore di questa novella ricchezza non è punto scemata da quante rimangono ancora cose da aggiungere e da emendare. *Omissis.*

E perciò ci fa maraviglia insieme e dispiacere il sentire i nuovi editori del lessico latino in Germania, con sì dure parole avvilire e l'opera del buon Padovano, e le giunte di cui l'ha arricchito il ch. *Furlanetto*. (*V. infra adnotationem sequentem*).

Per criticare il miglior dizionario che cura umana dar possa, basta volerlo. Potevano que' dotti Tedeschi compiere l'uffizio loro con dignità, senz'abbassare l'opera altrui: potevan anco notare i difetti dell'Italiano lavoro, ma con parole men dure.

Innanzi di finire rendiamo al sig. *Furlanetto* sincere le lodi e i ringraziamenti che merita il suo bel dono. Ma non tacciamo, che un mezzo facile a lui rimaneva di grandemente arricchire il suo Forcellini, approfittando dell'opera non solo di que' tanti maestri del Seminario, dov'egli vive, molti de' quali d'altro non s'occupano se non di Latino, ma e de' più maturi ed intelligenti tra gli alunni, i quali, o con lievissima ricompensa, o pel solo premio dell'onore, o meglio per esercizio scolastico potevano essere chiamati a parte degli spogli de' classici, e potevano, quanto a frasi degli aurei, porgere una serie incredibile di belle ed utili giunte. Che se i lavori di codesti giovani fossero riusciti troppo meccanici, e bisognosi di correzioni e di ordinazione migliore, tali difetti potevano poi facilmente, raccolti i materiali, essere dall'editore medesimo riparati. Bastava dare agli alunni un libro intero da spogliare, da notar tutto quello che mancava nel Forcellini; le aggiunte inutili era ben facile dipoi rigettarle. Ordinar poi questi spogli, scegliere, dichiarare, mostrare il vincolo delle idee, e la relazione delle idee colle voci, è opera propria solo d'un lessicista filosofo, o d'uomo almeno dalla natura dotato di più che mediocre accorgimento e criterio.

(1) *Ex programmate* « Aug. Voigtlænderi et Godofr. Hertelii de Lexico totius Latinitatis Ægidii Forcellini secundum tertiam editionem, » cujus curam gessit Jos. Furlanettus, correcto et aucto labore variorum. Schneebergæ 1831. et seqq. T. 4. fol. »

Interim cupide expectamus tertiam editionem Patavinam, curæ *Furlanetti* mandatam, quam locupletissimam fore expectare et debebamus et jubebamur. Affertur tandem libri particula prima; inspicimus, legimus, relegimus, singula accurate consideramus; quid putas, nihil usquam reperimus, quo nostra inutilis reddatur opera: verba quidem videmus addita permulta, maximam partem non nimis bonæ notæ, locos scriptorum additos paucos, nonnulla suo loco mota, correcta pauca. Quod maxime quærendum esse putaveramus, ut quæ de verborum significationibus non semper accurate, sæpius minus dilucide, sæpe sine ullo ordine *Forcellinus* tradidisset, quas verborum significationes omisisset, quos insignes locos neglexisset, quos minus recte intellexisset, aut ubi minus rectam scripturam secutus esset, quæ in particularum maxime doctrina confuse atque adeo inepte fere ubique proposuisset, ea auctiora, accuratiora, clariora, emendatiora prodirent, in his tantum abest, ut ad spem nostram accesserit Italus editor, ut gravissimam et difficillimam operis partem intactam, et rem integram esse facile intelligeremus. Verum hæc non ita dixi, ac si aut ille nihil, quod frugi esset, attulisset (neque enim aliorum bonis spernendis gloriam quærimus), aut nos omnes illas officii partes expleturos, omnibusque satisfacturos putarem, quod scio quam sit difficile et arduum; sed tamen speramus, fore, ut æqui judices de iis, quæ supersunt in hoc opere addenda et climanda, assentiantur, nostramque in hac re industriam non defuisse, concedant. *Omissis.*

*Non incongruum videtur, his subjungere, quæ eisdem adversari maxime videntur, quæque leguntur in Bibliothèque universelle des sciences, belles lettres et arts redigée à Genève. Novembr.* 1833. *p.* 248.

C'est ce lexicon de *Forcellini*, dont on publie actuellement deux nouvelles éditions, l'une en Italie, sous la direction et avec les additions et les corrections de M. Joseph Furlanetto; l'autre en Allemagne par les soins de MM. Woigtlænder et Hertel, et avec des additions nombreuses, empruntées aux commentaires les plus estimables des auteurs classiques latins, ou fournies par les philologues, qui s'intéressent à cette entreprise. Nous n'avons eu sous les yeux, que quelques livraisons de l'édition Italienne, et elles nous ont pleinement satisfait par la netteté de l'impression, l'heureuse disposition des matériaux, et la facilité des recherches. Quant à la seconde, nous ne la connaissons que par les critiques qui en ont été faites dans quelques journaux, et desquelles il résulte, que les matériaux recueillis n'ont pas toujours été choisis avec soin, ni coordonnés entre eux de manière à concourir au même but dans les questions controversées, et qu'on pourrait désirer une correction plus complète des passages qui font autorité: toutefois on rend justice à l'utilité de l'entreprise, aux peines que prennent les éditeurs pour mettre ce lexicon à la hauteur de la science en Allemagne, et aux efforts qu'ils ont déjà faits pour éviter quelques-uns des écueils qu'on leur a signalé.

(2) *En titulus novæ editionis Londinensis:* Totius Latinitatis Lexicon consilio et cura *Jacobi Facciolati*, opera et studio *Ægidii Forcellini* alumni Seminarii Patavini lucubratum edidit, Anglicam interpretationem in locum Italicæ substituit, Appendicem Patavinam Lexico passim intertexuit, pauca de suo, distinctione per obelos facta, huc atque illuc sparsit, Auctarium denique adjecit *Jacobus Bailey* A. M. Regiæ societatis litterarum socius. Londini, 1826. T. 2. 4.°

Lexico omiserint in vocabulorum parapraphis, uti vocant grammatici, numeros apponere, quod et *Jo. Matth. Gesnerus* in suo *Thesauro linguæ et eruditionis Romanæ* fecerat, et *Emm. Jo. Schellerus* in *Lateinisch-Deutsch Lexico* retinuerat (1), quodque ad varias vocabulorum significationes distinguendas et facillime quærentibus inveniendas multum prodesse, ego equidem, cui sæpissime hujusmodi paragraphi in prioribus *Forcellini* editionibus maximo cum labore temporisque dispendio quærendi fuerunt, experientia doctus didiceram: ideoque in tertia hac editione admittendum existimavi. Hoc enimvero mihi videtur esse, *inventis frugibus, glande vesci*, quod veteri proverbio usurpatum fuit. *Alterum* est, cur, cum præcipua quædam præsto sit utilitas *Forcellini* Lexico utentibus, ut non modo cuilibet pæne vocabulo, sed cujuscumque fere locutioni imprimis notandæ, Italicam ipse brevem quidem, propriam tamen, interpretationem adjecerit, quod *Jac. Baileyus* adeo probavit, ut non modo omnibus Italicis *Forcellini* interpretationibus Anglicas ipse suffecerit, sed longe etiam plures de proprio addiderit, quo nempe Anglis suis, ut Italis *Forcellinus*, inserviret; e contrario Germani editores, ne gravem quidem illam ferrent molestiam, quæ toleranda est cuicumque propriam suæ gentis interpretationem Latinis vocibus apponere conanti, quod ipse quoque sexcenties verum esse comperi, in re perdifficili more Alexandri M., qui Gordii nodum cum solvere nequiverit, illum gladio incidisse perhibetur, Italicas quidem interpretationes veluti Germanis inutiles omittere, Germanicas vero nullas addere, suis viribus parum fortasse confisi, satius esse existimarint: qua quidem in re cum triplex dos sit, ut vidimus, Lexicorum, ut ea aliquam veterem linguam intelligere, et scribere, et in propriam vertere cupientibus opem ferant, hanc postremam, nec facile cuivis contemnendam, iidem ipsi omnino neglexerunt.

19. Sunt tamen, ingenue fateor, quædam ex iis, quæ Germani editores hac illac Lexico adjecerunt, non vulgaria, et alicujus etiam momenti habenda, non vero tanti, quanti ex ipsorum programmate eruditis fuerant expectanda. Hinc illud quoque tibi, benigne Lector, fatear, necesse est, cum Germanorum editorum programma perlegissem, mecum reputasse, millies me in Lexico ab iisdem edendo objurgandum esse in iis, quæ ego addideram aut emendaveram, eisque me propterea gratias acturum habiturumque fore, ubi tot me tantisque lapsum erroribus iidem liberassent; sed Germanica Lexici Latini editione attentius perlustrata, ne millesimam quidem mearum additionum aut emendationum partem in dubium revocatam ab iis fuisse cognovi: ita ut, cum toties ipsissimis quidem verbis iidem, quæ ego edideram, retulerint, laudatorum potius mei, quam censorum personam egisse existimandi sint.

20. Liceat itaque mihi nostro Seminario atque adeo huic urbi, et Italiæ vehementer gratulari quod, licet modo Latinarum disciplinarum studia, et Romanæ eruditionis monumenta apud Transalpinos homines tanto sint in honore, ut infinita propemodum opera huc spectantia in Germaniæ finibus elaborentur, et typis assidue edantur, optimum tamen Latini Lexici conficiendi exemplum a nostro *Forcellino* mutuati fuerint paucis abhinc annis et *Ruhnkenius* apud Batavos (2), et *Schellerus* apud Germanos (3), et nuperrime *Baileyus* apud Anglos, atque iterum apud Germanos *Aug. Voigtlænderus et Godofr. Hertelius*, qui idem ipsum a me novissime auctum emendatumque edendum curarunt. Sed potissimum laudes maximæ sint, et grates immortales habeantur *Gregorio Barbadico* S. R. E. Cardinali, Episcopo olim Patavino, et munificentissimo hujusce Seminarii Institutori ac Patri, qui præter assiduum litterarum scientiarumque omnium studium Latinam præcipue linguam ab alumnis excoli voluit, ut inde ejusdem cognitio et usus latissime propagaretur. Votis tanti Viri res optime cessit. Inter plures enim germanæ Latinitatis cultores scriptoresque elegantes *Ægidius Forcellinus*, duce *Facciolato*, illud tam laboriosum, tam difficile, tam utile opus confecit, cujus laudem neque injuria temporum, neque invidorum obtrectatio umquam imminuet.

# VII.

# LECTORI BENIGNO

## JOSEPHUS FURLANETTUS

S.

## PRÆFATIO IN APPENDICES (4).

Octo circiter abhinc annis in præfatione tertiæ editionis *Lexici totius Latinitatis* ab *Ægidio Forcellino* elucubrati, et a me aucti et emendati, pollicitus sum, me propediem *Appendicem* hujus Lexici evulgaturum esse, quæ mille et amplius novarum

1 Imm Joh. G. Scheller's ausführliches und möglichst vollständiges Lateinisch-Deutsches Lexicon oder Wörterbuch zum Behufe der Erklärung der Alten und Uebung in der Lateinischen Sprache, in fünf Bänden; dritte von neuem verbesserte und sehr vermehrte Auflage. (*h. e.* Schelleri copiosum et in quantum fieri potuit plenissimum Latino-Germanicum Lexicon, explicandis veteribus auctoribus, et exercitationibus Latinæ Linguæ inserviens; tertia emendatior multoque auctior editio) Lipsiæ 1804. T. 5. 8.°

Is Totius Latinitatis Lexicon *Ægidii Forcellini* adhibuit quidem in suos usus, quamquam nuspiam laudatum, verum non ita, quin multa omiserit ex eo utiliter repetenda.

*Ita legitur in* Act. Semin. et Soc. philolog. Lipsiensis. T. 1. p. 173.

2 Lexicon Latinum auctorum classicorum, curante *D. Ruhnkenio*, Lugd. Bat. 1799. T. 2. 4.°

3 *V. supra* in hac eadem pag. adnotat. (1).

4 *Duæ Lexici Appendices ab Jos. Furlanetto* elaboratæ in lucem prodierunt *Patavii ex Officina Sociorum titulo Minerva* a. MDCCCXLI., et in textum hujus Editionis receptæ sunt.

vocum contineret. Sed anno MDCCCXXXVII cum typographo opus tradere incepissem, et fere ex parte dimidia typis impressum fuisset, inopina mors viri mihi amicissimi, qui totum editionis negotium in se receperat, impedimento fuit, quominus eidem finis tunc imponeretur. Hinc factum est, ut, dum dies de die differtur, et Latinorum auctorum scripta assidua cura, ut meus est mos, versarer, nova itidem vocabula, aliasque plures additiones et emendationes colligerem, quæ partim priori, partim etiam alteri *Appendici*, inserendæ essent, earumque omnium numerus triplo major, quam antea erat, fieret.

Plurimas vero voces ex labentis etiam Latinitatis Scriptoribus hinc inde collectas, et a me nunc primum Romana civitate donatas, *Lexico totius Latinitatis* addendas curavi, ut huic titulo opus ipsum magis responderet; et non modo classicorum, hoc est primi ordinis, sed cujuscumque etiam ætatis auctorum vocabula comprehendenda esse putavi, præcipue cum viderem, Lexicographos immerito ea plerumque omisisse, quæ ad scientias pertinent, iisque fere colligendis sedulam operam dedisse, quæ ad artem oratoriam, historiam ac poesin spectant. Hinc *Cœlii Aureliani* opera medica, et *Anicii Boethii* philosophica compilare aggressus sum, cum deprehenderem illius quidem paucas tantummodo voces, hujus autem eas solum, quæ in opere *De consolatione philosophiæ* habentur, Latino Lexico additas fuisse. Versio quoque *Vet. Testamenti* ex textu Hebraico, et Novi ex Græco, quæ *Vulgata* nuncupatur, quæque partim ex pervetusta versione Italica, partim ex interpretatione *D. Hieronymi* est concinnata, minime negligenda mihi visa est; ideoque ex ea aliquot vocabula Lexico adjeci. Fateor equidem, quæ a *Cœlio Aureliano*, ab *Anicio Boethio*, et a *Vulgato interprete* usurpata sunt, ad sequiorem Latinitatem pertinere; sed quis poterit certo affirmare, quæ in posterioribus scriptis reperiuntur, adhibita non fuisse etiam in vetustioribus? Satis itaque fuerit, adnotasse vocabulorum auctorem, cujus ætas et ratio scribendi jam innotescit, ut cuicumque liberum sit eadem omittere, si meliora occurrant.

Quamvis autem sextum et sexagesimum ætatis annum pæne compleverim, nec firma sim valetudine præditus, tanta adhuc mihi est animi vis et alacritas, ut ab incepto labore, dum vita suppetat, numquam desistam; nunc vero tranquillo quasi in portu collocatus, et beneficio FERDINANDI I Augustissimi Imperatoris nostri, inexspectato decoratus honore, ac etiam pensione auctus, non abjiciam spem elucubrandi aliquid, quod nec mihi dedecori, et aliis utilitati esse possit. Huic itaque *Appendici* non ita multo post tempore duo alia maxime profutura a me esse adjicienda profiteor. Horum alterum est *Index etymologicus* secundum radices digestus Latinorum omnium vocabulorum, quæ alphabetico ordine in Lexico Latino exposita sunt. Index hic illo valde locupletior erit, qui in *Jo. Matthiæ Gesneri Thesauro linguæ et eruditionis Romanæ*, edito Lipsiæ anno MDCCXLIX., a *Jo. Casim. Happachio*, industrio et erudito adolescente confectus habetur, quia non solum vocabula omnia complectetur, quæ Latinæ sunt originis, quorum tamen plurima in illo desiderantur, sed ea insuper, quæ a Græca atque ab Orientalibus linguis derivantur, ab eodem Happachio consulto prætermissa. Alterum vero est *Elenchus alphabeticus* terminationum verborum, nominum, adverbiorum etc., in quo indicabitur eorum origo num Græca, num Latina, num Orientalis, vel incerta ea sit, eorumque significatio propria et primitiva exponetur. Hinc, quemadmodum alphabetica methodus in Latinis Lexicis usurpata uniuscujusque vocabuli initium reperiendi facilem cuilibet modum sufficit; ita *Elenchus* noster, terminatione jam cognita, ad integras Latinas voces non multo labore deprehendendas valde conducet. Quod quidem percommodum erit tum ad vocabula illa supplenda, quæ aut injuria temporum, aut hominum incuria in lapidibus, æneis tabulis, numismatibus, palimpsestis aliisque antiquis monumentis detrita aut mutila sunt, tum ad veram ac propriam eorum significationem ex ipsis terminationibus, facta harum comparatione, internoscendam.

Quod pro viribus ingenii dare potui, boni consulas, rogo, Lector benigne; quæque me daturum fore spero, paullisper expecta. Vale.

# VIII.

# INDEX

# SCRIPTORUM LATINORUM

## EORUMDEMQUE OPERUM

### QUORUM AUCTORITATE VOCABULA EORUMQUE SIGNIFICATIONES IN HOC LEXICO ADDUCUNTUR ET EXPLICANTUR (1).

## A

ACCIUS (L. *Accius sive* Attius) Pisaurensis, historicus, poeta tragicus, L. Accii hominis libertini et poetæ comici filius, Ciceroni adolescenti jam senior notus et familiaris. Natus est ann. U. C. 584., mortuus ann. 671 (2). Illum animosi oris *Ovid.* 1. *Amor.* 15. 19., *Horat.* vero 2. *Ep.* 1. 56. altum appellat. Scripsit versibus hexametris Annales, quorum fragmenta referunt *Macrob.* 1. *Saturn.* 7. *extr.*, *Priscian.* 5. p. 692. *Putsch.* et 6. p. 709. (*corrige* 710.) *et* 718. et *Festus* in *Metelli* (3). Alia etiam scripsit, ejus enim *Parergorum librum I.* citat *Non.* 1. 305. (4). *V.* ACCIUS in ONOM.

Plerumque utimur editione *Frid. Henr. Bothii*, qui omnium accuratissime edidit *Poetarum Latii scenicorum fragmenta*, nempe *tragicorum* et *comicorum*, Halberstadii ann. 1823. et 1824. T. 2. 8.°, et docte admodum ea est interpretatus.

Tragœdiarum ejus fragmenta passim citantur a *Cic.*, *Gell.*, *Non.*, *Macrob.* aliisque, quarum hi sunt tituli:

1. Achilles,
2. Ægisthus,
3. Æneadæ *seu* Decius (5),
4. Agamemnonidæ,
5. Alcestis,
6. Alcmæon,
7. Alphesibœa,
8. Amphitruo,
9. Andromacha,
10. Andromeda,
11. Antenoridæ,
12. Antigona,
13. Argonautæ *seu* Medea,
14. Armorum judicium,
15. Astyanax,
16. Athamas,
17. Atreus,
18. Automedia,
19. Bacchæ,
20. Brutus (6),
21. Chrysippus,
22. Clytæmnestra,
   (Decius *V.* Æneadæ.)
23. Deiphobus,
24. Diomedes,
25. Electra,
26. Epigoni,
27. Epinausimache,
28. Erigona,
29. Eriphyla,
30. Eurysaces,
   (Fidicinæ *rectius* Phinidæ.)
31. Hecuba,
32. Hellenes,
33. Iliona,
34. Io *seu* Minotaurus,
   (Medea *V.* Argonautæ.)
35. Melanippa *seu* Menalippus,
36. Meleager,
   (Menalippus *V.* Melanippa.)
   (Minotaurus *V.* Io.)
37. Myrmidones,
38. Neoptolemus,
39. Nyctegresia (*corrige* Nyctegersia),
40. Œnomaus,
41. Paris,
42. Pelopidæ,
43. Persidæ,
44. Philoctetes,
45. Phinidæ *seu* Fidicinæ,
46. Phœnissæ,
47. Prometheus,
   (Stasiastæ *V.* Tropæum.)
48. Telephus,
49. Tereus,
50. Thebais,
51. Trachiniæ,
52. Troades,
53. Tropæum *seu* Stasiastæ (7).

ACRON (Helenius Acron *seu* Acro) scholiastes Horatii, Porphyrione antiquior, et Servio recentior. Nihil præterea certi de ejus patria, ætate et conditione statui potest (8). *V.* ACRON in ONOM.

Extant ejus

1. Scholia in Horatii opera.

ÆDITUUS. *V.* VAL. ÆDIT.

ÆLIUS (Q.) TUBERO (9).

ÆMIL. MACER *V.* MACER JCtus, *vel* medicus.

ÆMILIUS PAULLUS (Lucius Æmilius Paullus) (10).

AFRAN. (L. Afranius) poeta comicus, togatarum fabularum scriptor, Menandri, Græci poetæ, præcipuus imitator (11), iisdem ferme temporibus Romæ floruit, quibus Terentius et Statius Cæcilius in senium vergebant, nempe circa ann. U. C. 660. Is a *Cic. Brut.* 45. 167. dicitur homo perargutus, et in fabulis etiam disertus. *V.* AFRANIUS in ONOM.

Fragmenta ejus plura extant, quæ collegit et illustravit *Frid. Henr. Bothius*, cujus editionem vide supra in ACCIUS (12).

Comœdiarum ejus fragmenta passim citantur a *Gell.*, *Non.*, *Macrob.* aliisque, quarum hi sunt tituli:

1. Abducta,
2. Æquales,
3. Auctio,
4. Augur *seu* Augures,
5. Brundusina *seu* Brundusini,
6. Bucco adoptatus,
7. Cinerarium *seu* Cinerarius,
8. Compitalia,
9. Consobrini,
10. Crimen,
11. Deditio,
12. Depositum,
13. Divortium,
14. Emancipatus,
15. Epistola,
16. Exceptus,
17. Fratres,
18. Fratriæ,
   (Homo *V.* Omen.)
19. Ida,
20. Ima *seu* Imi,
21. Incendium,
22. Inimici,
23. Libertus,
24. Mariti,
25. Matertera *seu* Materteræ,
26. Megalensia,
   (Neæra *V.* Omen.)
27. Omen, *al.* Homo, *al.* Neæra,
28. Pantaleus,
29. Patella,
30. Pompa,
31. Privignus,
32. Prodigus,
33. Proditus,
34. Promus,
35. Prosa, *al.* Rosa,
36. Purgamentum,
37. Repudiatus,
   (Rosa *V.* Prosa.)
38. Sella,
39. Simulans,
40. Sorores,
41. Suspecta,
42. Talio,
43. Temerarius,
44. Thais,
45. Titulus,
46. Virgo,
47. Vopiscus.

AFRICAN. (Sex. Cæcilius Africanus) JCtus, sub Hadriano et Antonino Augg., qui ab ann. a Chr. n. 117. ad ann. 161. imperarunt, vixit. *V.* AFRICANUS in ONOM.

(1) Hunc Indicem ex Patavina editione a. 1827. hic integrum exhibemus cum suis etiam adnotationibus, quas tamen, uncis inclusas aliisque litteris distinctas, suis quasque locis in textum inseruimus: in fine vero cujusque paginæ ea tantum adnotavimus, quæ in hac nova editione nobis visa sunt aut addenda aut corrigenda. — Ne de singulis vero idem a nobis dicatur, hic satis est admonere, ex omnibus ferme Scriptoribus, qui hoc in Indice recensentur, nova plura cum vocabula, tum præcipue loca excerpta fuisse atque huic addita editioni.

(2) Aut certe vixit adhuc anno 667.

(3) Hæc Annalium fragmenta collegit *Augustus Krause* in opere, cui titulus: *Vitæ et Fragmenta veterum Historicorum Romanorum, Berolini* 1833. 8.°, *p.* 176-178.

(4) Scripsit et opus, quod *Praxidicum* dicitur a *Plin.* 18. *Hist. nat.* 24. 35. (200)., et *Praxidica* a *Gell.* 10. 8.

(5) Hujusce fabulæ, itemque alius, cui titulus *Brutus* (*V.* infra n. 20.), reliquias collegit atque illustravit etiam *Jo. Henr. Neukirch* in opere, quod inscribitur *De Fabula Togata Romanorum. Accedunt Fabularum Togatarum reliquiæ. Lipsiæ* 1833. 8.° *p.* 76.-89.

(6) Vide quæ dicta sunt in nota n. 5.

(7) Apud *Non.* 2. 496. *edit. vet.* in v. *Latibulet* ejusdem *Accii* citatur etiam fabula, cui titulus *Putatores*.

(8) Illud tamen certi statui potest, Acronem sub finem sæculi a Chisto tertii vixisse, Græca fuisse origine et Græcis potissimum hominibus Latinas litteras discere cupientibus commentarium suum destinasse.

(9) Q. Ælius Tubero doctissimus jurisconsultus et antiquitatis peritissimus, præter *incerti argumenti librum ad C. Oppium*, qui Cassii, Scipionis Africani, Marii, Pompeji et Cæsaris vitas composuit; ac præter *librum super officio judicis*, cujus meminit *Gell.* 14. 2., *historiam* quoque sermone antiquo usus conscripsit. Hunc Dionysius, Livius aliique diligentissimum doctissimumque scriptorem consultarunt, nec videtur leve præstantiæ argumentum, quod Livius, cum antiquiores potissimum sequi soleat, hunc quoque æqualem ferme consulendum duxit. Hujusce historiæ fragmenta referunt *Non.* in v. *Protinus* et *Luxuriabat*, *Charis.* 2. *p.* 184. *Putsch.*, *Gell.* 6. 4. et alii; eademque collegit *Augustus Krause* in opere, cui titulus: *Vitæ et Fragmenta veterum Historicorum Romanorum, Berolini* 1833. 8.° *p.* 324.-328., ubi plura de Tuberone videsis. *V.* TUBERO et in ONOM.

(10) L. Æmilius Paullus, Africani pater, cos. a. U. C. 571. et 585., censor 589., personam principis civis facile dicendo tuebatur, ut ait *Cic. Brut.* 20. 80. Ejusdem fragmentum ex *Val. Max.* 5. 10. 2. refert *Henr. Meyerus* in opere, cui titulus: *Oratorum Romanorum Fragmenta ab Appio inde Cæco usque ad Q. Aurelium Symmachum*, edit. Parisin. 1837. *p.* 201.

(11) Natus circa ann. 130. ante Chr.

(12) Pluribus de Afranio disseruit, ejusque fragmenta collegit atque illustravit etiam *Jo. Henr. Neukirch* in opere, de quo vide supra in nota n. 4., *p.* 163.-219.

Fragmenta ejus operum in Digestis habentur, quorum hi sunt tituli:
1. Quæstionum libri IX., 2. Epistolarum libri XX.

**AGGEN. URB.** (Aggenus Urbicus) scriptor rei agrariæ, incertæ admodum ætatis. Ejus opera habentur inter *Auctores rei agrariæ a Guil. Goesio.* Amstel. 1674. 4.° editos, quæ tamen editio omnium licet accuratissima hactenus habeatur, ejusque in Lexico passim fiat mentio, novum expectat accuratioremque editorem. *V.* **AGGENUS URBICUS** in ONOM.
Extant ejus
1. In Julium Frontinum commentariorum lib. II. (*quorum posterior* diazographus *inscribitur, quia constat variis figuris in æs incisis.*),
2. De controversiis agrorum partes II.

**AGROET.** (Agrœtius *seu* Agrætius) grammaticus, floruit medio circiter sæculo quinto a Chr. n. in Gallia, siquidem is videtur esse, quem nominat *Sidon.* 7. *Ep.* 5. (13).
Extat ejus opus priori loco citatum inter *Grammaticos veteres* ab *Helia Putschio* editos Hanoviæ 1605. 4.° p. 2266.-2275., quam editionem sequimur: alterum vero inter *Auctores Latinæ linguæ* editos a *Dionys. Gothofredo* Coloniæ Allobrogum ann. 1622. 4.° p. 1346.-1352.
1. De orthographia et proprietate et differentia sermonis libellus.
2. Excerpta de iisdem.

**ALBINOV.** (C. Albinovanus Pedo) poeta heroicus, et, ut quibusdam videtur, elegiacus, vixit sub Augusto et Tiberio, notus fuit M. Senecæ rhetori, et L. Senecæ philosopho familiaris. Eidem tribuitur elegia ad Liviam de morte Drusi, licet aliis eadem Ovidio tribuenda satis probabiliter esse videatur, ideoque inter hujus opera sæpe edita est. Alteram vero, tertiamque elegiam, multo minore, quam primam, jure *Jos. Scaliger* Pedoni Albinovano asserere conatur, cum in iisdem nihil Augustei ævi poeta, multoque minus sidereo illo et sublimi Pedone dignum reperiatur. Illi potius tribuendum est fragmentum heroico carmine scriptum, et a M. Seneca *Suasor.* 1. *ad fin.* nobis servatum, quo navigatio Germanici, Drusi filii, describitur, quam tertio Tiberii anno cum legionibus classi impositis tentavit per flumen Amisium, nunc *Ems*, in oceanum septentrionalem, quamque describit *Tacit.* 2. *Ann.* 23. Pedonis autem facetum dicterium refert *Quintil.* 6. 3. *a med.*, ejusque meminit *Id.* 10. 1. *a med.* Illius denique narrationem de Sp. Papinio, ob singularem vivendi rationem lychnobio appellato, profert *L. Senec. Ep.* 122. *ad fin. V.* **ALBINOVANUS** in ONOM. In *Consolatione ad Liv.* sequimur editionem *Chr. Dan. Beckii* Lips. ann. 1783. 8.°, in reliquis carminibus edit. *Jo. Chr. Wernsdorfii*, qui inter *Poetas Lat. min.* Altenburgi ann. 1782. T. 3. p. 155.-182. et T. 4. p. 229.-235. edidit et illustravit. Albinovani itaque sunt:
1. Consolatio (*seu* elegia) ad Liviam Augustam de morte Drusi Neronis,
2. Elegia in obitum Mæcenatis,
3. Elegia de Mæcenate moribundo,
4. Fragmentum de navigatione Germanici per oceanum septentrionalem.

**ALBINUS** (Postumius Albinus) (14).

**ALBINUS POSTUM.** (Spurius Postumius Albinus) (15).

**ALBRIC.** (Albricus *seu* Alfricus) Londinensis, mythologus, vixit circa ann. 1217., qui ideo inter classicos auctores a *Munckero*, et *Augusto van Staveren* editus est, quia Fulgentium Planciadem compilasse dicitur. Hujus scriptoris editio Lugd. Bat. 1742. 4.° omnium optima habetur. Illius tamen auctoritatis ratio nulla hactenus, quod sciam, habita in Lexico est.
Extat ejus
1. De deorum imaginibus libellus.

**ALCIM.** (Alcimus Ecdicius Avitus) Viennensis episcopus, et versificator, floruit circa ann. a Chr. n. 490., obiit ann. 523. Inter ejus temporis poetas doctissimus est habitus. *V.* **ALCIMUS** in ONOM.
Extant ejus versibus hexametris scripti libri sequentes:
1. De Mosaicæ historiæ gestis libri V. *seu*
 1. De mundi origine,
 2. — origine peccatorum,
 3. — potentia Dei,
 4. De diluvio,
 5. — transitu maris rubri.
2. — consolatoria castitatis laude ad Fuscinam sororem liber (*qui interdum liber VI. dicitur.*)

**ALCUINUS** (Flaccus Albinus Alcuinus) Anglus, a Carolo M. ann. 790. ad studia instauranda in Galliam evocatus. *V.* **ALCUINUS** in ONOM. Multa scripsit, quæ ad grammaticam pertinent (16).
Extant ejus
1. Grammatica (*inter* Grammaticos veteres *a* Putschio *editos p.* 2075.-2143.)
2. Dialogus de rhetorica cum Carolo M. (*inter* Antiquos rhetores *a* Claud. Capperonerio *Argentorati editos ann.* 1756. 4.° *p.* 390.-409.)

**ALDHELMUS** sive **ADELHELMUS**, Anglus, episcopus Shirburnensis, obiit ann. a Chr. n. 709. Plura scripsit, quæ *Jo. Alb. Fabricius* in *Biblioth. Lat. med. et inf. æt.* recenset; ex ejus opere *de virginitate* unicum, quod sciam, locum citat *Forcellinus* in V. AURORESCO. Multo tamen plura nova vocabula futuris Lexicographis colligenda extant in iis ejusdem operibus, quæ nuper Romæ edidit ex MSS. Vatic. *A. Majus* in *Classic. Auct.* T. 5. p. 387.-390. et p. 501.-599. (17).

**ALFENUS** (P. Alfenus Varus) JCtus, Cremonensis, vixit imperante Augusto, et consul fuit ann. U. C. 755. *V.* **ALFENUS** in ONOM.
Extant ejus fragmenta passim in Digestis (*Sæpe is* Alfenus *appellatur in Digestis, aliquando et* Varus, *ut* Dig. 39. 3. 2. § 5.) ex
1. Digestorum libris XL.

**ALF.** (Alfius Flavus) orator, M. Senecæ rhetoris æqualis, cujus fragmenta ille
1. *Controv.* 1. *ad fin.* refert.

**AMBROS.** (Ambrosius) Romanis parentibus natus est in Gallia ann. a Chr. n. 334., episcopus Mediolanensis electus ann. 374., obiit ann. 397. *V.* **AMBROSIUS** in ONOM. Plura scripsit, quæ edita sunt studio et labore monachor. Ordinis S. Benedicti Parisiis ann. 1686.-1690. T. 2. fol., quam editionem sequimur.
Extant ejus
1. Hexæmeron libri VI.,
2. De Paradiso,
3. — Cain et Abel libri II.,
4. — Noe et arca,
5. — Abraham libri II.,
6. — Isaac et anima,
7. — bono mortis,
8. — fuga sæculi,
9. — Jacob et vita beata libri II.,
10. — Joseph patriarcha,
11. — Elia et jejunio,
12. — Nabuthe Iezraelita,
13. — Tobia,
14. — Interpellatione Job et David libri IV.,
15. Apologia prophetæ David,
16. ——— altera ejusdem,
17. Enarrationes in psalmos XII.,
18. Expositio in psalmum CXVIII.,
19. ——— Evangelii secundum Lucam libris X. comprehensa,
20. De officiis ministrorum libri III.,
21. De virginibus ad Marcellinam libri III.,
22. — viduis,
23. — virginitate,
24. — institutione virginis,
25. Exhortatio virginitatis,
26. De lapsu virginis consecratæ,
27. — mysteriis,
28. — sacramentis libri VI.,
29. — pœnitentia libri II.,
30. — fide libri V.,
31. — Spiritu Sancto libri III.,
32. — incarnationis dominicæ sacramento,
33. Epistolæ XCI.,
34. De excessu fratris sui Satyri libri II.,
35. — obitu Valentiniani II. Aug. consolatio,
36. ——— Theodosii I. Aug. oratio.
37. Hymni XII.

**AMMIAN.** (Ammianus Marcellinus) Antiochiæ natus fuisse videtur; floruit circa ann. a Chr. n. 380. *V.* **AMMIANUS** in ONOM.
Extant ejus
1. Rerum gestarum libri XXXI. (*quorum XIII. priores perierunt, alii ab XIV. ad XXXI. continent res gestas ab ann. a Chr. n.* 352. *ad* 378.)
2. Excerpta de Constantio Chloro, Constantino M., aliisque Imperatoribus. (*Hæc ejusdem operi subjungi solent, sed sunt auctoris ignoti.*)

**AMPEL.** (L. Ampelius) floruit circa ann. a Chr. n. 370. Imitatus est Cornelium Nepotem, et in pluribus locis Florum sequitur. *V.* **AMPELIUS** in ONOM.
Extat ejus
1. Liber memorialis.

**ANDRONIC.** *V.* **LIV. ANDRONICUS.**

**ANNIUS LUSCUS** (Titus Annius Luscus) (18).

**ANTIAS.** *V.* **VAL. ANTIAS.**

**ANTONIN. ITINER.** (Antonini Augusti Itinerarium) Hoc nomine appellatur opus, quod accuratissime editum est Amstelodami ann. 1735. 4.° a *Petr. Wesslingio*, una cum *Itinerario Hierosolymitano*, in quo descriptæ sunt locorum distantiæ totius orbis, Romanis tunc cogniti, quodque, licet Antonini nomen præferat, fortasse sub primis Cæsaribus conscriptum, postea ducum militarium commentariis et cursuum publicorum viis locupletatum ad nos pervenit. Alterum vero Itinerarium, quod Hierosolymitanum nuncupatur, exaratum est quarto Christi sæculo ab homine Christiano, qui Burdigala discedens Hierosolymam profectus est, eoque consilio id digestum fuisse videtur, ut urbem Hierosolymam visere cupientibus fax itineris quodammodo præferretur, viaque demonstraretur (19). *V.* **ITINERARIUM** in ONOM.

(13) V. *Funccius T.* 6. *p.* 313., *Auct. Lat. Ling.* a *Gothofred.* ed. *p.* 1346., et *Putsch. p.* 2265.

(14) Postumi Albini fragmentum ex Annal. I. refert *Macrob.* 2. *Saturn.* 16.; sed nihil certi de ipso statui potest. Cf. *Augustus Krause, Vitæ et Fragmenta veterum Historicorum Romanorum, Berolini* 1833. 8.°, *p.* 127.-131.

(15) Sp. Post. Albini, qui ædilitatem ann. U. C. 596. consulatum ann. 608. cepit, multæ fuerunt orationes teste *Cic. Brut.* 25. 94; ejusque fragmentum ex *Plin.* 18. *Hist. nat.* 6. 6. (45). refert *Henr. Meyerus* in opere super. cit. in nota 10.

(16) At nulla Alcuini habenda est ratio in hoc Lexico; quippe is post sext Chr. nat. sæculum floruit. *V.* quæ hac de re disputata sunt in *Præfatione hujus editionis.*

(17) Quæ de Alcuino diximus in præced. nota n. 16., eadem prorsus de Aldhelmo dicenda.

(18) T. Annius Luscus consul fuit ann. U. C. 600. cum Q. Fulvio Nobiliore, quem non indisertum dicunt fuisse teste *Cic. Brut.* 20. 79. Ejus fragmentum ex *Festo* refert *Henr. Meyerus* in opere super. cit. in nota n. 10.

(19) Mense Januario anni 1852. in fundo *Vicarello* ad lacum Sabatinum sito, ubi veterum Aquas Apollinares fuisse jam maxime probabile est, cum fontis salutiferi antiquum instauraretur receptaculum, in ipsa aqua, præter alia vetusta, vasa nonnulla ærea et argentea reperta sunt, quorum plura Apollini, Nymphis, Silvano dicata erant, tria vero argentea in formam milliarii redacta *tria Itineraria a Gadibus Romam usque* inscripta exhibent. Hæc asservantur nunc in Museo Kircheriano Collegii Romani: accuratissime vero edita sunt in opere, cui titulus: *Inscriptionum Latinarum selectarum amplissima collectio ad illustrandam Romanæ antiquitatis disciplinam accommodata. Volumen tertium Collectionis Orellianæ supplementa emendationesque exhibens edidit Guilielmus Henzen. Turici* 1856. 8.° maj. *p.* 25.-27. Porro de his *Itinerariis* ita doctissimus *Henzen* (*ibid. p.* 24.): « Quæ (*Itineraria*) cum diversis temporibus concepta haud paucis et numeris et mansionum nominibus inter se differant, ita ea hic proponenda esse censui, ut commode inter se comparari possint. Collato autem cum iis *Itinerario Antonini*, id, quod tertio loco proponemus, cum hoc magis ceteris conspirare patet; illud contra, quod primo loco legitur, haud paucas mansiones exhibere, quæ in Antoniniano jam non reperiuntur. Itinerarium denique secundo loco prolatum pluribus quidem et numeris et nominibus cum tertio convenit, sed nonnullæ mansiones in primo obviæ in eo quoque extant, licet in tertio desiderentur. Quæ cum ita sint, facile apparet, antiquissimum certe esse Itinerarium primum, novissimum tertium, secundum autem ante tertium et post primum exaratum esse. » Hucusque cl. *Henzen.* Ex his autem quisque facile intelligit, quantum ad quædam geographica definienda conferant hæc tria Itineraria præ ipso Antonini Itinerario.

**ANTONINUS PHILOS.** (Marcus Antoninus Philosophus) (20).

**ANTONINUS PIUS**, qui imperavit ab ann. a Chr. n. 138. ad ann. 161., cujus extant epistolæ II. inter opera *Frontonis* ab *A. Majo* iterum edita Romæ ann. 1823. 8.° p. 253. et 258., cujusque auctoritate utimur in *V.* **STATIO** in Lexico.

**ANTON.** (M. Antonius) Hic M. Antonii Cretici filius, M. Antonii oratoris nepos, Cæsaris partes in bello civili secutus est, ideoque Ciceroni inimicus, post varias vicissitudines triumvir reipublicæ constituendæ una cum Octaviano Augusto et M. Lepido renunciatus, Ciceronem inter proscriptos censendum curavit. *V.* **ANTONIUS** in **ONOM.**

Extant ejus tres epistolæ, quarum prima inter *Ciceronis* **10.** *Att.* **8.**, alia **14.** *Att.* **13.**, tertia vero, quam ipse *Cic.* **13.** *Phil.* **10. 21.** per partes recitat, et interpretatur.

**APIC.** (Cœlius Apicius) Cum plures fuerint Apicii voraci ingluvie famosi, difficile admodum videtur statuere, quisnam fuerit, et quo vixerit tempore is, cui adscribi solet sequens opus. Stilus ejus pæne vulgaris et abjectus cadentem arguit Latinitatem (21). *V.* **APICIUS** in **ONOM.** Omnium optima habetur *Jo Mich. Bernholdii* editio ann. 1787. 8.° Marcobreitæ, quam nos sequimur.

Extant sub ejus nomine

1. De opsoniis et condimentis, *sive* arte culinaria libri X., quorum tituli sunt,
   1. Epimeles,
   2. Sarcoptes,
   3. Cepuros,
   4. Pandecter,
   5. Osprios,
   6. Aeropetes,
   7. Polyteles,
   8. Tetrapus,
   9. Thalassa,
   10. Halieus.

**APUL.** (L. Apulejus *seu* Appulejus) Madaurensis in Africa, illustri genere natus, vixit imperantibus Antonino Pio et M. Aurelio, philosophus Platonicus, et orator sui temporis clarus. Tumidus quandoque, ut Afri fere omnes, sæpe prolixus in narrationibus, et cascæ elegantiæ affectator, totusque plautinus: ita ut præsertim in Metamorphoseon libris, seu Asino aureo, nostrorum scriptorum, qui *novellieri* Italice dicuntur, stilum præseferat (22). *V.* **APULEJUS** in **ONOM.** Omnium ejus operum editio optima habetur, quam *Franc. Oudendorpius*, quo defuncto *Jo. Bosscha* curarunt Lugd. Batav. 1786. 1823. T. 3. 4.°, quamque ipsi sæpissime sequimur, præterquam in Trismegisto, quem librum alii potius, quam Apulejo tribuendum ratus, in sua editione omisit *Jo. Bosscha*: ceterum versio illa ex Græca lingua antiquior est Augustino, quippe qui ex eodem loca quædam in *lib. 8. de Civ. D. c.* 23. 24. et 26, et alibi etiam refert. Liber *de herbis*, sive *de nominibus et virtutibus herbarum*, sive *herbarium* nuncupatus, a plerisque eidem Apulejo adjudicatur, a nonnullis opus ex variis auctoribus consarcinatum, et mutilum ad nos pervenisse videtur ex indice eidem præmisso in Cod. MS. Colbertino: hujus editionem, quibusdam tamen hac illac emendatis, citavimus, quæ excusa est Lugduni ann. 1614. T. 2. 8.°

Extant ejus

1. Metamorphoseon *sive* Asini aurei libri XI.,
2. Apologia *sive* de magia liber (*Utriusque operis citantur paginæ ex editione Elmenhorstii ann.* 1621. *Francofurti* 8.°),
3. Floridorum libri IV. (*qui in numeros* 24. *distributi sunt, quos citavimus*),
4. De Deo Socratis,
5. — dogmate Platonis libri III. (*quorum primus etiam* de philosophia naturali, *alter* de philosophia morali, *tertius* de philosophia rationali *sive* περὶ ἑρμηνείας, *sive* de syllogismo categorico *inscribuntur*),
6. — mundo,
7. Fragmenta, (*ex variis ejus operibus a* Non., Charis., Prisciano *aliisque citata*),
8. Ἀνεχόμενος ex Menandro (*Ita inscribitur hoc poemation tribus et viginti versibus iambicis constans, quod licet alii lepidissimum dictitent, tamen obscenissimum recte voces, quodque cum* Elmenhorstio *et* Burmanno *aliisque ab Italo quodam sub initium renascentium litterarum confictum arbitreris, necesse est*),
9. Trismegistus (*qui et* Hermetis Trismegisti Asclepius, *et* de natura deorum dialogus, *et* de natura deorum ad Asclepium adlocuta *inscribitur*),
10. Herbarium (*quod et* liber de herbis, *sive* de nominibus ac virtutibus herbarum *inscribitur*).

**APUL. DE ORTHOGR.** (L. Cæcilius Minutianus Apulejus) grammaticus incertæ ætatis, cujus fragmenta edidit *A. Majus* Romæ ann. 1823. 8.° (23); ex iisdem pauculæ quædam voces citantur in Lexico.

Extant ejus

1. De orthographia (*trium librorum fragmenta.*)

**APUL.** *De not. Aspir.* (24).

**AQUILA** (Aquila Romanus) rhetor, qui vixit ante Constantinum M., et ex Græco opusculo *de figuris* Alexandri Numenii excerpsit, et usi suo accommodavit, ac Latinorum scriptorum locis instruxit tres sequentes libros, qui a *Claudio Capperonerio* inter *Antiquos rhetores Latinos*, Argentorati an. 1756. 4.° editi sunt, cujusque editionem sequimur.

Extant ejus

1. De figuris sententiarum et elocutionis,
2. De schematis lexeos (*Hæc duo opuscula perperam vulgo* Julio Rufiniano *tribuuntur.*) (25),
3. De schematis dianœas.

**ARATOR**, cognominatus subdiaconus, Ligur seu potius Mediolanensis, ex comite domesticorum et privatorum, postea subdiaconus Romanus seu Romanæ Ecclesiæ cardinalis obiit ann. 556. Versibus hexametris ex Actibus Apostolorum historiam conscripsit, cui præmisit duas breves elegias, ad Florianum unam, alteram ad Virgilium Papam: epistolam vero ad Parthenium versibus itidem elegiacis exaratam misit. *V.* **ARATOR** in **ONOM.**

Extant ejus

1. Historiæ Apostolicæ libri II.,
2. Epistola ad Parthenium.

**ARCAD. CHARIS.** *V.* **AUREL. ARCAD. CHARIS.**

**ARNOB.** (Arnobius) Afer, Siccæ rhetoricam docuit sub Diocletiano, et apologeticum suum ann. 306. scripsisse videtur. *V.* **ARNOBIUS** in **ONOM.** Editionem omnium optimam secuti sumus *Jo. Conr. Orelli*, Lips. 1816. 8.°; in citandis vero locis paginam editionis Lugd. Batav. ann. 1651. 4.° numeravimus (26).

Extant ejus

1. Disputationum adversus gentes libri VII.

**ARR. MENAND.** (Arrius Menander) JCtus, sub Septimio Sev. et Caracalla, qui ab ann. a Chr. n. 193. ad ann. 217. imperarunt, vixit.

Extant ejus in Digestis

1. Fragmenta de re militari Lib. IV.

**ARUSIANUS MESSUS** (27).

**ASCON.** (Q. Asconius Pedianus) Patavinus, grammaticus et rhetor, Romæ vixit. *V.* **ASCONIUS** in **ONOM.**

Extant ejus

1. Commentationes in M. Tull. Cic. tres Verrinas et quartæ initium,
2. — — — — — — — — — — — — orat. pro C. Cornelio,
3. — — — — — — — — — — — — — contra C. Antonium et L. Catilinam,
4. — — — — — — — — — — — — — contra L. Pisonem,
5. — — — — — — — — — — — — — pro Scauro,
6. — — — — — — — — — — — — — pro Milone (28).

**ASELLIO.** *V.* **SEMPRON. ASELLIO.**

**ASIN.** (C. Asinius Pollio) natus Romæ ann. U. C. 678., oriundus ex Teate Marrucinorum, orator, historicus et poeta tragicus.

Extant ejus pauca quædam

1. Fragmenta apud veteres auctores (29),
2. Epistolæ III. inter *Cic.* 10. *Fam.* 31., 32. et 33.

**ASPER**, grammaticus Hieronymo et Augustino antiquior. Virgilium et Sallustium commentatus est. Ejus fragmenta in Virgilium collegit et edidit *A. Majus* in *Virgilii interpret. vet.* Mediolani ann. 1818. 8.° Extat præterea ejus

1. Ars *scil.* grammatica (*apud* Putsch. p. 1725.-1736.).

**ATIL. FORTUNATIAN.** (Atilius Fortunatianus) grammaticus, videtur fuisse coævus Cassiodoro.

Extat ejus

1. Ars et de metris Horatianis (*apud* Putsch. p. 2661. 2706.)

**ATTA** (C. *vel* T. Quinctius Atta) comœdiarum togatarum scriptor, obiit, ut quidam putant, ann. U. C. 678. (30).

Comœdiarum ejus fragmenta passim citantur a *Non.*, *Diomede*, *Gell.*, aliisque, quarum hi sunt tituli:

1. Ædilicia,
2. Aquæ caldæ,
3. Conciliatrix,
4. Epigrammata,
5. Lucubratio,
6. Matertera,

(20) Hic accepit regnum ann. U. C. 913., post Chr. n. 161. Paucula orationum ejus fragmenta collegit et illustravit *Henr. Meyerus* in opere super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 377.-380.

(21) V. *Funccius de immin. Lat. ling. senect. T.* 1. *p.* 472.-683.

(22) Ejus vitam habes apud *Visconti, Iconogr. Rom. p.* 420.-427.

(23) Atque iterum emendatiora ann. 1831. in *T.* 1. *Scriptor. vet. N. Collect. P.* IV. *p.* 75.

(24) Apulejus, cujus mutilus *de nota aspirationis* libellus editus est ab *Osanno* ann. 1826, aut unus idemque est cum superiore, aut certe inter serioris ævi grammaticos recensendus.

(25) Plerique tamen ex recentioribus philologis hæc duo *Julio Rufiniano*, neque immerito, adjudicant; eidemque nos ipsi tribuimus *Frotscheri* editionem sequuti.

(26) In hac tamen Lexici editione paginas editionis Lugd. Batav. ann. 1651. omisimus, et capita juxta *Orellianam* editionem Lips. 1816. citanda putavimus.

(27) Arusiani Messi, qui vixit circa ann. 450. post Chr. n. et rhetoricen professus est, extant *Exempla locutionum ex Virg., Sall., Terent., Cic. per litteras digesta*, quæ nuper edidit *Lindmannus* in opere, cui titulus *Corpus Grammaticorum latinorum veterum; collegit Lindemanus. Lipsiæ* 1831 *in* 4.° *Tom.* 1.

(28) De Q. Asconio Pediano pluribus disserit *Jo. Georgius Baiterus* in opere, cui titulus *M. Tullii Ciceronis opera quæ supersunt omnia ac deperditorum Fragmenta, Turici* 1833. edente *Jo. Casp. Orellio, vol.* 5. *p.* I.-XVI.; atque *ibid.* a *pag.* 1. ad *pag.* 215. *Asconii* et *Pseudo-Asconii* commentationes hoc ordine editas illustravit:

Q. ASCONIUS PEDIANUS

1. In M. Tullii Cic. orat. in senatu in L. Pisonem,
2. — — — — — — pro M. Scauro,
3. — — — — — — pro Milone,
4. — — — — — — pro C. Cornelio de majestate.
5. — — — — — — in toga candida contra C. Antonium et L. Catilinam.

PSEUDO-ASCONIUS

1. In M. Tullii Cic. orat. in Q. Cæcilium, quæ Divinatio dicitur,
2. — — — — Prœmium primæ Actionis in C. Verrem,
3. — — — — Actionis secundæ in C. Verrem librum primum,
4. — — — — — — — — — — — — — — — — — secundum,

In hac vero Lexici editione *Baiteri* sententiam, ordinem editionemque secuti sumus.

(29) Asinii Pollionis orationum Fragmenta collegit et illustravit *Henr. Meyerus* in opere super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 329-335.

(30) Probabilius videtur, Attam obiisse ann. U. C. 676. juxta *Jo. Henr. Neukirch*, qui in opere super. cit. (*V.* notam n. 5.) plura de Atta scripsit ejusque fragmenta collegit *p.* 155.-164.: in eo tamen differt a *Bothio*, quod fabulæ, cui titulus *Epigrammata*, ne ullam quidem mentionem fecit, aliamque addidit quæ inscribitur *Gratulatio*, tametsi una eademque esse videatur cum *Lucubratione*, quod et *Stieverus* suspicatus est (*V. opus cit. p.* 159.).

7. Megalensia *seu* Megarensia,
8. Socrus,
9. Supplicatio,
10. Tiro proficiscens.

**AUCT. AD HERENN.** Rhetoricorum ad C. Herennium libri quatuor, qui plerumque cum operibus M. Tullii Ciceronis edi solent, quem habeant auctorem, incertum adhuc est. Alii enim ipsi Ciceroni, alii L. Cornificio seniori, alii M. Gallioni eos tribuunt; at *Chr. God. Schützius* probabili conjectura contendit, auctorem horum librorum esse M. Antonium Gniphonem, cujus vitam habes apud *Sueton. Gramm.* 7., qui Ciceroni paullo antiquior fuit, cujusque hic libros præ manibus habuit, cum suos de inventione rhetorica libros juvenili admodum ætate conscriberet (31).

— B. AFRIC. *h. e.* belli Africani,
— B. ALEX. ——— Alexandrini,
— B. HISPAN. ——— Hispaniensis,
— LIB. 8. B. GALL. *h. e.* libri octavi belli Gallici.

Hæc habet *Sueton. Cæs.* 56. Belli Alexandrini, Africani et Hispaniensis (*librorum*) incertus auctor est: alii Oppium putant, alii Hirtium; qui etiam Gallici belli novissimum imperfectumque librum suppleverit.

— CARM. *seu* PANEG. AD PIS. *V.* SALEJUS.

— AD MESSAL. (carmen seu elegia ad M. Val. Corvinum Messalam). (*Scriptum fuisse videtur ann. U. C.* 725. *ab ignoto auctore, quem Virgilium fuisse nonnulli putant: editum vero fuit a multis, sed præcipue a* P. Burmanno *in* Anthol. Lat. T. 1. p. 292., *ab* Heynio *inter* Catalecta Virgilii n. 11., *a* Wernsdorfio *inter* Poet. Lat. min. T. 3. p. 147., *et a* G. Phil. Ed. Wagnero, *qui Lipsiæ ann.* 1816. 8.° *idem edidit et perpetuo commentario illustravit. In citandis in Lexico locis usi sumus editione* Heynii. *V.* AGLAIA *et* ELELEIDES).

— DE CRUCE
— — GENESI
— — SODOMA
— AD SENATOR.
} Cypriano vulgo tribuuntur.

— DE PHILOMELA. (*Hæc elegia incerti auctoris est, sed Christiani, et sequioris ævi. Præter alios eam ediderunt et illustrarunt* P. Burmannus *in* Anthol. Lat. T. 2. p. 423. *et* Wernsdorfius *in* Poet. Lat. min. T. 6. p. 2. p. 388., *quos sequimur.*).

— COLLAT. LEG. MOSAIC. ET ROM. (collationis legum Mosaicarum et Romanarum). (*Auctor hujus collationis Christianus fuit, at post Codicem Theodosianum editum et ante Justiniani ætatem scripsit, qui leges Romanas ex integris* Papiniani *seu* Papiani, Pauli, Domitii, *aliorumque juris auctorum libris, item ex Cod. Theodosiano desumptas, et in XVI. titulos tributas cum legibus Mosaicis contulit. Editionem sequimur Lipsiensem* A. Schultingii *ann.* 1737. p. 719.-800.) (32).

— DIAL. DE ORAT. (dialogus de oratoribus). (*Hujus auctorem plerique critici statuunt esse* Cornelium Tacitum, *qui illum ann. a Chr. n.* 75. *scripsit. V.* Spaldingium *ad* Quintilianum T. 2. p. 41. *et* 424.) (33).

— EPIST. AD OCTAV. (*V. quæ adnotavimus ad* CIC. epistolar. ad Brutum.).

— EPIT. ILIAD. HOMER. *V.* PSEUDO-PINDARUS.

— EPITHAL. LAUR. ET MAR. (epithalamii Laurentii et Mariæ). (*Hujus auctor antiquus quidem, sed inferioris Latinitatis tempore vixisse videtur, ex quo tamen plura nova vocabula in Lexico admisimus: illud editum et illustratum fuit a* P. Burmanno *in* opere cit. T. 2. p. 633. *et a* Wernsdorfio op. cit. T. 4. p. 488., *quos sequimur.*).

— INCERT. DE RE AGRAR., quorum hi sunt tituli:
1. Ordines finitionum,
2. De locis suburbanis *vel* diversis itineribus pergentium in suas regiones,
3. Excerpta ex libris Magonis, Vegojæ et Aruntis Vertumni,
4. De terminis et de lineis partium orientalium,
5. Excerpta ex Vitali, Fausto et Valerio,
6. Ratio limitum regundorum,
7. Expositiones, *sive* lapidum finalium per diversas provincias positorum figuræ,
8. Expositio de marginibus terræ, operibus cæsis, et de vallibus,
9. Varatio fluminis ex M. Junio Nypso,
10. Excerpta ex variis auctoribus. (*Hi omnes editi sunt a* Goesio *Amstelodami ann.* 1674. 4.°, *quam editionem sequimur.*).

— ORBIS DESCRIPT. (34).

— PANEG. AD CONSTANTIN.

— ITINER. ALEX. M. (itinerarii Alexandri Magni). (*Hoc opus ex Cod. bibliothecæ Ambros. primus edidit* A. Maius *Mediolani ann.* 1817. 8.°: *ejus auctorem, licet anonymum, scripsisse constat ann. a Chr. n.* 349., *ut idem* Maius *arguit ex cap.* 4. *et* 8.)

— LIBRI DE NOMINIB. ROM. (*Hic liber vulgo tribuitur* Valerio Maximo, *et hujus operibus subjungi solet.*)

— PERVIGIL. VENER. *V.* PERVIGIL. VENER.

— PRIAPEJ. *V.* PRIAPEJ.

**AUGUSTIN.** (Aurelius Augustinus) Tagastæ in Numidia natus ann. a Chr. n. 354., defunctus ann. 430.: Tagastæ primum, mox Carthagine, Romæ ac Mediolani rhetoricen docuit: tandem apud Hipponenses munus presbyteri, deinde episcopi obtinuit. Multa prææditus fuit facundia, acumine ingenii et doctrinarum copia: dictio ejus neque pura, neque elegans est.

Extant ejus
1. Retractationum libri II.,
2. Confessionum libri XIII.,
3. Contra Academicos libri II.
4. De beata vita,
5. — ordine libri II.,
6. Soliloquiorum libri II.,
7. De immortalitate animæ,
8. — quantitate animæ,
9. — musica libri VI.,
10. — magistro,
11. — libero arbitrio libri III.,
12. — Genesi contra Manichæos libri II.,
13. — moribus Ecclesiæ catholicæ, et de moribus Manichæorum libri II.,
14. — vera religione,
15. Regula ad servos Dei,
16. De doctrina Christiana libri IV.,
17. — Genesi ad litteram imperfectus liber I.,
18. — Genesi libri XII.,
19. Locutionum libri VII.,
20. Quæstionum in Heptateuchum libri VII.,
21. Annotationum in Job liber,
22. Speculum,
23. De consensu Euangelistarum libri IV.,
24. — sermone Domini in monte libri II.
25. Quæstionum Euangeliorum libri II.
26. ——— XVII. in Euang. secundum Matthæum liber,
27. In Joannis Euangelium tractatus CXXIV.,
28. — Epist. Joann. ad Parthos tractatus X.,
29. Expositio quarumdam propositionum ex Epist. ad Romanos,
30. Epistolæ ad Romanos inchoata expositio,
31. Expositio Epistolæ ad Galatas,
32. Enarrationes in Psalm. CL.
33. Sermones CCCXCIII.,
34. De diversis quæstion. LXXXIII. liber,
35. De diversis quæstionibus ad Simplicianum libri II.,
36. De octo Dulcitii quæstionibus,
37. — fide rerum, quæ non videntur,
38. — — et symbolo,
39. — — et operibus,
40. Enchiridion de fide, spe, et caritate,
41. De agone Christiano,
42. — catechizandis rudibus,
43. — continentia,
44. — bono conjugali,
45. — sancta virginitate,
46. — bono viduitatis,
47. — conjugiis adulterinis libri II.,
48. — mendacio,
49. Contra mendacium,
50. De opere monachorum,
51. — divinatione dæmonum,
52. — cura pro mortuis gerenda,
53. — patientia,
54. — Symbolo ad catechumenos tractatus IV.,
55. De disciplina Christiana,
56. — cantico novo,
57. — quarta feria,
58. — tempore barbarico,
59. — utilitate jejunii,
60. — Urbis excidio,
61. — civitate Dei libri XXII.,
62. — hæresibus,
63. Tractatus adversus Judæos,
64. De utilitatibus credendi,
65. — duabus animabus,
66. Acta *seu* disputatio contra Fortunatum Manichæum,
67. Contra Adimantum Manichæi discipulum,
68. ——— epistolam Manichæi,
69. ——— Faustum Manichæum libri XXXIII.,
70. De actis cum Felice Manichæo libri II.,
71. — natura boni contra Manichæos,
72. Contra Secundinum Manichæum,
73. ——— adversarium Legis et prophetarum libri II.,
74. Ad Orosium contra Priscillianistas et Origenistas,
75. Sermo Arianorum,
76. Contra sermonem eorumdem,
77. Collatio cum Maximino Arianorum episcopo,
78. Contra eumdem Maximinum libri II.,
79. De Trinitate libri XV.,
80. Contra Parmenianum libri III.,
81. De baptismo contra Donatistas libri VII.,
82. Contra litteras Petiliani libri III.,
83. Epistola ad Catholicos contra Donatistas,
84. Contra Cresconium libri IV.,
85. De unico baptismo contra Petilianum,
86. Breviculus collationis cum Donatistis,
87. Post collationem ad Donatistas,
88. Sermo ad Cæsareensis Ecclesiæ plebem Emerito præsente dictus,
89. De gestis cum Emerito,
90. Contra Gaudentium libri II.,
91. Sermo de Rusticiano subdiacono.
92. De peccatorum meritis et remissione libri III.,
93. — spiritu et littera,
94. — natura et gratia,
95. — perfectione justitiæ hominis,
96. — gestis Pelagii,
97. — gratia Christi, et peccato originali,
98. — nuptiis, et concupiscentia libri II.,
99. — anima, et ejusdem origine libri IV.,
100. Contra duas epistolas Pelagianorum libri VI.,
101. ——— Julianum libri IV.,
102. De gratia et libero arbitrio.
103. — correptione et gratia,
104. — prædestinatione sanctorum,
105. — dono perseverantiæ,
106. Contra secundam Juliani responsionem libri VI. (35).

Sunt alii libri *Augustino* passim tributi, et ex quibus loca quædam citantur a *Forcellino* in Lexico: sed eos ideo omittimus, quia a Maurinis monachis, quorum editionem Parisiis ann. 1679.-1701, T. 11. fol. sequimur, inter opera apocrypha rejecti sunt.

**AUGUSTUS** (C. Julius Cæsar Octavianus Augustus) natus Velitris ann. U. C. 691., obiit ann. 767., a Chr. n. 14. (36).

Extant ejus
1. Fragmenta tum ligata, tum soluta oratione, quæ collegit *Albert. Fabricius* Hamburgi 1727. 4.°

(31) In hac tamen Lexici editione *Orellianam* recensionem secuti hoc opus *Ciceronis* nomine inscripsimus, ac juxta *Orellium*, præter numeros librorum et capitum, paragraphorum quoque numeros lectorum commodo attulimus. *V.* quæ ad CICER. adnotavimus.

(32) Nos vero accuratiorem emendatioremque editionem sæpe consuluimus, quam nuper curarunt *E. Bockingius. A. Bethmann, Hellwegius et dum in vivis erat Puggæus*, cui præfatus est *Eduardus Böckingius*, quæque inscribitur: *Corpus Juris Romani antejustiniani consilio professorum Bonnensium. Bonnæ* 1841 *in* 4.°

(33) In hac Lexici editione hic dialogus *Corn. Taciti* nomine inscribendus nobis visus fuit clarissimorum inter recentiores philologos sententiam secutis.

(34) Editionem sequimur ab *A. Mai* curatam in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 387.-409.

(35) Addendi sunt et ejus *Commentarii seu Tractatus super Psalmos*, et *Epistolæ* numero plurimæ, quarum loca in Lexicon ab ipso *Forcellino* relata fuerunt.

(36) Oratoria Cæs. Octav. Augusti fragmenta collegit et illustravit *Henr. Meyerus* in opere super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 341.-345.

AVIAN. (Flavius Avianus) ex quorumdam sententia floruit circa ann. a Chr. n. 160., sed Rufo Avieno suppar fuisse videtur.
Extant ejus
1. Fabulæ XLII. versu elegiaco exaratæ.

AVIEN. (Rufus Festus Avienus) natus Volsiniis in Etruria, floruit circa ann. a Chr. n. 410.
Extant ejus
1. Phænomena, et
2. Prognostica ex Arato poeta Græco in Latinam linguam versibus hexametris versa,
3. Periegesis, *seu* Descriptio orbis terræ versibus hexametris ex Dionysio poeta Græco liberius interpretata,
4. Ora maritima (h. e. *descriptio oræ maris mediterranei cum Ponto Euxino, et Mæotide, usque ad mare Scythicum: sed hujus operis, iambicis carminibus exarati, fragmentum nunc extat, quod a fretu Herculeo ad Massiliam tantummodo procedit.*),
5. Carmen de malis Punicis (*In* Antholog. Lat. T. 1. p. 494. Burm.)
6. ——— ad Sirenum allegoria (ibid. p. 113.),
7. ——— amicos de agro (ibid. p. 496.).

AUREL. ANTONIN. (Aurelius Antoninus) (37).

AURELIUS ARCADIUS CHARISIUS JCtus, qui imperante Diocletiano præses fuit Syriæ, scripsit sub Constantino M.
Extant in Digestis ejus fragmenta ex
1. libro singulari de muneribus civilibus,
2. ——— officio præfecti prætorio,
3. ——— testibus.

AUR. VICTOR (Sex. Aurelius Victor) major, historicus, Africanus Juliano Aug. ann. 360. amice cognitus, præfectus Urbi ann. 388. Ejus mentionem facit *Ammian.* 21. 10. § 6.
Extant ejus
1. Origo gentis Romanæ,
2. De viris illustribus urbis Romæ (38),
3. De Cæsaribus historia (ab Imp. Aug. usque ad Constantium Constantini M. filium) (39).

AUR. VICTOR (Sex. Aurelius Victor) minor, historicus, qui diversus a superiore est, et ætate posterior.
Extat ejus
1. Epitome de Cæsaribus (ab Imp. Augusto usque ad obitum Theodosii I.).

AUSON. (Decimus Magnus Ausonius) Burdigalæ in Gallia natus ann. a Chr. n. 309. obiit ann. 394. Grammaticus, rhetor, et poeta ingeniosus. *V.* AUSONIUS in ONOM.
Extant ejus
1. Epigrammata CXLVI.,
2. ——— alia IV. (*quibus Fastorum a se digestorum meminit.*),
3. Ephemeris (id est totius diei negotium),
4. Parentalia XXX. (*quibus carorum suorum obitus commemorat.*),
5. Professores Burdigalenses XXVI.,
6. Epitaphia heroum, qui bello Troico interfuerunt XXVI.,
7. ——— aliorum XII.,
8. XII. Cæsares per Suetonium Tranquillum scripti,
9. Tetrasticha, a Julio Cæsare usque ad tempora sua, XXIV.,
10. Claræ urbes, *sive* ordo nobilium urbium XIV.,
11. Ludus septem sapientum,
12. Eorumdem sententiæ septenis versibus explicatæ,
13. Eidyllia XX. (*ex quibus X. Mosella, XII. Technopægia inscribitur.*),
14. Eclogarium,
15. Epistolæ XXV.,
16. Ad Gratianum Imp. discipulum gratiarum actio pro consulatu.
17. Periochæ in Homeri Iliadem et Odysseam,
18. Præfatiunculæ III.

## B

BARO (M. Baro *seu* Varro)
Extat ejus
1. Liber de geometria (*inter* Auct. de re agraria *a* Goesio, p. 235.)

BEDA, presbyter et monachus, natus ann. a Chr. n. 672. in agro Dunelmensi in Britania (nunc *Durham* in *Northunberland*), obiit ann. 735. (40). Plurima scripsit ad grammaticam, ad mathesin, ad historiam et ad poeticen pertinentia, inter quæ
Extant ejus
1. De orthographia (*inter* Grammaticæ Latinæ Auctores antiq. *a* Putschio, p. 2327.-2349.),
2. De arte metrica (ibid. p. 2240.-2246.),
3. De figuris et tropis Ss. Scripturæ liber (*inter* Antiq. Rhetor. Latinos editos *a* Capperonerio *Argentorati ann.* 1736. 4.° *p.* 375.-386.),
4. Cuculus (*ecloga constans LV. versibus hexametris in* Anthol. Lat. T. 2. p. 356. Burm.),
5. Compositio horologii, (*carmen LXXXVII. versibus hexametris constans* ibid. p. 397.).

BIBACULUS (M. Furius Bibaculus) Cremonensis, poeta satyricus, vixit post obitum Lucilii poetæ. *V.* BIBACULUS in ONOM. Extat ejus versus hexameter apud *Horat.* 2. *Sat.* 5. 41. et *Quintil.* 8. 6. 17., et carminum hendecasyllaborum minime spernenda fragmenta II. apud *Sueton. Gramm.* 11. (41).

BITHYNICUS. *V.* POMPEJUS BITHYNICUS.

BOETH. (Anicius Manlius Torquatus Severinus Boethius) Romanus patricius, natus creditur ann. a Chr. n. 455., obiit Ticinii ann. 526. jussu Theodorici Gothorum regis interfectus. *V.* BOETHIUS in ONOM. Plurima scripsit, inter quæ eminent
1. De consolatione Philosophiæ libri V. (*In his citandis sequimur editionem Patavinam* Jos. Comini *ann.* 1721. 8.°) (42).

BRUT. (D. Junius Brutus). Hic, cum adoptatus fuisset ab A. Postumio Albino, Brutus Albini F. est cognominatus in nummis apud *Eckhel. D. N. V. T.* 5. *p.* 229. A C. Julio Cæsare in secundis heredibus nominatus, ipsum tamen in senatu pugione petiit, et ab eodem in ann. U. C. 711. consul designatus, mox, eo occiso, Galliæ citerioris proconsul a M. Antonio Mutinæ obsessus, ab Octaviano una cum Hirtio et Pansa consulibus liberatus, tandem a triumviris hostis reipublicæ judicatus, cum in Macedoniam fugere pararet, occisus est.
Extant ejus
1. Epistolæ X. (*inter* Cic. 11. Fam. 1., 4., 9., 10., 11., 13., 19., 20., 23. et 26.).

BRUT. (M. Junius Brutus), qui adoptatus a Q. Servilio Cæpione avunculo ejus, dictus est Q. Cæpio Brutus, natus ann. U. C. 669., in prœlio Pharsalico pro Pompejo pugnavit ann. 706., C. Julium Cæsarem in senatu pugione feriit ann. 710., mox in Macedoniam proconsul profectus, in prœlio Philippensi a M. Antonio et Octaviano victus, sibi mortem conscivit ann. 712.
Extant ejus
1. Epistolæ XI. (*quarum II. Bruti et Cassii nomine inter* Cic. 11. Fam. 2. et 3., *aliæ VII. inter* Cic. 1. ad Brut. 4., 6., 7., 11., 13., 16. et 17., *aliæ II. inter* Cic. 2. ad Brut. 3. et 5.) (43).

## C

CÆCIL. (SEX. Cæcilius Africanus) JCtus, vixit sub Antonino Pio.
Extant ejus in Digestis, ubi *Africanus* tantummodo appellatur, fragmenta ex
1. Quæstionum libris IX., 2. Epistolarum libris XX.

CÆCIL. (Cæcilius Statius) poeta comicus, Gallus Insuber, obiit ann. U. C. 586. *V.* CÆCILIUS in ONOM.
Comœdiarum ejus fragmenta passim citantur a *Festo*, *Nonio*, *Prisciano*, aliisque, et a *Frid. Henr. Bothio* collecta (*V.* supra in ACCIUS), quarum hi sunt tituli:
1. Æschinus *sive* Æschines hypobolimæus,
2. Æschrio *sive* Æthrio,
3. Anagorizomene,
4. Andria,
5. Androgynus *sive* Andronicus,
6. Asotus,
7. Calci *sive* Calchi,
8. Charinus,
9. Chrysius,
10. Dardanus,
11. Davus,
12. Demandati,
13. Emporus,
14. Ephesio,
15. Epiclerus,
16. Episattomenos,
17. Epistola,
18. Eratosthenes,
19. Exsul,
20. Fallacia,
21. Fenerator *sive* Obolostates,
22. Gamos,
23. Harpazomeni,
24. Hymnis,
25. Hypobolimæa rastraria,
26. Hypobolimæus *sive* Subditivus.
27. Hypobolimæus Chærestratus,
28. Meretrix,
29. Nauclerus,
30. Nothus Nicasio. Obolostates, *V.* Fenerator,
31. Pausimachus,
32. Philumena,
33. Plocium,
34. Polumeni,
35. Portitor,
36. Pugil,
37. Symbolum,
38. Synaristusæ,
39. Synephebi,
40. Syracusii,
41. Titthe,
42. Triumphus,
43. Venator,
44. Umbri *sive* Umbræ.

CÆCINA. (A. Licinius Cæcina) ex Etruria, scripsit de Etrusca disciplina: bello civili, cum a Pompeji partibus staret, Cæsaris existimationem criminosissimo libello laceravit, ut docet *Suet. Cæs.* 75., deinde post pugnam Pharsalicam excusandi sui causa edidit *librum querelarum*, quo errorem suum Cæsari excusaret. Is putatur idem, quem Cicero oratione *pro A. Cæcina* defendit. *V.* CÆCINA in ONOM.
Extat ejus
1. Epistola inter *Cic.* 6. *Fam.* 7.

CÆS. (C. Julius Cæsar) natus ann. U. C. 654. IV. Id. Quint., et ann. 710. Idib. Mart. Romæ in curia tribus et viginti vulneribus confossus periit. Domi militiæque immortalem nominis gloriam est consecutus. Causarum primum patronus, mox, post varias dignitates, superatis omnibus inimicis, et deleta Romanorum libertate, dictator perpetuus et imperator fuit. *V.* CÆSAR in ONOM.
Extant ejus
1. De bello Gallico libri VII. (*Liber VIII. A. Hirtio vulgo tribuitur.*)

(37) Imperator Antoninus Augustus, ante excessum d. Severi patris sui orationem habuit in senatu, ann. U. C. 958., *de confirmandis orationibus*, cujus fragmenta ex *Digest.* refert *Henr. Meyerus* in opere super. cit. (*V.* notam n. 40.) *p.* 581.

(38) V. *Annali dell' Instit. Archeol. T.* 9. *p.* 21.

(39) Hæc historia spuria videtur *Victori Le Clerc* in *Journaux des Romains p.* 15.

(40) Hinc nulla ejus habenda est ratio in hoc Lexico: *V.* quæ diximus in *Præfatione hujus editionis.*

(41) De Marco Furio Bibaculo poeta, qui natus est ann. U. C. 651., a. Chr. n. 103., pluribus disserit *M. Augustus Weichert* in opere, cui titulus: *Poetarum Latinorum Hostii, Lævii, C. Licinii Calvi, C. Helvii Cinnæ, C. Valgii Rufi, Domitii, Marsi aliorumque vitæ et carminum reliquiæ. Lipsiæ* 1850. 8.°, *p.* 331.-364., ubi ejusdem quoque fragmenta exhibentur atque illustrantur.

(42) Ex aliis Boethii operibus plurima vocabula clarissimus *Furlanetto* inseruit in *Appendice*, editione usus, quæ *Basileæ* facta est ann. 1566. per *Henricum Petrum*.

(43) Ejusdem extant etiam paucula orationum fragmenta, quæ collegit atque illustravit *Henr. Meyerus* in opere super. cit. (*V.* notam n. 40.) *p.* 525.-528.

2. De bello civili libri III.,
3. Epistolæ, et fragmenta plura, (*quæ diligenter collegit* Jer. Jac. Oberlinus, *cujus editione Lips.* 1805. 8.° *plerumque utimur.*)

CAJUS (T. Cajus) JCtus, vixit sub Hadriano et M. Aurelio, scripsit plura opera ad jurisprudentiam pertinentia.
Extant ejus in Digestis plurima fragmenta
1. Aureorum *sive* rerum quotidianarum libri VII.,
2. libri singularis de casibus,
3. ———— ad edictum prætoris urbani,
4. ———— tit. de aqua pluvia arcenda,
5. ———— tit. de damno infecto,
6. ———— tit. de liberali causa,
7. ———— tit. de prædiatoribus,
8. ———— tit. qui neque sequantur,
9. ———— tit. de re judiciaria,
10. libror. II. ad edictum prætoris urbani, tit. de testamentis,
11. libror. XXXI. ad edictum provinciale,
12. libror. X. ad edictum urbicum,
13. libri singularis ad edictum urbicum, tit. de operis novi nunciatione,
14. ———— de tacitis fideicommissis,
15. libror. II. fideicommissorum,
16. libri singularis de formula hypothecaria,
17. libror. IV. institutionum,
18. libror. III. ad edictum prætoris de legatis,
19. libror. VI. ad Leg. XII. Tabular.
20. libri singularis ad Leg. XII. Tabular.,
21. ———— ad Leg. Glitiam,
22. libror. XV. ad Leg. Juliam et Papiam,
23. libror. III. de manumissionibus,
24. libri singularis regularum,
25. libror. III. regularum,
26. libri singularis ad S. C. Tertullian.
27. libror. III. de verborum obligationibus.
Præcipue commemorandi sunt
28. Institutionum commentarii IV., (*qui ex Cod. palimpsesto Veronensi primum editi sunt a* Jo. Frid. Lud. Goeschenio *Berolini ann.* 1820, *iterumque ibidem ann.* 1824. 8.°, *ex qua postrema editione citantur nova vocabula huic* Lexico *primum adjecta.*)

CALLISTRATUS, JCtus, vixit sub Septim. Severo et Caracalla usque ad Alex. Severum.
Extant ejus in Digestis fragmenta
1. libror. VI. cognitionum,
2. ———— edicti monitorii,
3. ——— IV. de jure fisci,
4. libror. III. institutionum,
5. ——— II. quæstionum.

CALPURN. FLACC. (Calpurnius Flaccus) rhetor, ut plerique putant, sub Hadriano, et T. Antonino Pio. At *Barthol. Borghesius* in *Mem. dell' Instit. di corr. archeol. T. I. p.* 50. putat, hunc rhetorem esse M. Calpurnium Flaccum, qui consul suffectus fuit a Kal. Sept. ann. a Chr. n. 96.
Extant ejus
1. Declamationes LI. excerptæ rhetorum minorum.

CALPURN. SICUL. (T. Julius Calpurnius) Siculus, poeta bucolicus, Nemesiano synchronus, floruit circa ann. a Chr. n. 284., sub Caro, Carino, et Numeriano. *V.* infra NEMESIANUS, et CALPURNIUS, *ii*, in ONOM.
Extant ejus
1. Eclogæ VII.

CAPELL. (Martianus Mineus Felix Capella) ex Africa, Madaurensis, vel Carthaginensis, vir proconsularis; de cujus ætate ambigunt eruditi, sed plerique illum vixisse existimant circa ann. a Chr. n. 470. Stilus ejus barbariem sapit. *V.* CAPELLA in ONOM. Plerumque secuti sumus editionem *Grotii*, Lugd.-Bat. ann. 1699. 8.°, cujus etiam paginæ citantur: at in duobus libris prioribus Norimbergensem a *Jo. Ad. Goezio* ann. 1794. 8.° curatam.
Extat ejus
1. Satyricon.

CAPER (Flavius Caper grammaticus, *Charisio*, *Prisciano*, et *Rufino* antiquior, cujus exstant apud *Putsch. p.* 2239.-3250. excerpta ab aliquo epitomatore
1. De orthographia,
2. De verbis dubiis.

CAPITOLIN. (Julius Capitolinus) historiæ Augustæ scriptor, vixit sub Diocletiano et Constantino M., quibus dedicavit suas de imperatoribus vitas. *V.* CAPITOLINUS, *i*, in ONOM.
Extant ejus vitæ
1. T. Antonini Pii,
2. M. Aurelii Antonini,
3. L. Veri,
4. P. Helvii Pertinacis,
5. D. Clodii Albini,
6. M. Opelii Macrini,
7. C. Julii Maximini patris,
8. C. Julii Maximi filii,
9. M. Antonii Gordiani, *vulgo* Africani, *vel* patris,
10. M. Antonii Gordiani, *vulgo* junioris, *vel* filii,
11. M. Antonii Gordiani, *vulgo* Pii, *vel* nepotis,
12. D. Cælii Balbini,
13. M. Clodii Pupieni Maximi.

CASSIOD. (Magnus Aurelius Cassiodorus, *seu potius* Cassiodorius) Scyllacii in Calabria natus circa ann. a Chr. n. 470., obiit ibidem post annum 562. *V.* CASSIODORUS in ONOM.
Extant ejus
1. Variarum *sive* epistolarum libri XII.,
2. Historiæ Ecclesiasticæ libri XII.,
3. Chronicon,
4. Computus Paschalis,
5. Expositio in Psalmos CL.,
6. ———— Cantica canticorum (quæ tamen quibusdam spuria videtur),
7. Institutionum divinarum litterarum liber I.,
8. ———— humanarum rerum liber II., *sive* de artibus et disciplinis liberalium litterarum liber in VII. capita distributus: *h. e.*
   1. De grammatica,
   2. — rhetorica,
   3. — dialectica,
   4. — arithmetica,
   5. — musica,
   6. — geometria,
   7. — astronomia (*Hujus operis clausulam ineditam primus in lucem protulit ex Cod. Vaticano* A. Majus, *et edidit in* Class. Auct. *Romæ ann.* 1831. 8.° T. 3. p. 350.-357.),
9. De oratione et octo ejusdem partibus,
10. — orthographia,
11. — anima,
12. Complexiones in Epistolas et Acta Apostolorum, et Apocalypsin, (*quas primus e Cod. Veron. edidit* Scip. Maffejus *Florentiæ ann.* 1721. 8.° *Excepto fragmento ab* A. Maio *edito*, *et* Complexionibus, *quibus in* Lexico *nullus adhuc fuit usus*, *Cassiodorii loca citantur ex editione* Jo. Garetii, *repetita Venetiis ann.* 1729. *T.* 2. *fol.*)

CASSIUS (C. Cassius Longinus) philosophus Epicureus, initio belli civilis trib. pleb., tum prætor urbanus, in Cæsarem conjuravit, et post ejus cædem obtinuit Syriam provinciam, tandem in bello apud Philippos victus sibi mortem conscivit.
Extant ejus
1. Epistolæ V., (*quarum tres inter* Cic. 12. Fam. 11. *et* 12., *et* 15. ibid. 19., *aliæ vero duæ ejus et Bruti nomine scriptæ inter* Cic. 11. Fam. 2. *et* 3.)

CASSIUS (L. Cassius) fuit fortasse Cassii superioris ex fratre nepos.
Extat ejus
1. Epistola ad *Cic.* 12. *Fam.* 13.

CASSIUS (T. Cassius Severus) orator (44).

CATO (M. Cato, M. F. M. Nepos) orator (45).

CATO (M. Porcius Cato) celeberrimus vir, natus Romæ ann. U. C. 520., consul ann. 559., censor ann. 570., obiit ann. 605. In citandis ejus locis plerumque utimur editione a *Jo. Gottl. Schneidero* Lipsiæ ann. 1794. 8.° curata. *V.* CATO in ONOM.
Extant ejus
1. Originum fragmenta (46),
2. Orationum fragmenta apud *Gell.* 7. 3. (47),
3. De re rustica, seu de agricultura.

(44) T. Cassius Severus, juxta Eusebium, orator egregius xxv. exilii sui anno summa inopia mortuus est anno Domini 34., h. e. anno U. 786. Vide plura apud *Henr. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 543.-547., ubi et ejusdem fragmenta invenies.

(45) M. Cato, M. F. M. Nepos, teste *Gell.* 13. 19., satis vehemens orator fuit, multasque orationes ad avi exemplum scriptas reliquit, et consul cum Q. Marcio Rege (a. U. 636.) fuit, inque eo consulatu in Africam profectus in ea provincia mortem obiit. Ejus fragmenta exhibet *Henr. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 216.-227.

(46) De M. Porcio Catone cens. pluribus egit ejusque Originum fragmenta collegit atque illustravit *Augustus Krause* in opere sup. cit. (*V.* notam. n. 3.) *p.* 89.-123.

(47) Hæc Orationum fragmenta, quæ non solum apud *Gell.*, sed etiam apud plures alios Latinos scriptores occurrunt, collegit atque illustravit *Henr. Meyer.* in opere sup. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 111.-201. Orationum autem hi sunt tituli:
1. Oratio de lege Oppia,
2. — quam dixit Numantiæ apud equites,
3. Cato ad populum de triumpho,
4. Oratio apud Athenienses,
5. — contra Thermum de decem hominibus,
6. — de falsis pugnis contra Thermum,
7. 10. — adversus M. Acilium quarta,
11. — de pecunia regis Antiochi.
12. — in M. Fulvium Nobiliorem,
13. — de conjuratione,
14. — in L. Quintium Flamininum,
15. — in Manilium,
16. — in Nasicam,
17. — in L. Scipionem,
18. — in L. Veturium de sacrificio commisso cum ei equum censor adimeret,
19. 20. Orationes de mulcta contra L. Furium,
21. Oratio de moribus Claudii Neronis,
22. — contra Annium,
23. — adversus Quintum Minucium Thermum,
24. — ad litis censorias,
25. — de signis et tabulis,
26. — de vestitu et vehiculis,
27. — uti præda in publicum referatur,
28. — de præda militibus dividunda,
29. — uti basilica ædificetur,
30. — de agna musta pascenda,
31. — de fundo oleario,
32. — de ædilibus vitio creatis,
33. Oratio de lustri sui felicitate,
34. — in legem Orchiam,
35. — ne legi Orchiæ derogaretur,
36. — de censura M. Fulvii Nobilioris,
37. — in P. Furium Philum vel pro Lusitanis Hispanis,
38. — pro lege Voconia,
39. — de Macedonia liberanda,
40. — pro Rhodiensibus,
41. — de Ptolemæo minore contra Thermum,
42. — de ambitu,
43. — pro se contra C. Cassium,
44. — de Achæis,
45. — ne quis bis consul fiat,
46. — de bello Carthaginiensi,
47. Cato in dissuasione de rege Attalo et vectigalibus Asiæ,
48. Oratio in Servium Galbam pro Lusitanis,
49. Oratio qua usus est ad milites contra Galbam,
50. — ad filium,
51. Cato in dissuasione de feneratione legis Juniæ,
52. Oratio de re Floria,
53. Cato in dissuasione, ne lex Bæbia derogaretur,
54. — in suasione in legem populi,
55. — in Pansam,
56. — in Sercia,
57. — de tribunis militum,
58. — de suis virtutibus contra Thermum,
59. Oratio de bonis Duleiæ,
60. — qua tribuno diem dixit,

CATO (M. Porcius Cato) superioris pronepos, trib. pleb., mox prætor. In bello civili Pompeji partes secutus, post pugnam Pharsalicam in Africam profectus, et post Scipionem apud Thapsum a Cæsare devictum, Uticæ ferro se ipse interemit ann. U. C. 708., ideoque et Uticensis cognominatus postea est. *V.* CATO in ONOM.
Extat ejus
1. Epistola ad *Cic.* 15. *Fam.* 5.

CATO (Valerius Cato) grammaticus et poeta, libertus Burseni cujusdam ex Gallia, qui tempore belli Sullani villa sua Tusculana cedere propter egestatem coactus est, floruit circa ann. U. C. 690. Illius meminere *Catull.* 56., *Horat.* 1. *Sat.* 10. 1., *Ovid.* 2. *Trist.* 436. et *Sueton Gramm.* 11., ubi hic ejus vitam nobis reliquit. Varia opera scripsit, quæ periere; extat autem carmen satyricum, sive *exsecratorium*, ut in quibusdam editionibus nuncupatur, cui titulus est
1. Diræ ad Battarum. (*Optima utimur editione* Jo. Chr. Wernsdorfii, *qui hoc carmen inter* Poet. Latin. min. T. 3. p. 1.-23. *edidit Altenburgi ann.* 1782. 8.°).

CATO DIONYS. (Cato Dionysius) videtur vixisse sub M. Aurelio Antonino. Ejus extat carmen morale hexametris constans, in quatuor libros divisum, cui titulus est
1. Disticha de moribus. (*Ita appellantur, quod unaquæque sententia duobus hexametris continetur*).

CATULL. (C. Valerius Catullus) Veronensis, natus ann. U. C. 667., obiit post ann. 707., quo consul fuit Vatinius, cujusque ipse meminit *carm.* 52. *V.* CATULLUS in ONOM.
Extant ejus
1. Carmina CXV. (*quæ partim lyrica, partim elegiaca, partim epigrammatica, quædam etiam epica sunt*).

CATULUS. *V.* LUTAT.

CELS. (A. Cornelius Celsus) medicinæ auctor celeberrimus. Ejus loca plerumque citavimus ex editione Veronensi *Leon. Targæ* ann. 1810. 4.° *V.* CELSUS in ONOM.
Extant ejus
1. De medicina libri VIII.

CELSUS (P. Juventius Celsus) JCtus, vixit et consulatum bis gessit imperante Hadriano.
Extant in Digestis ejus fragmenta
1. libror. XXXIX. digestorum,
2. —— VII. commentariorum,
3. libror. XI. epistolarum,
4. —— XII. quæstionum.

CENSORIN. (Censorinus) grammaticus Romanus: quo nomine gentilicio, quo prænomine fuerit, quibus parentibus, quo loco natus sit, incompertum hactenus est. In citandis utriusque operis locis utimur optima editione *Jo. Sigism. Gruberi* Norimbergæ ann. 1805. 8.°
Anno a Chr. n. 238. aureolum scripsit, qui nunc extat, libellum
1. De die natali.
2. Fragmentum incerti auctoris, (*quod capitibus XV. constans, Censorino subjungi solet, de physica, de geometria, de poetica agit.*)

CERVID. SCÆV. *V.* SCÆVOLA.

CESTIUS (Cestius Pius) rhetor, Ciceroni coævus.
Ejus apud *Senec.* in *Suasoriis* passim citantur
1. Fragmenta.

CHALCIDIUS, Platonis Timæum Latine interpretatus est, et commentariis illustravit. Vixit circa ann. a Chr. n. 330.

CHARIS. (Flavius Sosipater Charisius) natione Campanus, religione Christianus, professione grammaticus, vixit circa initium sæculi quinti a Chr. n.
Extant, apud *Putsch p.* 2.-266., ejus
1. Institutionum grammaticarum libri V. (48).

CIC. (M. Tullius Cicero) orator omnium maximus, natus in villa Arpinati, ex ordine equestri, III. Non. Jan. ann. ab U. C. 648., patre M. Tullio Cicerone ex tribu Cornelia, et matre Helvia: occisus est, in triumvirali proscriptione, VI. Id. Decemb. ann. 711. (49).
Extant ejus
Opera rhetorica, et oratoria:
1. De inventione rhetorica libri II.,
2. — oratore libri III.,
3. Brutus *sive* de claris oratoribus liber,
4. Orator,
5. Topica,
6. Partitiones oratoriæ,
7. De optimo genere oratorum fragmentum.

Orationes:
1. pro P. Quinctio,
2. — Sex. Roscio Amerino,
3. — Q. Roscio Comœdo,
4. Divinatio in Q. Cæcilium,
5. Actio I. in C. Cornelium Verrem,
6. Actionis II. liber I. in eumdem,
7. ———— II. in eumdem,
8. ———— III. in eumdem,
9. ———— IV. in eumdem,
10. ———— V. in eumdem: (*Orationes in Verrem a veteribus grammaticis dicuntur etiam* Verrinæ, *atque ita numerantur, ut divinatio appelletur* prima in Verrem *seu* Verrinarum, *actio prima* secunda in Verrem *seu* Verrinarum, *actionis secundæ liber primus* tertia in Verrem *seu* Verrinarum, *et sic deinceps, ita ut actionis secundæ liber quintus nuncupetur* septima in Verrem *seu* Verrinarum, *quemadmodum citantur a* Forcellino, *præeunte* Nizolio: *hanc porro appellationem sequitur etiam* Priscian. 7. p. 742. Putsch. *et* 18. *p.* 1195. *et alibi.*) (50),
11. oratio pro M. Fontejo, (*cujus supplementum* B. G. Niebuhrius *primus Romæ ann.* 1820., *mox* A. Maius in Classic. auct. T. 2. p. 370. *edidere.*),
12. oratio pro A. Cæcina,
13. ———— lege Manilia,
14. ———— A. Cluentio Avito,
15. 16. 17. de lege agraria libri III.,
18. oratio pro C. Rabirio perduellionis reo, (*Hujus orationis fragmentum, quo ejusdem postrema lacuna præcipue suppletur, edidere iidem* Niebuhrius *et* Maius *loc. cit.*),
19. — 22. orationes IV. in Catilinam,
23. oratio pro L. Muræna,
24. ———— L. Flacco,
25. ———— P. Sulla,
26. ———— A. Licinio Archia,
27. oratio post reditum ad Quirites (51),
28. —— post reditum in Senatu,
29. —— pro domo sua,
30. —— de haruspicum responsis,
31. —— pro Cn. Plancio,
32. ———— P. Sextio,
33. —— in Vatinium,
34. —— pro M. Cœlio Rufo,
35. —— de provinciis consularibus,
36. —— pro L. Cornelio Balbo,
37. —— in L. Calpurnium Pisonem,
38. —— pro T. Annio Milone, (*Hujus itidem lacuna, quam nemo unquam suspicatus fuerat, suppleta est, in cap. 3., fragmento inedita, quod ex Cod. palimpsesto Taurinensi in lucem protulit* Amed. Peyronius, *quodque repetiit* A. Maius *in* Classic. auct. T. 2. p. 362. *ann.* 1831.),
39. —— pro C. Rabirio Postumo,
40. ———— M. Claudio Marcello,
41. ———— Q. Ligario,
42. ———— rege Dejotaro,
43. — 58. orationes Philippicæ *sive* Antonianæ, in M. Antonium, XIV. (52).

Fragmenta orationum (53):
59. pro L. Vareno,
60. in P. Clodium et Curionem,
61. de ære alieno Milonis,
62. pro rege Alexandrino,
63. — M. Æmilio Scauro,
64. — M. Tullio, (*Fragmenta orationum, quæ numeris* 60.-64. *indicantur, primus edidit* A. Maius *ex Cod. Ambros. palimpsesto bis Mediolani, deinde Romæ ann.* 1828. *inter* Classic. auct. T. 2. p. 215.-228. *Quædam etiam fragmenta orationum sub n.* 63. *et* 64. *indicatarum ex Cod. palimpsesto Taurinensi ediderat* Amed. Peyronius *Stuttgardiæ ann.* 1824. 4.°, *quæ ab* A. Maio *iterum edita sunt in* Classic. auct. T. 2. p. 278. *et* 328.),
65. contra concionem Metelli,
66. pro P. Oppio,
67. — C. Manilio,
68. — C. Cornelio I.,
69. ———— II.,
70. in toga candida,
71. pro Q. Gallio,
72. — L. Roscio Othone,
73. — P. Vatinio.

61. Oratio contra Cornelium apud populum,
62. — de sumptu suo,
63. — adversus Lepidum,
64. — si se Cœlius tribunus pl. appellasset,
65. — de dote,
66. — cum in Hispaniam consul proficisceretur,
67. Cato dierum dictarum de consulatu suo,
68. Oratio in C. Sulpicium Galbam,
69. — quæ de auguribus inscribitur,
70. — de re Histriæ militari,
71. Cato contra Oppium,
72. Oratio de spoliis, ne figerentur nisi de hoste capta,
73. — in ea, quam scripsit, ædilis plebis sacrosanctos esse,
74. De re A. Atili,
75. Cato pro L. Cæsetio,
76. Oratio contra Tiberium exulem,
77. — apud censores in Lentulum,
78. — ne imperium sit veteri, ubi novus venerit,
79. — pro L. Turio contra En. Gellium,
80. — pro L. Autronio,
81. — qua suasit in senatu, ut plura æra equestria fierent,
82. Cato in legis Mæviæ suasione,
83. — contra C. Pisonem,
84. — pro L. Cæsare ad populum,
85. — in dissuadendo legem, quæ postea relicta est,
86. Oratio, quam habuit de Indigitibus,
87. Cato de habitu,
88. — de abrogandis legibus,
89. Oratio de Lætorio.
His denique accedunt incerta orationum fragmenta.

(48) Has nuperrime edidit *Lindmann.* in opere, cui titulus: *Corpus Grammaticorum Latinorum veterum, Lipsiæ* 1844. *in* 4.° *T.* 4.; quam editionem consuluimus et aliquando citavimus.

(49) In hoc novo Lexico, quod attinet ad M. Tullii Ciceronis opera, omnium optimam *Jo. Casp. Orellii* et *Baiter.* editionem secuti sumus, quæ curata est *Turici* a. 1826. et seqq.; ex eaque paragraphorum seu sectionum numeros lectorum commodo addidimus. Itaque ipsos *Rhetoricorum libros ad Herennium* Ciceroni tribuimus (*V.* AUCT. AD HERENN. in hoc Indice).

(50) In *Verrinis* citandis ab *Orellii* appellatione discessimus, *Nizolium* ac *Forcellinum* secuti, h. e. *Priscianum* et ipsum *Capell.* 3. *p.* 165.

(51) Hæc oratio, æque atque aliæ *post reditum in Senatu, pro domo sua ad pontifices, de haruspicum responsis* et *pro M. Marcello* inter scripta dubia et supposititia ab *Orellio T.* 4. recensentur; iisque adduntur *Epistolarum ad Brutum lib. II. Sallustii in Ciceronem oratio, Ciceronis in Sallustium responsio, Ciceronis* denique oratio *ad populum et equites Rom. ante quam iret in exilium.* Nos vero priores omnes orationes, necnon *Epistolarum ad Brutum libros II.* Ciceroni semper cum plerisque tribuimus.

(52) Has omnes Ciceronis orationes paullo aliter in ordinem redegit *Orellius T.* 2.

(53) Orationum fragmenta ex *Orellii* recensione *T.* 4. ita inscribuntur et in ordinem perhibentur:
1. Orat. pro P. Quinctio,
2. — — R. Comœdo,
3. — — M. Fontejo,
4. — de lege Agraria,
5. — pro Flacco,
6. — pro M. Tullio, quæ omnia hucusque cit. *T.* 2. continentur,
7. — pro L. Vareno,
8. — cum quæstor Lilybæo decederet,
9. — pro P. Oppio,
10. — — C. Manilio,
11. — — M. Fundanio,
12. — — C. Cornelio I.,
13. — — C. Cornelio II.,
14. — — in toga candida (et hæc continetur *T.* 2.),
15. Orat. pro Q. Gallio,
16. — — de L. Othone,
17. — de proscriptorum liberis,
18. — contra concionem Q. Metelli,
19. — de consulatu suo,
20. — in Clodium et Curionem (*quæ T.* 2. continetur),
21. — de ære alieno Milonis,
22. — de rege Alexandrino,
23. — pro P. Vatinio,
24. — pro M. Æmilio Scauro,
25. — in A. Gabinium,
26. — pro T. Annio Milone,
Hæc excipiunt Tituli Orationum deperditarum, et ex Commentariis Causarum Fragmenta.

Opera philosophica:

1. Academicorum libri II., (*in quorum citatione primus et quartus appellantur.*) (54).
2. de finibus bonorum et malorum libri V.,
3. Tusculanarum disputationum libri V.,
4. De natura deorum libri II.,
5. — fato liber,
6. — legibus libri III.,
7. — officiis libri III.,
8. — senectute liber, *sive* Cato,
9. — amicitia liber, *sive* Lælius,
10. Paradoxa VI.

Fragmenta ex operibus philosophicis (55):

11. Œconomicorum ex Xenophonte, apud Columellam aliosque,
12. Protagoræ ex Platone, apud Priscianum,
13. ex libris VI. de republica, (*quorum partes luculentissimas* A. Maius *e Cod. palimpsesto Romæ primus edidit ann.* 1822. 8.°, *mox retractato labore ibidem inter* Classic. auct. T. 1. p. 1.-365. *ann.* 1828. 8.°: *prior tamen editio in Lexico citatur.*),
14. Somnium Scipionis, (*quod partem constituit libri VI. de rep., quodque nobis servavit* Macrobius, *qui plenum in idem scripsit commentarium duobus libris comprehensum.*),
15. de jure civili,
16. — auguriis,
17. ex Hortensio, sive de philosophia,
18. ex M. Catone, sive Laude M. Catonis,
19. ex libris II. de gloria,
20. — libro de consolatione,
21. ex libro de suis consiliis,
22. ——— virtutibus,
23. ——— orthographia,
24. ex Timæo Platonis, *sive* de universo.

Epistolæ:

1. Epistolarum ad familiares libri XVI.,
2. ——— ad Atticum libri XVI.,
3. ——— ad Q. Fratrem, libri III.,
4. ——— ad Brutum libri II., *quorum primus continet epistolas XVIII. partim Ciceronis ad Brutum, partim Bruti ad Ciceronem; secundus vero alias epistolas VII. ad eosdem a Germanis deinceps repertas et pro spuriis vulgo habitas. His adjungi solet* epistola ad Octavium, *quæ non Ciceronis, sed antiqui declamatoris esse videtur: tria tamen ejus loca citavit* Forcellinus, *nempe in CIRCUMSEPTUS, in JUNONIUS et in ASTIPULATOR.*

Fragmenta epistolarum (56):

5. ad Titinium,
6. — Cornelium Nepotem libror. II.,
7. ad C. Cæsarem libror. III.,
8. —— Cæsarem juniorem libror. III.,
9. ad C. Pansam libror. III.,
10. — H. Hirtium libror. IX.,
11. — M. Brutum libror. VII.,
12. — M. filium libror. II.,
13. — Licinium Calvum,
14. — Q. Axium,
15. — Catonem,
16. — Cerelliam,
17. — L. Plancum (57).

CIC. FIL. (M. Tullius Cicero) Marci superioris filius, natus ann. U. C. 690., post patris mortem consul suffectus fuit ann. U. C. 724.; quo vero anno obierit, incompertum est.

Extant ejus

1. Epistolæ II. inter *Cic.* 16. *Fam.* 21. et 25.

CIC. Q. (Q. Tullius Cicero) Marci frater, prætor urbanus fuit ann. U. C. 693., proprætor in Asia provincia anno insequenti, obiit ann. 711. in proscriptione triumvirali. In citandis *Q. Cicer.* locis utimur plerumque editione *Bernh. Frid. Humelii* Norimbergæ ann. 1791. 8.°

Multa scripsit, quæ periere; ejus extant

1. De petitione consulatus commentariolum,
2. Epistolæ IV., quæ sunt inter *Cic.* 16. *Fam.* 8., 16., 26. et 27.,
3. Exametri versus XX. (*servati nobis sunt ab* Auson. Eclogar. 16., *quibus quodnam signum cœleste quo tempore illustre sit, novimus.*) (58).

CINCIUS ALIM. (L. Cincius Alimentus) historicus, vixit tempore belli Punici secundi, et ab Hannibale captus etiam est, postea prætor fuit. Ejus mentio est apud *Liv.* 7. 3., 21. 38. et 26. 23.

Fragmenta ejus extant ex

1. Annalium libris II. (Græce scriptis),
2. Historia de Gorgia Leontino,
3. Libro de fastis,
4. ——— comitiis
5. Libro de consulum potestate,
6. ——— officio jurisconsulti,
7. Mystagogicon libris II.,
8. Libro de verbis priscis,
9. libris VI. de re militari (59).

CINNA (C. Helvius Cinna) poeta epicus et epigrammaticus, amicus Catulli, qui ejus poema, cui Smirna nomen fuit, in *carm.* 95. celebrat. Hic temere a plebe Romana discerptus est in funere C. Jul. Cæsaris, teste *Sueton. Cæs.* 85., ubi V. a *Baumgarten* adnotata. Ejusdem poematis commentarium scripsit L. Crassitius, de quo loquitur *Sueton. Gramm.* 18., binosque ejus hendecasyllabos recitat *Gell.* 19. 13. (60).

Extat ejus

1. Epigramma (*ab* Isid. 6. Orig. 12. *relatum, et a* Burmann. *in* Anthol. Lat. T. I. p. 440. *illustratum, cujus loca citantur in V. ARATEUS et INVIGILATUS in Lexico*).

CLAUDIAN. (Claudius Claudianus) poeta, Alexandrinus, natus creditur ann. a Ch. n. 365.; quo anno obierit, ignoratur. *V.* CLAUDIANUS in ONOM.

Extant ejus

1. Panegyris in Probini et Olybrii fratrum consulatum,
2. In Rufinum libri II.,
3. De III. consulatu Honorii Aug.
4. — IV. consulatu ejusdem,
5. In nuptias Honorii Aug. et Mariæ,
6. Fescennina IV. in nuptias Honorii Aug. et Mariæ,
7. De bello Gildonico,
8. — consulatu Fl. Mallii Theodori,
9. In Eutropium libri II.,
10. De laudibus Stilichonis libri II.,
11. — consulatu ejusdem,
12. De bello Getico,
13. — VI. consulatu Honorii Aug.,
14. Laus Serenæ reginæ,
15. Epithalamium Palladii et Celerinæ,
16. De raptu Proserpinæ libri III.,
17. Gigantomachia,
18. Epistolæ V.,
19. Eidyllia VII.,
20. Epigrammata L.,
21. Laudes Herculis (*Hujusmodi carmen plerique eruditi* Claudiano *abjudicant.*).

CLAUDIAN. MAMERT. (Claudianus Ecdicius Mamertus) presbyter Viennensis in Gallia, obiit ann. a Chr. n. 474. Epigrammata VI., quæ christianismum sapiunt, quæque inter epigrammata superioris *Claudiani* habentur sub n. 27., 45., 46., 47., 48. et 49., malunt huic tribuere eruditi.

Extat ejus

1. Carmen contra poetas vanos (61).

CLAUD. MARCELL. *V.* MARCELLUS (M. Claudius)

CLAUD. AUG. (Ti. Claudius Nero) qui, Caligula a prætorianis interfecto, imperium Romanum obtinuit ann. a Ch. n. 41., et usque ad ann. 54. imperavit. Historiam scripsit, et Ciceronis defensionem adversus Asinium Gallum, teste *Sueton. Claud.* 41., cujus fragmentum habes in *V.* TABELLARIA a *Non.* 3. 110. nobis servatum; luculentam vero habuit in senatu orationem de civitate Gallis danda, cujus maximam partem servant binæ tabulæ æneæ Lugduni erutæ, atque inde *Gruterus* inter veteres Inscriptiones pag. 502. retulit, unde plura loca in Lexico citantur.

CLAUD. QUADRIG. (Q. Claudius Quadrigarius) historicus. *V.* QUADRIGARIUS in ONOM.

Extant ejus fragmenta

1. Annalium libror. XXIII. (62).

CLAUD. SATURNIN. (Q. Claudius Saturninus) JCtus, vixit sub Antoninis.

Extat in Digestis lib. 48. tit. 19. leg. 16. unicum ejus

1. Fragmentum ex libro singulari de pœnis paganorum.

CLEDON. (Cledonius) senator Romanus, et grammaticus Constantinopolitanus, eodem, quo Servius atque Sergius, tempore scripsisse videtur.

Extat, apud *Putsch.* p. 1861.-1936, ejus

1. Expositio in Donati artem primam et secundam.

(54) Hanc appellationem et nos retinuimus, uncis tamen Orellianam inclusimus, juxta quam 1. *Acad.* est *Academ. posteriorum l.* 2., et 4. *Acad.* est *Academ posteriorum l.* 1.

(55) Operum philosophicorum fragmenta hoc ordine ab Orellio exhibentur:

Fragmenta librorum philosophicorum magnam partem superstitum.

1. Ex Academicorum ad Varronem libro I.,
2. — — — — — — — — II.,
3. — — — — — — — — III.,
4. — — — — — — — — incerto,
5. Ex lib. III. de Natura deorum,
6. — — I. de Divinatione,
7. Ex libris de Legibus,
8. Ex libro de Fato.

Fragmenta deperditorum librorum philosophicorum.

1. Œconomica ex Xenophonte,
2. Protagoras ex Platone,
3. De jure civili,
4. — auguriis,
5. — philosophia sive Hortensius,
6. M. Cato seu laus M. Catonis,
7. De gloria,
8. De consolatione seu de luctu minuendo,
9. Liber de suis consiliis, sive expositio suorum consiliorum,
10. Commentarius de virtutibus,
11. De notis liber,
12. Chorographia,
13. Ex admirandorum libro,
14. Timæus seu de universo.

His accedunt tituli librorum deperditorum varii argumenti, qui sunt: Liber de laude Cæsaris; De ordinanda republica; Laus Porciæ; Commentarii consulatus sui; Edictum L. Racilii trib. pl.; Oratio pro adolescentulis Siculis; Oratio contra T. Munatium Plancum; Communes loci; Orationes aliis scriptæ.

(56) In Orelliana editione his, quæ citantur, accedunt fragmenta: Epist. Cæsaris ad Cicer.; Epist. Brut. ad Cicer.; ex Epistolis incertis.

(57) Denique in Orelliana editione hoc ordine exhibentur, quæ in hoc Indice omissa fuerant,

Fragmenta Poematum

1. Versus Homerici a Cicer. in Latinum conversi,
2. Arati Phænomena — — — — — —,
3. — Prognostica — — — — — —,
4. Alcyones,
5. Uxorius et } quorum, præter titulos, nihil superest,
6. Nilus }
7. Limon,
8. Marius,
9. De suo consulatu,
10. De suis temporibus,
11. Elegia Tamelastis,
12. Libellus jocularis,
13. Pontius Glaucus,
14. Epigramma in Tironem.

His aliisque accedunt fragmenta librorum incertorum.

(58) Hi versus habentur etiam *T.* 4. *p.* 571-79. inter *M. T. Ciceronis opera omnia* ab *Orellio* edita; eisque accedit ejusdem Quinti aut alius Epigramma de amore feminarum.

(59) De L. Cincio Alimento pluribus disserit ejusque fragmenta collegit *Aug. Krause* in opere sup. cit. (*V.* notam n. 3.) *p.* 65.-82.

(60) De C. Helvio Cinna pluribus disserit ejusdemque reliquias collectas illustrat *M. Aug. Weichert* in opere super. cit. (*V.* notam n. 41.) *p.* 147.-202.

(61) Huic adde *De statu animæ libr. III.*, qui sæpius citantur.

(62) De Claud. Quadrigario pluribus disserit ejusque fragmenta collegit *A. Krause* in opere sup. cit. (*V.* notam n. 3.) *p.* 245.-266.

**CLODIUS** (63).

**COD. JUSTINIAN.** (Codex Justinianeus) a Justiniano I. Aug. ita appellatus in libros XII. ejus jussu digestus, et ann. a Chr. n. 529. editus, mox emendatus, iterumque evulgatus ann. 534., qui repetitæ lectionis dicitur. Is porro continet constitutiones principum ab Hadriano ad ipsum Justinianum.

**COD. THEOD.** (Codex Theodosianus) a Theodosio II. Aug. ita appellatus, in libros XVI. ejus jussu digestus et editus ann. a Chr. n. 438. Fragmenta hujus codicis ex membranis Bibliothecæ Ambrosianæ Mediolanensis edidit *Walt. Frid. Clossius* Tubingæ ann. 1824. 8.° Alia ex Cod. palimpsesto Bibliothecæ R. Taurinensis protulit atque illustravit *Amed. Peyronius* Augustæ Taurinorum ann. 1824. 4.° Utraque vero fragmenta recognovit et junctim edidit, notisque criticis et eruditis instruxit *Car. Frid. Christ. Wenckius* Lipsiæ ann. 1825. 8.° Loca quædam ex his fragmentis novas voces continentia in Lexico hac illac adduximus (64).

**COEL. ANTIPATER** (65).

**COEL. AUREL.** (Cælius Aurelianus) medicus, Siccæ in Numidia natus, vixisse videtur sæculo tertio: stilus ejus barbariem sapit; res autem, de quibus ipse agit, a medicis valde laudantur. Optimam ejus operum editionem Amstel. ann. 1722. 4.° in locis citandis sequimur. *V.* COELIUS in ONOM.

Extant ejus

1. Tardarum *seu* chronicarum passionum libri V.,
2. Acutarum *seu* celerum passionum libri III.,
3. Isagoge in artem medendi. (*Hæc a plerisque, perperam, ut videtur,* Sorano *tribuitur*).

**COEL. RUF.** (M. Cœlius Rufus) Puteolis natus, ex ordine equestri, quæstor fuit ann. U. C. 697., trib. pleb. ann. 702., ædil. cur. ann. 705., et ann. 706. prætor peregrinus. In bello civili Cæsarem secutus, Thurii est interemptus ab equitibus, qui eo præsidii causa missi fuerant, teste *Cæs.* 3. *B. C.* 20.-22. Eloquentiæ imprimis operam dedit, illius enim orationes citantur a pluribus, et unius fragmentum affertur a *Quintil.* 11. 1. § 51. Eum defendit accusatum de vi *Cicero* oratione, quæ *pro M. Cœlio* inscribitur (66).

Extant ejus

1. Epistolæ XVII. inter *Cic.* 8. *Fam.* 1., 2., 3., 4., 5., 6., 7., 8., 9., 10., 11., 12., 13., 14., 15. et 17., item post 10. *Att.* 9.

**COLUM.** (L. Junius Moderatus Columella) Gadibus in Hispania natus, sub Tiberio et Claudio imperantibus Romæ vixit. Plerumque sequimur editionem *Jo. Gottl. Schneideri* Lipsiæ ann. 1794. 8.° curatam. Consule tamen præfationem et auctoris vitam præmissam editioni nostræ Patavinæ ann. 1816. 12.° *V.* et COLUMELLA in ONOM.

Extant ejus

1. De re rustica libri XII. (*quorum decimus versibus hexametris constat.*),
2. De arboribus liber.

**COMMODIAN.** (Commodianus) Afer natione, scripsit stilo horrido: vixisse videtur circa ann. a Chr. n. 270. *V.* COMMODIANUS in ONOM.

Extant ejus

1. Instructiones LXXX. adversus paganos. (*Hæ ita scriptæ sunt, ut singulæ per primas versuum litteras vocabula referant, quæ pro lemmatibus cuilibet instructioni præmittuntur: porro in iisdem numerus quidem hexametri servatur, neglecta tamen omnino syllabarum quantitate.*) (67).

**CONSENT.** (P. Consentius) grammaticus Constantinopolitanus, vixit circa ann. a Chr. n. 450.

Extant ejus

1. Ars Consentii de duabus orationis partibus, nomine et verbo (*apud* Putsch. *p.* 2018.-2075.),
2. ——— de barbarismis et metaplasmis. (*Opus hujusmodi editum primo est ab* A. G. Cramero *et* Phil. Buttmanno *e veteri Cod. Berolini ann.* 1817. 8.°, *quam editionem sequimur*).

**CORIPP.** (Flavius Cresconius Corippus) Afer natione, poeta et grammaticus, floruit sub Justiniano I. et Justino II., qui illi successit ann. a Chr. n. 565.: hujus vero laudes cecinit. *V.* CORIPPUS in ONOM.

Extant ejus

1. De laudibus Justini Aug. minoris libri IV.,
2. Fragmentum panegyrici in laudem ejusdem,
3. Panegyricum in laudem Anastasii quæstoris et magistri,
4. Johannis *seu* de bellis Libycis libri VII. (*editi primum a* P. Mazzucchellio *ex Cod. Trivult. Mediolani ann.* 1820. 4.° doctisque illustrati ab eodem adnotationibus).

**CORNEL. NEP.** *V.* NEP.

**CORNEL. FRONT.** *V.* FRONT.

**CORNIFICIUS** (68).

**COTTA** (69).

**CURIUS** (M. Curius) Ciceronis et Attici familiarissimus, qui Patris negotiabatur; ad eum scripsit *Cic.* 7. *Fam.* 28., 30. et 31.

Extat ejus

1. Epistola ad *Cic.* 7. *Fam.* 29.

**CUR. FORTUNATIAN.** (Curius Fortunatianus) rhetor, qui sæculo a Chr. n. tertio, vel quarto vixisse creditur.

Extant ejus

1. Artis rhetoricæ scholicæ (*al.* scholasticæ) libri III. (*inter rhetores editos a* Franc. Pithæo *Parisiis ann.* 1599. 4.° *et a* Claud. Capperonerio *Argentorati ann.* 1756. 4.°, *cujus editionem potissime sequimur.*

**CURT.** (Q. Curtius Rufus) historicus Alexandri M. Is a quibusdam ad Augusti ætatem, ab aliis ad Tiberii, a nonnullis ad Vespasiani, vel etiam Trajani, immo ad Theodosii vel ad Constantini, sed probabilius ad Claudii referendus esse putatur. *V.* CURTIUS in ONOM.

Extant ejus

1. De rebus gestis Alexandri M. libri X. (*quorum duo priores injuria temporum perierunt, atque etiam pars quædam decimi*).

**CYPRIAN.** (Thascius Cæcilius Cyprianus) Afer, episcopus Carthaginiensis, obiit martyrio coronatus ann. a Chr. n. 258. In locis citandis sequimur editionem Venetam ann. 1728. fol. *V.* CYPRIANUS in ONOM.

Extant ejus

1. Epistolæ LXXXIII.,
2. Liber de habitu virginum,
3. ——— lapsis,
4. ——— unitate Ecclesiæ,
5. ——— oratione dominica,
6. ——— ad Demetrianum,
7. ——— idolorum vanitate,
8. ——— mortalitate,
9. ——— opera et eleemosyna,
10. ——— bono patientiæ,
11. ——— zelo et livore,
12. Epistola ad Fortunatum de exhortatione martyrii,
13. Testimoniorum adversus Judæos libri III.,
14. Sententiæ episcoporum LXXXVII. de hæreticis baptizandis,
15. Liber de spectaculis,
16. ——— laude martyrii,
17. Carmen de Genesi,
18. ——— de Sodoma,
19. ——— ad senatorem apostatam. (*Hæc tria carmina illi tribuuntur, sed spuria esse videntur*).

## D

**DAMAS.** (Damasus) Romanus pontifex, obiit ann. a Chr. n. 385.

Extant ejus

I. Carmina XLII.

**DARES PHRYG.** (Dares Phrygius). *V.* DARES in ONOM.

Extat ejus

1. De excidio Trojæ historia. (*Hanc historiam ab ignoto quodam homine ex opere poetico Josephi Devonii, seu Iscani, Angli, ad finem sæculi XII. a Chr. n. consarcinatam esse opinantur plerique eruditi; ideoque nullius in Latina lingua auctoritatis, licet vulgo editam inter opera Cornelii Nepotis, cujus epistola ad Sallustium Crispum legitur eidem operi præmissa*) (70).

**DICTYS CRET.** (Dictys Cretensis). *V.* DICTYS in ONOM.

Extant ejus

1. De bello Trojano libri VI. (*Hoc opus Græce exaratum, quod Nerone imperante inventum a quodam Praxide seu Eupraxida fingitur, et a Q. Septimio, qui tertio seu quarto a Ch. n. sæculo vixisse videtur, in Latinum sermonem translatum, Græco autographo deperdito, reliquum nobis est. In citandis locis hujus, et superioris operis usus est* Forcellinus *editione Amstelod. ann.* 1702. 4.°).

**DIGEST.** (Digestorum libri L.). Ita porro hi libri sunt appellati, quia continent totum jus Romanum sententiis sive opinionibus prudentium, hoc est veterum jurisconsultorum comprehensum et explicatum, atque in libros, titulos, legesque digestum. Hæc itaque collectio facta est jussu Justiniani I. Aug., qui XVIII. K. Januar. ann. 530. eam digerendam imperavit, et XVII. K. Januar. ann. 533. jam a Triboniano JCto perfectam confirmavit, publiceque proposuit. *V.* DIGESTUS in Lexico.

**DIOMED.** (Diomedes) grammaticus, Rufino et Prisciano, qui sæpius illius mentionem in commentariis suis fecerunt, antiquior.

Extant, apud *Putsch.* p. 271.-528., ejus

1. De oratione, et partibus orationis, et vario metrorum genere libri III.

**DOMITIANUS** (71).

**DOMITIUS AFER** (72).

(63) Plures fuisse videntur Clodii, qui rerum Romanarum historiam vel commentarios confecerunt, de quibus consule *Aug. Krause* in opere super. cit. (*V.* notam n. 5.) *p.* 215.-216., ubi et quæ supersunt fragmenta invenies.

(64) Nos vero accuratiorem emendatioremque editionem sæpe consuluimus, de qua *V.* notam n. 52.

(65) L. Cœlius Antipater procul dubio homo Romanus habendus est, ex libertino fortasse genere oriundus, Gracchorum æqualis, multorumque, ut familiaris L. Crassi (nati a. U. 614.), magister fuit, utpote qui et orator et juris valde peritus. Condidit Latine Annales, in quibus descripsit bella Punica, videturque septem libris, tot enim laudantur, ad Gracchorum, hoc est ad sua tempora historiam deduxisse. Vide plura apud *Aug. Krause* in opere super. cit. (*V.* notam n. 5.), ubi et plurima ejusdem fragmenta exhibentur *p.* 182.-201.

(66) Cælii Rufi oratoria fragmenta collegit *H. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 40.) *p.* 344.-346. Orationum vero tituli sunt:

1. Oratio pro se de vi,
2. —— in Antonium,
3. Concio de equis.

(67) In citandis *Commodiani* locis utimur editione Ven. a. 1767. in *Bibliotheca Patrum, T.* 3. *p.* 621.-651.

(68) De Cornificio poeta, cui vulgo *Diræ* etiam tribuuntur, cujusque fragmenta extant apud *Macrobium*, disseruerunt *Vernsdorf.* in *Poet. Lat. Min. T.* 3. *p.* 46. et seq. et *Weichert* in opere super. cit. (*V.* notam n. 41.) *p.* 185. in nota.

(69) C. Aurelius Cotta consul a. U. C. 679., orator suo tempore præclarissimus, diserte laudatur a *Cic. Brut.* 55. 202. et *Orat.* 38. 132. Ejus fragmenta collegit *Henr. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 40.) *p.* 276.-280.

(70) At *A. Dederich* ad *Dyct. Introduct. p.* XXI. arbritatur Daretis interpretem scripsisse quinto, sexto, vel nescio quo posteriore sæculo.

(71) Domitiani imperatoris, cujus vitam nobis reliquit *Suetonius*, oratoria fragmenta collegit *Henr. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 40.) *p.* 571.-572.

(72) Domitius Afer, Nemausensis, recens prætura, qua Tiberio imperante a. U. 777. functus erat, modicus dignationis et quoquo facinore properus clarescere, ut ait *Tac.* 4. *Ann.* 52., Agrippinæ (immo Claudiæ Pulchræ, quæ erat Agrippinæ sobrina) accusatione a. U. 778. primoribus oratorum addi cœpit: obiit autem, teste eodem *Tac.* 14. *Ann.* 19., Nerone imperante a. U. 812. vel 813. Vide plura apud *Henr. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 40.) *p.* 347.-349., ubi et ejusdem fragmenta exhibentur. Cf. et *Weichert* in opere super. cit. (*V.* notam n. 41.) *p.* 245. et seqq.

DONATUS (*Ælius Donatus*) grammaticam Romæ ann. 354. docebat, cum ejus auditor esset Hieronymus. *V.* DONATUS in ONOM.

Extant ejus

1. Ars *sive* editio prima de litteris, syllabisque, pedibus et tonis,
2. Ars *sive* editio secunda de VIII. partibus orationis,
3. De barbarismo, solœcismo, schematibus et tropis (*Edita hæc tria opera sunt a* Putsch. *p.* 1735.-1767.),
4. Commentaria in Terentii comœdias, excepta Heautontimorumeno.

DONATUS (Ti. Claudius Donatus) Ælio Donato posterior, grammaticus.

Extant ejus

1. Vita P. Virgilii Maronis (*ab* Heynio *accurate recognita et illustrata, et operibus Virgilianis præmissa, quamque in citandis ejus locis sequimur*),
2. Commentarius in Æneidem.

DRACONT. (Dracontius) poeta Hispanus, vixit sub Gonderico Vandalorum rege, qui in Hispania Bætica dominatus est ab ann. a Chr. n. 411. ad 428., cui scripsit elegiam, quæ *Satisfactio* inscribitur. Stilus ejus plerumque inelegans, non tamen barbarus omnino habendus, ita ut plura ex ejusdem carminibus nova vocabula Lexico adjecerimus, licet paucula tantum *Forcellinus* admiserit, quædam etiam inter barbara immerito retulerit. Utimur plerumque editione Romana a *Faustino Arevalo* ann. 1791. in 4.° curata, quæ hujus poetæ carmina ex MSS. Vatic. duplo auctiora iis, quæ antea prodierant, continet.

Extant ejus

1. Hexaemeron *sive* de Deo libri III.,
2. Satisfactio.

## E

EDICT. DIOCLET. (Edictum Diocletiani) quo pretiis rerum venalium modus statuitur. Insignis hujus monumenti marmore insculpti exemplar repertum est prius Stratoniceæ, urbis Cariæ, mox ejusdem alterum ex Ægypto Aquas Sextias, Provinciæ urbem, translatum ibidem extat: hoc primus edidit et illustravit *Aloys. Cardinalius* in *Atti dell'Accad. archeol. Rom. T.* 2. *p.* 683.-732. De eodem vide a me adnotata in *V.* VILITAS in Lexico.

EMPOR. (Emporius) rhetor Cassiodorio suppar, sexto a Chr. n. sæculo natus.

Extant ejus

1. De ethopœia,
2. De loco communi,
3. De demonstrativa materia præceptum,
4. De deliberativa specie. (*Hæc opera edita sunt inter* Rhetores antiquos Latinos *a* Pithæo, *Parisiis ann.* 1599. 4.° p. 278.-283. *et a* Claud. Capperonerio *Argentorati ann.* 1756. 4.° p. 303.-317., *quam editionem sequimur*).

ENNIUS (Q. Ennius) natus Rudiis in Calabria ann. U. C. 515., ante Chr. n. 239., a M. Porcio Catone Censore Romam a. 550. a Sardinia, ubi tunc morabatur, deductus, obiit Romæ ann. U. C. 585., ante Chr. n. 169. Poeta tragicus et comicus, qui versibus etiam exaravit Annalium libros XVIII. et satyram; quorum omnium fragmenta tantum extant (73), (*V.* ENNIUS in ONOM.), ut et

Tragœdiarum, quarum hi sunt tituli:

1. Achilles,
2. ——— Aristarchi,
3. Ajax,
4. Alcestis,
5. Alcmæon,
6. Alexander *sive* Alexandra,
7. Andromacha,
8. Andromeda,
9. Antiopes,
10. Athamas,
11. Cresphontes,
12. Dulorestes,
13. Erechtheus,
14. Eumenides,
15. Hectoris lytra,
16. Hecuba,
17. Iliona,
18. Iphigenia,
19. Medea,
20. Medus,
21. Melanippa *seu* Melanippus,
22. Nemea,
23. Neoptolemus,
24. Phœnix,
25. Scipio,
26. Telamon,
27. Telephus,
28. Thyestes.

Comœdiarum, quarum hi tituli:

1. Ambracia,
2. Asotus,
3. Caprunculum,
4. Celestis,
5. Pancratiastes.

ENNOD. (Magnus Felix Ennodius) Mediolanensis, natus ann. a Chr. n. circiter 476., Ticinensis episcopus, obiit XVI. K. Aug. ann. 521. Plurima scripsit stilo rudi et incondito, quæ omnium accuratissime enumerat *Jo. Nic. Funccius* in *Comment. de inerti ac decrep. Lat. linguæ senect. p.* 214.-217., inter quæ enumerandus videtur, utpote omnium postremus, ejus

1. Panegyricus Theodorico regi dictus (74).

EPICADUS (75)

EPITHAL. LAUR. ET MAR. *V.* AUCT. EPITHAL. LAUR. ET MAR.

EROS, auctor operis *de passionibus mulierum*, quod et *Trotulæ* cuidam feminæ inepte vulgo tribuitur, atque inter *antiquos medicos* vulgatum est. Scriptorem hunc medicum, fuisse Salernitanum, recte putant eruditi, et inter barbaros auctores recensendum. Consule *Jo. Bapt. Morgagni epist.* in *Seren. Sammonic.* p. 69. et seqq.

EUCHERIA, poetria Aquitanica, nobili genere nata, quæ a servo colono in matrimonium expetita, hujusmodi impares nuptias elegia sexdecim distichis constanti indignabunda aversatur: vixisse quinto vel sexto a Chr. n. sæculo eruditis videtur. Edita est hæc elegia a *Pithœo* inter *epigrammata vetera lib.* 4. *p.* 158., a *Burmanno* in *Antholog. Lat. T.* 2. *p.* 407. et a *Wernsdorf.* in *Poet. Lat. min. T.* 3. *p.* 97., quem præcipue sequimur.

EUMENIUS, orator et rhetor Augustodunensis, Athenis oriundus, magister sacræ memoriæ Constantii Chlorii Aug., deinde Augustoduni (nunc *Autun*) rhetoricem publice docuit. Eloquentia ejus sæculi vitium, quo ille vixit, nimirum sapit, licet aliqua sit laude commendanda.

Extant ejus

1. Oratio pro restaurandis scholis Augustodunensium (*ann. a Chr. n.* 297. *habita coram Rictiovaro Galliæ Lugdunensis primæ præfecto*),
2. Panegyricus Constantio Chloro Cæsari (*Treviris dictus*),
3. Panegyricus Constantino M. (*ibid. dictus ann.* 310.),
4. ——— eidem, *seu* Gratiarum actio Flaviensium (*h. e.* Augustodunensium) nomine (*ibid. dictus ann.* 311.).

EUTROPIUS, historicus, floruit sub Juliano II., et Valente Aug., qui imperavit usque ad ann. a Chr. n. 368. Usus est in historia scribenda tenui quidem, sed aperta et perspicua oratione. Editionem plerumque sequimur *Car. Henr. Tzschuckii* Lipsiæ ann. 1796. 8.°

Extat ejus

1. Breviarium historiæ Romanæ libris X. constans (*Narratio deducitur ab U. C. ad ann. a Chr. n.* 364., h. e. *usque ad obitum Joviani Aug.*).

EUTYCHES, grammaticus, Prisciani discipulus, Constantinopoli Latinam grammaticam docuit, vixit circa initium sæculi sexti a Chr. n.

Extant ejus

1. De discernendis conjugationibus libri II. (*apud* Putsch. *p.* 2143.-2190.),
2. De aspiratione. (*Hæc a* Cassiodorio *in* cap. 9. *de orthographia servata nobis sunt*).

## F

FABIAN. (Ser. Flavius Papirius Fabianus) philosophus Stoicus, et orator, sub Tiberio floruit, M. Senecæ seniori et rhetori familiaris, qui de eo multa habet in *præf. Controv.* 2., et L. Senecæ philosopho notus, qui de eodem mentionem facit in *epist.* 100. et alibi. Multa scripsit, quæ periere; quædam ejus verba refert idem *Senec. Consol. ad Marc.* 24., alia et *Quintilianus*. V. ESSENTIA in Lexico.

FAB. MAX. CUNCTATOR (76).

FAB. MAX. ÆMILIANUS (77).

FAB. MAX. (Q. Fabius Maximus Servilianus) consul ann. U. C. 612., historicus.

Extant ejus fragmenta a *Servio, Macrobio*, et *Prisciano* allata, ex

1. Annalium libro I.,
2. Pontificii juris libris XII. (78).

FAB. PICTOR (Q. Fabius Pictor) historicus, vixit secundi belli Punici tempore, quod gestum fuit ab ann. U. C. 536. ad ann. 552.

Extant ejus apud plures veteres auctores fragmenta ex

1. Annalium libris IV.,
2. Rerum naturalium libris XVI. (79).

FANNIUS (C. Fannius M. F.) historicus, quæstor fuit ann. U. C. 615., et prætor ann. 617.

Extant ejus fragmenta apud plures ex

1. Annalium libris VIII. (80).

FANNIUS (C. FANNIUS, C. F.) (81).

FAVONIUS vel FAVORINUS (82).

FENESTELLA (L. Fenestella) historicus, vixit postremis C. Julii Cæsaris et Augusti temporibus, et, ut narrat *Hieronym.* in *Chron.* ad ann. a Chr. n. 21., septuagenarius mortuus est. *V.* FENESTELLA in ONOM.

Extant ejus multa apud plures fragmenta ex

1. Annalium libris XXII.

FESTUS (Sex. Pompejus Festus) grammaticus, tertio a Chr. n. sæculo ad finem vergente vixisse creditur, et *Verrii Flacci* opus eximium, nunc deperditum, *de verborum significatione* in compendium redegit, quod, præter fragmenta quædam, vel temporis injuria, vel hominum negligentia itidem periit; ejus tamen epitome a *Paulo* Diacono concinnata nunc sola superest (*V.* FESTUS in ONOM.), cui titulus est:

(73) Annalium ab Fannio conscriptorum, quæ supersunt, fragmenta collegit *Aug Krause* in opere super. cit. (*V.* notam n. 5.) *p.* 56.-58.

(74) Huic addenda sunt et alia Ennodii opera, scilicet

1. Epistolarum lib. IX.
2. Opuscola miscella IX.,
3. Carminum lib. II.
4. Dictiones XXVIIII,

(75) De L. Cornelio Epicado historico, qui L. Cornelii Sullæ dictatoris libertus fuit culatorque in sacerdotio augurali, vide *Aug. Krause* in opere super. cit. (*V.* notam n. 5.) *p.* 296.-297., ubi paucula ejusdem fragmenta exhibentur

(76) Fabius Maximus Cunctator (Q.) juxta *Meyer.* scripsit *Laudationem Marci filii*, cujus fragmentum habetur in opere ejusdem *Meyer.* (*V.* notam n. 10.) *p.* 106.-107.: quod tamen *Augustus Krause* in opere, cui titulus: *Vitæ et fragmenta veterum historicorum Romanorum* (*V.* notam n. 5.) Q. Fabio Maximo Serviliano tribuit.

(77) Q. Fabius Maximus Æmilianus, filius L. Æmilii Pauli, frater P. Scipionis Africani minoris Æmiliani qui consulatum gessit a. ab U. C. 608., laudationem P. Africani minoris recitavit; cujus fragmentum exhibetur a *Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 209.

(78) *V.* et quæ dicta sunt in super. nota n. 76.

(79) De Fabio Pictore pluribus disseruit ejusque historica fragmenta collegit *Aug. Krause* in opere super. cit. (*V.* notam n. 5.) *p.* 56.-63.

(80) De C. Fannio disseruit ejusque fragmenta collegit *Aug. Krause* in opere sup. cit. (*V.* notam n. 5.) *p.* 171.-175.

(81) De C. Fannio, C. F., qui teste *Cic. Brut.* 26. 99. inter oratores habitus est, vide *Henr. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 10.), qui *p.* 220.-221. ejusdem fragmenta exhibet.

(82) De M. Favonio oratore, qui *Favorinus* dicitur apud *Gell.* 15. 8., pluribus disserit ejusque fragmentum exhibet *Henr. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 10). *p.* 303.-304.

1. De verborum significatione libri XX. (83).

FIRMIC. (Julius Firmicus Maternus) Siculus, vixit circa medium a Chr. n. sæculum quartum: dubitant eruditi, num duo vixerint iisdem nominibus præditi, alter Ethnicus, alter Christianus auctor; alii tamen unum eumdemque fuisse autumant. *V.* FIRMICUS in ONOM.

Extant ejus

1. Matheseos *seu* astronomicorum libri VIII.,
2. De errore profanarum religionum liber.

FLORENTIN. (Florentinus), cujus prænomen nomenque ignorantur, Jctus, vixisse videtur sub Alex. Severo, qui ab ann. a Chr. n. 222. ad ann. 235. imperavit.

Extant ejus in Digestis fragmenta ex

1. Institutionum libris XII.

FLOR. (L. Annæus Florus) historicus. *V.* FLORUS in ONOM.

Extat ejus

1. Epitome de gestis Romanorum (in IV. libros digesta).

FORTUNATIAN. *V.* CUR. FORTUNATIAN.

FRAGM. COD. THEODOS. *V.* COD. THEODOS.

FRAGM. JUR. CIV. ANTEJUSTIN. *h. e.* Juris civilis antejustinianei reliquiæ ineditæ ex Cod. rescripto biblioth. pontif. Vaticanæ, curante *A. Maio*, biblioth. ejusdem præfecto. Romæ ann. 1823. 8.° (84).

Paucula quædam nova vocabula ex his fragmentis in Lexicon admissa sunt.

FRONT. (M. Cornelius Fronto) orator sui temporis princeps. *V.* FRONTO in ONOM.

Extant ejus opera ab *A. Maio* iterum edita Romæ ann. 1823. 8.°, cujus editionem sequimur (85):

1. Ad M. Cæsarem (*epistolar.*) libri V.,
2. Ad Antoninum imp. (*epistolar.*) libri II.,
3. Ad Verum (*epistolar.*) liber,
4. ——— Imp. (*epistolar.*) liber,
5. De bello Parthico (ad M. Aurelium epistola),
6. De feriis Alsiensibus (*epistolæ IV.*),
7. De nepote amisso (*epistolæ II.*),
8. Arion,
9. De eloquentia,
10. De orationibus (*epistolæ III.*),
11. Ad Antoninum Pium (*epistolæ IX.*),
12. Ad amicos epistolarum libri II.,
13. Principia historiæ,
14. Laudes fumi et pulveris,
15. ——— negligentiæ,
16. Gratiarum actionis pro Carthaginiensibus fragmentum,
17. Fragmenta apud plures auctores (86),
18. Disputationes grammaticæ apud *Gell.* 2. 26., 13. 28., 17. 8., 19. 10. et 13.,
19. De differentiis vocabulorum (87),
20. Exempla elocutionum (88).

FRONTIN. (Sex. Julius Frontinus), qui, si *A. Mai.* in *Script. vet. N. Coll. T.* 2. *p.* 592. *not.* 2. sequimur, Thyrrenus sive Etruscus fuit, Romæ sub Domitiano, Nerva et Trajano floruit, et tertium consul ordinarius fuit cum hoc postremo ann. a Chr. n. 100. *V.* FRONTINUS in ONOM.

Extant ejus

1. Strategematicon libri IV.,
2. De aquæductibus urbis Romæ commentarius.

FRONTIN. (Julius Frontinus) alius e superiore Frontino, fuit hic scriptor de re agraria, et quidem tempore posterior, cujus opera edita sunt inter *Agrariæ rei auctores* a *Goesio* Amstelod. an. 1674. 4.°, quam editionem sequimur. *V.* FRONTINUS in ONOM.

Extant ejus

1. De agrorum qualitate liber,
2. — limitibus agrorum,
3. De Coloniis.

FULGENTIUS (89).

FURIUS AUL. ANTIAS (90).

FURIUS (P. Furius Anthianus) JCtus, vixisse videtur sub Septim. Severo et Caracalla, qui ab ann. a Chr. n. 193. ad 217. imperium habuere.

Extant ejus in Digestis fragmenta ex

1. Libris IV. ad edictum.

## G

GALERIUS TRACHALUS (91).

GALLIEN. (P. Licinius Gallienus), qui imperium arripuit ann. a Chr. n. 253., obiit interfectus ann. 268. natus annos quinquaginta.

Extat ejus carmen in *Antholog. Lat. T.* 1. *p.* 684. *Burm.*

GALLIO (92).

GALLUS (C. Aelius Gallus) JCtus, M. Tullii Ciceronis temporibus. Ejus extant fragmenta apud *Gell.* 16. 5., *Macrob.* 6. *Saturn.* 8. et *Festum* in *Postliminium*, *Reus*, *Saltum*, *Sacer*, *Torrens*, et in *Digest.* 22. 1. 19. et 50. 16. 77. et 159. ex illius

1. Libris II. de verborum significatione.

GARGIL. (Gargilius Martialis) georgicus, et historicus, floruit sub Alex. Severo, qui ab ann. a Chr. n. 222. ad ann. 235. imperavit. *V.* GARGILIUS in ONOM.

Extant ejus fragmenta

1. De cura boum,
2. — re hortensi *sive* de arboribus pomiferis. (*Hoc opus priori titul. edidit* A. A. Scottius, *ut diximus in Lexico; altero autem* A. Malus *iterum vulgavit Romæ ann.* 1828. *in* Classic. auct. T. 1. p. 391.-413., *qui et capitum ipsorum ordinem immutavit, iisque adnotationibus textum operis locupletavit, quæ a viro totius antiquæ eruditionis peritissimo fieri decuerant. In Lexico tamen ubique primæ editionis Neapolitanæ ratio habita a nobis est in hujus auctoris locis citandis.*),
3. De pomis *sive* medicina de pomis. (*Tertium hoc non parvi momenti fragmentum primus e duobus Codicib. Vaticanis edidit* A. Malus *Romæ ann.* 1831. *in* Classic. auct. T. 3. p. 418.-426., *unde futuris Lexicographis paucula quædam nova adhuc vocabula erunt colligenda. Ex ejusdem porro cum primo* de cura boum *comparatione mira quædam stili similitudo, earumdemque dictionum usus deprehenditur, ita ut tollendæ omni* Jul. Pontederæ (*Ep.* LIII. *p.* 466.) *dubitationi de illius primi fragmenti, plurimis quidem mendis adhuc inquinati, αὐθεντίᾳ, peridonea sit hujus tertii fragmenti commoditas*).

GELL. (A. Gellius) philologus clarissimus, qui scripsit post ann. a Chr. n. 143., et ante ann. 180., quo imperare cœpit Commodus Aug., obiit. *V.* GELLIUS in ONOM. Libri octavi, in capita XV. distributi, sola supersunt summaria seu lemmata capitum; textus totius libri jamdiu periit. Hujus tamen libri summaria, ut et reliquorum, *Gellii* ipsius manu scripta fuisse constat tum ex ipsius præfatione, in cujus fine hæc habet: « Capita rerum, quæ cuique commentario insunt, exposuimus hic universa, ut jam statim declaretur, quid quoque in libro quæri invenirique possit.» tum quia *A. Maius* ad *Cic.* 3. *de rep.* 21. fatetur, in Cod. palimpsesto Vatic. eximiæ vetustatis litteris majoribus fragmenta *Noctium Atticarum* ex libris I.-IV. se reperisse, ibidemque occurrere illa librorum Gellianorum summaria, quæ utrum habeant aliquam in lingua Latina auctoritatem immerito dubitat *Forcellinus* ad voc. CASCE, IGNOMINIATUS, SIMULAMENTUM.

In omnibus porro editionibus liber sextus ἀκέφαλος erat, nunc vero ope Codicis antiquissimi suppletum est ejus initium ab Anglo *Beloe*, et in editione sua Gottingensi ann. 1824. T. 2. 8.°, quam editionem plerumque sequimur, iterum vulgavit *Alb. Lion*, quod hic repetere operæ pretium existimamus. « Quibus non videtur mundus dei et hominum causa institutus, neque res humanæ providentia gubernari, gravi se argumento uti putant, cum ita dicunt: Si esset providentia, nulla essent mala. Nihil enim minus ajunt providentiæ congruere, quam in eo mundo, quem propter homines fecisse dicatur » *etc.*

GELL. (Aulus Gellius) historicus (93).

GELL. (Cn. Gellius) historicus vixit circa postrema reipublicæ Romanæ tempora. *V.* GELLIUS in ONOM.

Extant ejus apud plures antiquos scriptores

1. Fragmenta ex annalium libris XCVII. (94).

GELL. (Sex. Gellius) historicus circa eadem tempora. *V.* GELLIUS in ONOM.

Extat apud *Aurel. Victorem de Orig. gent. R.* c. 15. ejus

1. Fragmentum originis gentis Romanæ (95).

GENNAD. (Gennadius) presbyter Massiliensis, vixit circa finem sæculi a Chr. n. quinti.

Extat ejus

1. De viris illustribus liber. (*Est continuatio operis ab* Hieronymo *sub eodem titulo scripti, quæ centum capitibus constat, quibus totidem virorum illustrium vitæ breviter describuntur.*)

GERMANIC. (Cæsar Germanicus) Drusi senioris et Antoniæ filius, ab Tiberio adoptatus jussu Augusti ann. a Chr. n. 4., cum esset annorum octodecim, obiit prope Antiochiam ann. a Chr. n. 19., a Cn. Pisone Syriæ proconsule veneno sublatus, jussu Tiberii. Ejus vitam habes apud *Sueton. Cal.* 1.-7. *V.* GERMANICUS in ONOM.

Extat ejus

1. Phænomena Aratea, *sive* ex Arato,
2. Prognosticorum fragmentum (*editum in* Antholog. Lat. T. 2. p. 338. Burm.),
3. Epigramma ad Hectoris tumulum (*editum* ibid. T. 1. p. 86.),

(83) *Festi* fragmenta cum *Pauli* epitome emendata et annotata, summa eruditione et diligentia edidit *Carolus Odofredus Müllerus*, Lipsiæ a. 1839., qui in ejus operis præfatione plura de *Festo* et *Paulo* scitu digna protulit, quemque in hac Lexici editione secuti sumus.

(84) Nos vero accuratiorem emendatioremque editionem secuti sumus, quam citavimus in nota n. 32.

(85) Aliquando tamen et *Niebuhrii* editionem citavimus.

(86) Oratoria Frontonis fragmenta collegit etiam *Henr. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam. n. 40.) *p.* 374.-377.

(87) Hoc opusculum Frontonis nomine inscriptum extat etiam inter Grammaticos *Putschii p.* 2161.-2204.

(88) Hæc locutionum exempla *Lindmannus* cum aliis *Frontoni* abjudicat, et *Arusiano Messo* tribuit: *V.* ARUSIANUS MESSUS in hoc Indice.

(89) Fabius Fulgentius Placiades seu Planciades, natione Afer, floruit circa sæculum sextum. Ejus sunt de *Mythologia* tres libri; item de *Continentia Virgilii* liber unus, et de *Expositione prisci sermonis:* sed omnia duriore stylo scripta sunt ac semibarbaro, non tamen inerudito.

(90) Furius Aulus, Antias cognomine quod Antii natus, familiaris L. Lutatii Catuli, qui consul fuit a. U. 652., poeta, ejusdem Catuli res per consulatum gestas XII. Annalium libris conclusisse videtur, quorum fragmenta ex *Macrobio* collegit atque illustravit *M. Aug. Weichert* in opere super. cit. (*V.* notam n. 44.) *p.* 554. et seqq.

(91) Galerii Trachali oratoris, qui consul fuit a. U. 820., unicum quod superest fragmentum habes apud *Henr. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 40.) *p.* 365.

(92) L. Junius Gallio pater, rhetor, amicus fuit Senecæ rhetoris, cujus filium, philosophi fratrem natu maximum adoptavit. Ejus fragmenta collegit *Henr. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 40.) *p.* 362.-364.

(93) De Aulo Gellio historico, qui a Nonio tantum et Vopisco diserte laudatur, vide *Aug. Krause* in opere super. cit. (*V.* notam n. 3.) *p.* 211.-212.

(94) De hoc numero dubitat *Aug. Krause*, qui in opere super. cit. (*V.* notam n. 3.) *p.* 202.-209. *Cn. Gellii* vitam et fragmenta exhibet.

(95) De hoc quoque *Gellio* disserit et fragmentum exhibet *Aug. Krause* in opere super. cit. (*V.* notam n. 3.) *p.* 209.-211.

4. Epigramma de puero Thrace (*editum in* Collect. Pisaur. omn. poet. Lat. T. 4. p. 67.).

GRACCHUS (96).

GRAN. LICINIAN. (97).

GRAT. (Gratius Faliscus) poeta didascalicus, Ovidio coætaneus. *V.* GRATIUS in ONOM.

Extat ejus

1. Cynegeticon. (*Omnium accuratissime hoc poema edidit Altenburgi* Jo. Chr. Wernsdorfius *inter* Poet. Lat. min. T. 1. p. 25.-82., *quam editionem sequimur*).

## H

HADRIAN. (P. Aelius Hadrianus) natus ann. a Chr. n. 76., a Trajano Aug. adoptatus, eidem successit ann. 117., obiit vero ann. 138. Ejus vitam habet *Spartian.*, qui de eodem hæc ait *c.* 15.: Quamvis esset oratione et versu promptissimus, et in omnibus artibus peritissimus, tamen professores omnium artium semper, ut doctior, risit, contempsit, obtrivit.

Extant ejus

1. Epigrammata II. (*ab eod.* Spartian. *in* Hadrian. 15. *et* 24. *relata, ex quibus quædam vocabula in Lexico recensentur.*) (98).

HEMINA (99).

HERENN. MODEST. *V.* MODESTIN.

HERMOGENIAN. (Claudius Hermogenianus) JCtus, vixit sub Constantino M. seu potius sub ejus filiis, videtur Christianus fuisse, et auctor Codicis, qui ab eodem nomen accepit. *V.* HERMOGENIANUS in ONOM.

Extant ejus passim in Digestis fragmenta ex

1. Juris epitomarum libris VI.,
2. Fideicommissorum libris IV.

HIERONYM. (Sophronius Eusebius Hieronymus) Stridone oppido in Dalmatiæ Pannoniæque confinio natus ann. a Chr. n. 331. secundum plerosque, secundum vero alios ann. 346.; obiit prid. Kal. Sept. ann. 420. Cum Latinorum scriptorum lector et imitator elegantissimus fuerit Hieronymus, plurima nova ex ejus operibus vocabula, præter ea, quæ *Forcellinus* admiserat, in Lexicon recepimus, multa tamen adhuc remanent futuro Lexicographo colligenda. *V.* HIERONYMUS in ONOM. Plerumque in ejus locis citandis utimur editione Veronensi *Domin. Vallarsii* ann. 1734.-1742. T. XI. fol.

Extant ejus

1. Epistolæ CL.,
2. Vita s. Pauli primi eremitæ,
3. —— Hilarionis eremitæ,
4. —— Malchi monachi,
5. Regula s. Pacomii e Græco Latine reddita,
6. Epistolæ et verba mystica ejusdem, et s. Theodorici,
7. Liber Didymi de Spiritu S. ex Græco Latine conversus,
8. Altercatio Luciferiani et Orthodoxi,
9. Adversus Helvidium liber,
10. ——— Jovinianum libri II.,
11. ——— Vigilantium liber,
12. ——— Joann. Jerosolymitanum liber,
13. ——— Rufinum libri III.,
14. ——— Pelagianos libri III.,
15. De viris illustribus liber,
16. — nominib. Hebraicis,
17. — situ et nominib. locor. Hebraicorum,
18. Quæstionum Hebraicar. liber in Genesim,
19. Commentarius in Ecclesiasten,
20. Homiliæ II. Origenis in Canticum canticor. Latine redditæ,
21. Commentarior. in Isaiam libri XVIII.,
22. Commentarior. in Jeremiam libri VI.,
23. ———— in Ezechielem libri XVI.,
24. Explanatio in Danielem,
25. Homiliæ XXVIII. in Jeremiam et Ezechielem e Græco Origenis Latine redditæ,
26. In Osee libri III.,
27. — Joelem liber,
28. — Amos libri III.,
29. — Abdiam liber,
30. — Micheam libri II.,
31. — Naum liber,
32. — Abacuc libri II.,
33. — Sophoniam liber,
34. — Aggæum liber,
35. — Zachariam libri III.,
36. — Malachiam liber,
37. — Mattheum libri IV.,
38. — Lucam homiliæ XXXIX. e Græco Origenis Latine conversæ.
39. In epistolam ad Galatas libri III.,
40. ———— Ephesios libri III.,
41. ———— Titum liber,
42. ———— Philemonem liber,
43. Chronicon Eusebii e Græco Latine redditum et continuatum ab ann. a Chr. n. 330. ad ann. 380.

Plura alia sunt opera, quæ Hieronymo perperam tribuuntur, quæque propterea ab editore Veronensi aut in Appendices primorum tomor. X., aut in tom. XI. rejecta sunt.

HIRT. (A. Hirtius) consul fuit ann. U. C. 711., eodemque obiit ex vulneribus in prœlio Mutinensi acceptis. *V.* HIRTIUS in ONOM.

Extant ejus

1. de bello Gallico liber VIII.,
2. ——— Alexandrino liber,
3. ——— Africano liber,
4. ——— Hispaniensi liber,

qui cum C. Julii Cæsaris operibus edi solent, de quibus vide a nobis allatam *Suetonii* auctoritatem ad AUCT.

5. Epistola ad *Cic.* post hujus epist. 6. lib. 15. *ad Att.*

HORAT. (Q. Horatius Flaccus) Venusiæ natus VI. Id. Dec. ann. U. C. 689., obiit V. Kal. Dec. ann. 746. Exquiliis. *V.* HORATIUS in ONOM.

Extant ejus

1. Odarum libri IV.,
2. Epodon liber,
3. Carmen sæculare,
4. Satyrarum libri II.,
5. Epistolarum libri II.,
6. De arte poetica epistola.

HOSID. (Hosidius Geta) poeta, cujus cento, *Medea* inscriptus, et versibus 461. constans ex Virgilio desumptis tragœdiam continet, cujus meminit *Tertull. de præscript.* 39., quique fortasse eidem coævus fuit. Hujusmodi carmen integrum primus protulit *P. Burmannus* in *Anthol. Lat.* T. 1. *p.* 149.-186. et adnotationibus illustravit.

HORTENSIUS (100).

HOSTIUS, poeta epicus Virgilio antiquior, cujus meminere *Macrobius* et *Servius*, cujusque versus attulere ex lib. I. et II. belli Histrici (101). *V.* loca ab his citata in ARQUITENENS, LIQUATUS, PILATUS et PILO in Lexico (102).

HYGIN. (C. Julius Hyginus) grammaticus, Augusti libertus, et Ovidio familiaris. Omnia ejus scripta periere; quæ nunc supersunt sub ejus nomine, videntur esse epitome ex ampliore illo et vetustiore mythographo, primis ævi Christiani sæculis consarcinata a recentiore aliquo grammatico. *V.* HYGINUS in ONOM.

Extant ejus

1. Fabulæ CCLXXVII. (*Alias alterius* C. Hygini *fabulas CCXXXV. ex Cod. Vaticano edidit* A. Maius *in* Classic. auct. T. 3. p. 1.-82., *quarum auctorem idem editor in quinto Christi sæculo collocandum jure meritoque putat. Ex ejus porro fabulis nova quædam sunt vocabula futuro Lexicographo colligenda, et in usus Latine scribentium evulganda.*),
2. Poeticon astronomicon libri IV.

HYGIN. GROMAT. (Hyginus) gromaticus, seu agrimensor publicus, vixit sub Trajano Aug., qui imperavit ab ann. a Chr. n. 98. ad ann. 117. *V.* HYGINUS in ONOM.

Extant ejus

1. De limitibus,
2. ———— constituendis,
3. — conditionibus agrorum,
4. Fragmentum agrarium de limitibus. (*Hæc quatuor opuscula edidit* Goesius *in* Auct. de re agrar. p. 150.-216.)
5. De castrorum metatione liber. (*Hoc opus, licet mutilum ad nos pervenerit, maximi tamen habendum est, tum quia rationem ponendorum castrorum, qua Romani uti soliti fuerant, valde illustrat, tum quia plura nova vocabula ad Lexicon locupletandum nobis suppeditavit, ex quibus nonnulla erant adhuc colligenda futuro Lexicographo, quoniam sero nimis animadvertimus, nullum operis hujus usum fuisse* Forcellino. *Porro in locis citandis utimur editione* Rob. Herm. Schelii, *qui Amstelodami ann.* 1660. 4.° *illud edidit, doctisque commentariis illustravit*).

## I

JAVOLEN. (Javolenus, *seu* Jabolenus Priscus) JCtus, vixit sub Trajano Aug. *V.* JABOLENUS in ONOM.

Extant ejus fragmenta passim in Digestis ex

1. Libris XV. ex Cassio,
2. —— XIV. epistolarum,
3. —— V. ad Plautium,
4. Libris X. ex posterioribus Labeonis.

INNOCENT. (Innocentius) agrimensor, cujus utpote sub Constantio Aug. viventis meminit *Ammian.* 19. 11.; at excerpta infra memorata ab imperito quodam consarcinata ex illius libro duodecimo videntur.

(96) C. Gracchus, Tiberii frater, quæstor fuit a. U. 627. et tribunus plebis a. 630. Eloquentia insignis fuit; his enim eum laudat *Cic. Brut.* 33. 126.: Eloquentia quidem nescio an habuisset C. Gracchus parem neminem. Grandis est verbis, sapiens sententiis, genere toto gravis: manus extrema non accessit operibus ejus, præclare inchoata multa, perfecta non plane. *V.* plura in ONOM. Plures habuit orationes, quarum fragmenta collegit *Henr. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 40.) *p.* 227.-240. Earum, quæ supersunt, hi sunt tituli:

1. Uti lex Papiria accipiatur,
2. Oratio de lege Penni et Peregrinis,
3. Contio ad populum,
4. Oratio apud censores,
5. 6. Orationes in P. Popillium Lænatem,
7. Oratio in Q. Ælium Tuberonem,
8. — qua legem Aufejam dissuasit,
9. — de legibus a se promulgatis,
10. — de lege Minucia,
11. Oratio in L. Metellum,
12. — in L. Pisonem,
13. — adversus Furium,
14. — in rogatione Cn. Marcii Censorini,
15. — in Mævium,
16. — pro se,
17. — in Plautium.

Accedunt incerta orationum fragmenta.

(97) *Gai Granii Liciniani Annalium quæ supersunt ex Codice ter scripto Musei Britannici Londinensis nunc primum edidit Karolus Aug. Frid. Pertz Phil. doct., Berolini* 1857. Horum Annalium, quorum libri XXXVI. ex fragmentis recensentur, auctorem fuisse G. Granium Licinianum satis validis argumentis confirmat idem clarissimus vir *Kar. A. Fr. Pertz*; eosdem vero Annales post Sallustii opus editos fuisse constat; neque vero recentiores esse, quam Titus Livius, statuendi sunt. Illud unum maxime optandum, ut his pauculis, quæ nunc supersunt, fragmentis, cetera quæ desiderantur in posterum accedant.

(98) Extant ejus et oratoria fragmenta, quæ collegit *Hen. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 40.) *p.* 372.-375.

(99) L. Cassius Hemina, nobilissimus vir, Censorino teste vixit ludis sæcularibus quartis Cn. Cornelio Lentulo et L. Mummio coss. a. U. 608., quo tempore Carthago et Corinthus deletæ sunt. Confecit Latine annales (hos alii dixerunt etiam historias), quibus res Romanas inde ab Urbis primordio usque ad sua tempora executus est. Vide plura apud *Aug. Krause* in opere super. cit. (*V.* notam n. 5.), ubi et ejus fragmenta exhibeatur *p.* 135.-166.

(100) Q. Hortensius natus a. U. 639., primum in foro dixit a. U. 658. novemdecim annos natus; diem obiit a. U. 703. Cum M. Tullio Cicerone eloquentiâ certavit; ideoque debemus sane dolere interitum orationum ejus, quarum nulla particula, præter pauculas voces apud *Charis.*, *Quintil.* et *Priscian.*, extat. Vide plura apud *Henr. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 40.) *p.* 354.-368., ubi et fragmenta exhibentur.

(101) quod patratum fuit a U. C. 577. a C. Claudio Pulcro cos., ut narrat *Liv.* 41. 1.

(102) De Hostio pluribus disseruit ejusque fragmenta collegit atque illustravi *M. Aug. Weichert* in opere super. cit. (*V.* notam n. 41.) *p.* 1.-48.

Extant ejus
1. Excerpta ex libro XII. de litteris, quibus signatæ casæ (*inter* Auctores rei agrariæ *a* Goesio *editos* p. 220.).

INSCRIPT. (103).

JORNANDES, Gothus natione, episcopus Ravennæ, scripsit ann. a Chr. n. 552.
Extant ejus
1. De rebus Geticis,
2. — regnor. ac temporum successione.

ISID. (Isidorus) episcopus Hispalensis in Hispania, natus ann. a Chr. n. 560. circiter, obiit vero ann. 636., grammaticus et theologus, antiquitatis et Latinæ linguæ studiosis maxime commendandus. Ejus operum editionem secuti sumus, quam *Faustin. Arevalus* Romæ ann. 1797.-1803. *T.* 7. 4.° omnium accuratissimam curavit. Inter opera *Isidori* præstant *Originum* seu *Etymologiarum* libri XX., quos sæpe *Forcellinus,* sæpissime nos ipsi citavimus in Lexico (104).
Extant ejus
1. Originum *seu* Etymologiarum libri XX.,
2. De differentiis verborum,
3. ——— rerum,
4. Allegoriæ ex Vet. et N. Testamento,
5. De ortu et obitu patrum, qui in Scriptura laudibus efferuntur,
6. Prooemia in Vet. et N. Testamentum,
7. De numeris, qui in ss. Scripturis occurrunt,
8. Quæstiones de Vet. et N. Testamento,
9. Expositiones mysticorum sacramentorum in Pentateuchum, in Josue, in librum Judicum, in libros IV. Regum, in Esdram, de Machabæis,
10. De fide Catholica ex Vet. et N. Testam. contra Judæos libri II.,
11. Sententiarum libri III.,
12. De ecclesiasticis officiis,
13. — origine ministrorum,
14. Synonymorum de lamentatione animæ peccatricis libri II.,
15. Regula monachorum,
16. Epistolæ XIII.,
17. De natura rerum,
18. Chronicon,
19. Historia de regibus Gothorum, Wandalorum, et Suevorum,
20. De viris illustribus liber,
21. Glossæ.

JULIAN. (Salvius Julianus) JCTUS, ordinator edicti perpetui, Insuber Mediolanensis, patruus M. Didii Severi Juliani Aug., floruit sub Hadriano, Antonino Pio, et M. Aurelio, consul ann. a Chr. n. 148., obiit circa ann. 167.
Extant ejus plurima in Digestis fragmenta ex
1. Libro singulari de ambiguitatibus,
2. ——— ad edictum,
3. Libris XCIV. Digestorum,
4. ——— VI. ad Minicium.

JUL. AFRICAN. (105).

JUL. AQUILA, JCtus incertæ ætatis.
Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. Libro responsorum.

JUL. CÆS. (C. Julius L. F. Cæsar Strabo, qui et Vopiscus et Sesquiculus) poeta tragicus, (106) Q. Catuli frater uterinus, a *Cic. Brut.* 48. laudatus.
Extant ejus fragmenta a *Festo* in *Prophetæ*, et ab *Isid.* 4. *Orig.* 12. allata.

JUL. EXSUPER. (Julius Exsuperantius) vixisse creditur ineunte quinto Christi sæculo, Claudio Rutilio Numatiano propinqua cognatione conjunctus, et Arelate, cum præses esset Galliarum, ann. a Chr. n. 424. tumultu militari interfectus. *V. Wernsdorf.* in *Poet. Lat. min. T.* 5. *P.* 1. *p.* 546. et *seqq.* Habetur etiam auctor opusculi sequentis ex Sallustii historiis nunc deperditis contracti.
Extat ejus
1. Opusculum de Marii, Lepidi, ac Sertorii bellis civilibus.

JUL. OBSEQ. (Julius Obsequens) incertæ ætatis auctor est, alii enim ad quartum Christi sæculum eum referunt, alii ad initium secundi, alii denique sub Vespasiano eum vixisse autumant, quod quidem ejus dictio sæpe elegans et Livium plerumque imitata comprobare videtur. Editionem sequimur *Franc. Oudendorpii* Lugd. Bat. ann. 1720. 8.°
Extat ejus
1. Prodigiorum libellus (*qui mutilus ad nos pervenit, priora enim LIV. capita sunt supplementa* Conr. Lycosthenis, *reliqua LXXVIII. sunt genuina, suppleta tamen hac illac ab eodem* Lycosthene: *in locis ejus citandis omnium capitum CXXXII. ratio habetur).*

JUL. RUFINIAN. (Julius Rufinianus) rhetor vixisse videtur sæculo Christi quarto sub Constantino M. Editionem sequimur *Claud. Capperonerii,* qui Argentorati ann. 1756. 4.° *Antiquos rhetores Lat.* edidit.
Extat ejus

(103) Inter doctissimos viros, qui plures *Inscriptiones* collegerunt atque illustrarunt, quique propterea in hoc Lexico sæpius citantur, sunt
*Avellino,* Osservazioni sopra un'epigrafe del R. Museo Borbonico etc., Napoli 1851.,
— , — sopra alcune iscrizioni e disegni graffiti sulle mura di Pompei, Napoli 1841.,
— , Opuscoli diversi, Napoli T. 1. 1826., T. 2. 1833.; T. 3. 1836.; quibus adde plures dissertationes in *Bollettino Napolitano* et in *Bollettino dell'Istituto Archeologico.*
*Borghesi Bart.,* Nuovi frammenti dei Fasti Consolari Capitolini, Milano 1818.
— — Adde innumeras pæne dissertationes, quæ continentur in *Atti dell'Accademia Pontificia Archeologica, Memorie dell'Accademia di Torino, Antologia Italiana, Annali dell'Istituto Archeologico, Saggiatore, Archivio storico italiano, Giornale Arcadico, Bollettino Archeologico, Bollettino Napolitano* etc.; denique plures ejusdem epistolas ad cl. v. J. Furlanetto missas, quæ mss. extant in Bibliotheca Seminarii Patavini.
*Cardinali Cl.,* Iscrizioni antiche Veliterne illustrate, Roma 1823.,
— —, Trecento iscrizioni illustrate, Bologna 1823.,
— —, Diplomi imperiali di privilegi accordati a militari, Velletri 1835.: quibus adde multas dissertationes in *Atti dell'Accademia Pontificia d'Archeologia* et in *Memorie d'antichità e di belle arti giornale di Roma.*
*Cavedoni,* Dichiarazione degli antichi marmi Modenesi, Modena 1828.,
— , Notizie e dichiarazione di un diploma militare, Modena 1832.,
— , Indicazione antiquaria del R. Museo Estense del Catajo, Modena 1844.; quibus adde alia multa ejusdem scripta, quæ in ephemeridibus extant.
*Denii Jo. Bapt.,* Inscriptiones antiquæ cum notis ed. A. F. Gorius, Florentiæ 1731.
*Fabretti Raph.,* Inscript. antiquarum, quæ in ædibus paternis asservantur, explicatio, Romæ 1702.
*Fea,* Miscellanea philologica, critica et antiquaria, Romæ 1790.
— , Frammenti di fasti consolari, Roma 1820.: alia ejusdem scripta continent *Bollettino dell'Istituto Archeologico* et *Atti dell'Accademia Pontificia d'Archeologia.*
*Furlanetto G.,* Le antiche lapidi del Museo d'Este, Padova 1837.,
— —, Le antiche lapidi Patavine, Padova 1847.
*Garrucci P. Raf.,* Antichità de'Liguri Bebiani, Napoli 1846.,
— — —, Monumenta reipubl. Ligurum Bæbianorum, Romæ 1848.,
— — —, Intorno ad alcune antiche iscrizioni di Salerno, Napoli 1851.,
— — —, Piombi antichi raccolti dal Card. Altieri etc., Roma 1850.,
— — —, Classis prætoriæ Misenensis etc. monumenta, Neapoli 1852.,
— — —, Tre sepolcri con pitture ed iscrizioni etc. Napoli 1852.; præterea passim in *Bollettino Napolitano.*
*Gorii Ant. Franc.,* Inscriptiones antiquæ in Etruriæ urbibus extantes, Florentiæ 1726.,
— — —, Descriptio columbarii libertorum et servorum Liviæ Aug. etc. in *Poleni* Thes. Antiqq.
— — —, Symbolæ litterariæ. Decas Florentina et Decas Romana, Florentiæ 1748.,
— — —, Lettere critiche sopra l'osservazioni del Lami, Lucca 1745.,
— — —, Xenia epigraphica ed. Walch. Jenæ 1755.
*Gruteri Jani,* Thesaurus inscriptionum ed. I. G. Grævio, Amstel. 1707.
*Gudii Marq.,* Antiquæ inscriptiones etc., Leovardiæ 1731.
*Henzen.* V. infra *Orell.*
*Kandler P.,* L'Istria, Trieste 1846.-51.
*Labus Gio.,* Intorno alcuni monumenti epigrafici cristiani scoperti in Milano etc., Milano 1814.,
— —, Intorno due antichi epitaffj acquistati dall'ab. Seb. Ciampi. Milano 1827.,
— —, Lettera a d. Pietro de Luma intorno a due iscrizioni Vellejate, ivi 1820.,
— —, Notizie intorno alla vita e agli scritti del P. G. M. Racagni, ivi 1822.,
— —, Intorno varii antichi monumenti scoperti in Brescia, Brescia 1823.,
— —, Di un'epigrafe latina scoperta in Egitto dal Belzoni etc., Milano 1826.,
— —, Lettera sopra una colonna letterata di Maguffano, Brescia 1812.,
— —, Epigrafe antica nuovamente scoperta in Padova, Milano 1819.,
— —, Ara antica scoperta in Haimburgo, Milano 1820.,
— —, Dissertazione epistolare intorno l'antico marmo di C. Giulio Ingenuo, Milano 1827.,
— —, Museo della R. Accademia di Mantova descritto ed illustrato, Mantova 1832.,
— —, Museo Bresciano illustrato. T. 1. 1844.,
— —, Marmi antichi Bresciani, cujus operis minorem edidit partem morte abreptus: alia ejusdem opuscula extant in *Memorie e giornale dell'I. R. Istituto Lombardo.*
*Lanza Fr.,* Antiche lapidi Salernitane, Spalato 1848 e Zara 1850.
*Maffei Scip.,* Museum Veronense, Veronæ 1749.,
— —, Verona illustrata, Verona 1731.
— —, Artis criticæ lapidariæ quæ extant, reperiuntur in *Donati* Supplemento ad Thesaur. *Murat.* T. 1.
— —, Galliæ antiquitates quædam selectæ, Veronæ 1734.,
— —, Osservazioni letterarie, Verona 1737.,
— —, Dittico Quiriniano, Verona 1734.,
— —, Tre lettere, Verona 1748.
*Marini Gaet.,* Iscrizioni antiche delle ville e de' palazzi Albani, Roma 1785.,
— —, Atti o monumenti de' fratelli Arvali, Roma 1795.
*Mommsen Th.,* Inscriptiones regni Neapolitani Latinæ, Lipsiæ 1852.
*Morcelli Steph. A.,* Operum epigraphicorum volumina quinque, Patavii 1819.,
— — —, Africa Christiana. Brixiæ 1817.,
— — —, Sull'Agone Capitolino, Milano 1816.
*Muratorii Lud. Ant.,* Novus Thesaurus veterum inscriptionum, Mediolani 1739.
*Norisii Henr.,* Cenotaphia Pisana, in Grævii Thesauro.
*Oliverii Hann. de Abb.,* Marmora Pisaurensia notis illustrata, Pisauri 1738.
*Orell. Jo. Casp.,* Inscriptionum Latinarum selectarum amplissima collectio etc. Turici 1828. vol. 2. — Volumen tertium Collectionis Orellianæ Supplementa Emendationesque exhibens edidit *Guilielmus Henzen,* Turici 1856.
*Reinesii Th.,* Syntagma Inscriptionum antiquarum, Lipsiæ 1682.
*Renier L.,* Inscriptions romaines de l'Algérie, Paris 1855. et seq.
*Sponii Jac.,* Miscellanea eruditæ antiquitatis, Lugduni 1685.,
— —, Recherches d'Antiquité, Lyon 1683.,
— —, Recherches des Antiquites de Lyon, Lyon 1673.,
— —, Voyage d'Italie etc., Lyon 1678.,
— —, Histoire de Genève, Genève 1730.
*Turre Phil.,* Monumenta veteris Antii etc., Romæ 1700.
*Vermiglioli Gio. B.,* Le antiche iscrizioni Perugine, Perugia 1805.
*Visconti Enn. Quir.,* Il Museo Pio Clementino illustrato, Milano 1820.,
— — —, Iconografia Romana e Greca, Milano 1819.,
— — —, Monumento degli Scipioni, Roma 1785.,
— — —, Monumenti Gabini della villa Pinciana, Roma 1797.

(104) *Etymologiarum libros* ab Isidoro conscriptos nuper edidit *Lindmannus* in opere super. cit. (*V.* notam n. 27.), quam editionem ipsi secuti sumus.

(105) Julii Africani oratoris, qui filius fuit Julii Africani e Santonis Gallica civitate a Tiberio damnati, ut *Tac.* 6. *Ann.* 7. narrat, unicum fragmentum habes apud *Henr. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 40.) *p.* 564.

(106) et orator, cujus fragmenta exhibet *Henr. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 40.) *p.* 60. De ipso consule, si vis, *Annali dell'Istituto Archeologico T.* 10. *p.* 252.; de poeticis vero ejusdem fragmentis V. *A. Mai.* in *Class. Auct. T.* 2. *p.* 512. *not.* 1. et *Annali* mox cit. *ibid.* in nota 3.

1. De figuris sententiarum et elocutionis liber (107).

**JUL. SEVERIAN.** (Julius Severianus) Africanus, rhetor, vixit ineunte sæculo Christi sexto. Editum est illius opus inter *Antiquos rhetores Lat.*

Extant ejus

1. Symptomata *sive* præcepta artis rhetoricæ.

**JUL. VALER.** (Julius Valerius) historicus, Afer natione, ethnicus religione, vixit extremo Christi sæculo quarto. Illius opus ex Cod. bibliothecæ Ambros. edidit primus *A. Majus* Mediolani ann. 1817. 8.° Ejusdem operis duas amplas lacunas, priorem in exordio libri primi, alteram post dimidium secundi expleri posse ex Cod. biblioth. Taurinensis idem cl. Auctor narrat ad *Virgil. interpretes vet.* a se editos *ibid.* ann. insequente *p.* XXXVIII.

Extant ejus

1. Res gestæ Alexandri M. (tribus libris comprehensæ).

**JUL. VICT.** (C. Julius Victor) rhetor, Gallus fortasse, floruisse videtur sæculo Christi quarto. Illius opus primus e Cod. Vatic. edidit Romæ ann. 1823. 8.° *A. Majus.*

Extat ejus

1. Ars rhetorica.

**JUNIUS GRACCHANUS** (108).

**JURIS CIV. ANTEJUST.** (Juris civilis antejustinianei reliquiæ ineditæ ex Cod. rescripto bibliothecæ Vatic., curante *A. Majo.* Romæ 1823. 8.° Harum Vaticanar. reliquiarum fragmenta sæpiuscule mentio fit in novis vocabulis in Lexicon a me suo loco positis: de genere vero operis, et tempore, quo conscriptum fuit, consulendus ipse cl. editor in ejus præfatione (109).

**JUSTINIAN. INSTITUT.** (Justiniani Institutiones). Postquam Justinianus I. Augustus Digestorum seu Pandectarum libros L. promulgandos curasset, ex variis antiquorum jurisconsultorum ac præcipue Caji institutionibus has suas institutiones in quatuor libros distributas ann. a Chr. n. 533. evulgavit, ita ut essent totius legitimæ scientiæ prima elementa, ut ipse ait in proœmio.

**JUSTIN.** (Justinus) historicus, videtur vixisse sub Antoninis (110). *V.* JUSTINUS in ONOM.

Extant ejus

1. Historiarum Philippicarum libri XLIV.

**JUVENAL.** (D. Junius Juvenalis) Aquinas, poeta satyricus, natus ann. a Chr. n. 42., satyram primam scripsit imperante Domitiano, plurimas sub Trajano, tertiam decimam et decimam quintam sub Hadriano, qui, ob septimam satyram in Paridem comœdum, jam octogenarium senem præfectura cohortis honoris specie decoratum in Ægyptum misit. *V.* JUVENALIS in ONOM. Editionem sæpe sequimur a *Nic. Lud. Achaintre* Parisiis ann. 1810. T. 2. 8.° curatam.

Extant ejus

1. Satyræ XVI.

**JUVENC.** (C. Vettius Aquilinus Juvencus) Hispanus, presbyter, poeta, vixit sub Constantino M., cujus et meminit in fine operis sui: in prologo est imitatus *Ovidium* in *præf. Metamorphoseon.* Scripsit itaque ante ann. a Chr. n. 337., quo Constantinus M. defunctus est. Perspicua satis et nativa utitur dictione. *V.* JUVENCUS in ONOM. Editionem sequimur Pisaurensem in *Collectione omnium poetarum* ann. 1766. T. 6. 4.°

Extant ejus

1. Historiæ Evangelicæ libri IV. (versibus hexametris exaratæ).

**JUVENT.** (P. Juventius Celsus) JCtus, clari ejusdem nominis JCti filius, qui adolescentis nomine in *Dig.* 12. 4. 4. et alibi a patre distinguitur. Fuit Hadriano Aug. a consiliis, et consul ann. a Chr. n. 129. In locis ejus citandis tum in Digestis, tum in Lexico *Celsus* appellatur.

Extant ejus in Digestis fragmenta ex

1. Digestorum libris XXXIX., 3. Epistolarum libris XI.,
2. Commentarior. libris VII., 4. Quæstionum libris XIX.


## K


**KALEND.** Kalendaria plura, Maffejorum nempe, Prænestinum, Farnesianum, Antiatinum, Polemii Silvii, et Constantii Aug. in Lexico quandoque citantur; quorum omnium in Latina lingua auctoritatem licet *Jul. Pontedera in Antiquit. Lat. Græcisque* epist. 46. tollere conatus sit, *Morcellus* tamen *de stilo inscript. Lat. T.* 1. *p.* 27. et 79. satis superque confirmavit: eadem porro, ut genuina, retulit et illustravit nuperrime *Jo. Casp. Orellius* in *Collect. inscript. Latin. T.* 2. *p.* 379.-413. Ex iis itaque *Forcellinus* nonnulla vocabula, nosque etiam plura in Lexicon admisimus, quædam adhuc imposterum erunt admittenda.


## L


**LABEO** (M. Antistius Labeo) JCtorum princeps habitus est sub Augusto, quo imperante vixit. *V.* LABEO in ONOM.

Extant ejus in Digestis plurima fragmenta ex

1. Πιϑανῶν, *h. e.* probabilium, libris VIII.,
2. ——————— a Paulo epitomatorum,
3. Posteriorum libris X.,
4. ———— a Javoleno epitomatorum,
5. ad edictum libro,
6. epistolarum libris,
7. prætoris peregrini libris XXX.,
8. ——— urbani libro.

**LABER.** (D. Laberius) eques Romanus, et mimographus, natus ann. U. C. 648. *V.* LABERIUS in ONOM.

Extant ejus apud plures veteres auctores fragmenta mimorum, quorum hi sunt tituli:

| | |
|---|---|
| 1. Alexandrea *seu* Alexandra, | 22. Gemelli, |
| 2. Anna Perenna, | 23. Hetæra, |
| 3. Aquæ calidæ, | 24. Imago, |
| 4. Aries, | 25. Lacus Avernus, |
| 5. Augur, | 26. Late loquentes, |
| 6. Aulularia, | 27. Marcus, |
| 7. Bellonistria (*forte scribendum* balaneutria), | 28. Natalis, |
| | 29. Necyomantia, |
| 8. Cacomnemon, | 30. Nuptiæ, |
| 9. Cæculi, | 31. Panilici, |
| 10. Cancer, | 32. Paupertas, |
| 11. Carcer, | 33. Piscator, |
| 12. Catularius *seu* Scylax, | 34. Restio, |
| 13. Centenarius, | 35. Salinator, |
| 14. Colax, | 36. Saturnalia, |
| 15. Colorator, | 37. Scriptura, |
| 16. Compitalia, | 38. Sedigitus, |
| 17. Cophinus, | 39. Sorores, |
| 18. Creontes, | 40. Staminariæ, |
| 19. Ephebus, | 41. Taurus, |
| 20. Fullo, | 42. Tusca, |
| 21. Galli, | 43. Virgo. |

**LABIENUS** (111).

**LACTANT.** (L. Cæcilius Firmianus Lactantius) scriptor sui temporis elegantissimus, videtur quibusdam obiisse Treviris ann. a Chr. n. 325. *V.* LACTANTIUS in ONOM.

Extant ejus

1. Institutionum divinar. libri VII. *seu* 1. De falsa religione,
2. — origine errorum,
3. — falsa sapientia,
4. — vera sapientia,
5. — justitia,
6. — vero cultu,
7. — vita beata.

2. De ira Dei,
3. — opificio Dei *seu* formatione hominis,
4. Epitome institutionum divinarum,
5. De mortibus persecutorum,
6. Carmen (elegiacum) de phœnice,
7. ——— de Paschate,
8. ———— Passione Domini. (*Prius ex his tribus carminibus* Lactantio *merito tribui statuit* Vernsdorfius *in* Poet. Lat. min. T. 3. p. 283.-293., *secundum vero et tertium illi abjudicat*, et Venantio Fortunato *tribuenda potius arbitratur*).

**LACTANT.** (Lactantius Placidus) grammaticus, vixit sexto Christi sæculo, quippe qui et Boethii mentionem facit. *V.* LACTANTIUS in ONOM.

Extant ejus

1. Scholia in Statii Thebaidem,
2. ———— Achilleidem. (*Hæc in utrumque Statii poema primum vulgata sunt simul cum operibus ejusdem poetæ Parisiis ann.* 1600. 4.°),
3. Narrationes fabularum, quæ in P. Ovidii Nasonis libris XV. Metamorphoseon occurrunt. (*Has narrationes edidit accurate* Augustus van Staveren *Lugd. Bat. ann.* 1742. 4.° *inter* Auctores mytograph. Latin. p. 787.-895.),
4. Fabulæ CCXXX. (*Has omnium primus e duobus Codd. Vatic. edidit* A. Majus, *in* T. 3. p. 83.-225. *et p.* 365.-374. Classic. Auct. *Romæ ann.* 1831. 8.°, *de quibus consule eumdem in* præf. p. VII.-X.),
5. Glossæ. (*Has itidem primus idem edidit ex quatuor Codd. Vatican. in eod.* T. 3. Classic. Auct. p. 427.-503., *de quibus consule ejusdem* præf. p. IX.).

**LÆLIUS** (C. Lælius Sapiens) (112).

**LÆVIUS** (113).

**LAMPRID.** (Ælius Lampridius) historicus, *Flavio Vopisco* anterior, vixit sub Diocletiano et Constantino M. Sunt qui putant, eumdem esse atque *Ælium Lampridium Spartianum*, ita ut *Lampridius* et *Spartianus* non duo diversi scriptores, sed unus idemque fuerint.

Extant ejus

1. Vita Commodi, 3. Vita Elagabali,
2. —— Antonini Diadumeni, 4. —— Alexandri Severi.


(107) Addenda sunt. 1. De schematis lexeos, et 2. De schematis dianœas.

(108) Junii Gracchani, qui Gracchorum temporibus vixit atque a C. Gracchi amicitia Gracchanus dictus est, historica fragmenta collegit *Aug. Krause* in opere super. cit. (*V.* notam n. 3.) *p.* 224.-228.

(109) *V.* notam n. 22.

(110) Vixit sub M. Aurelio, cui opus suum dicavit, ut probat *S. Croix Histoire Alex. p.* 117.

(111) De T. Labieno oratore vide *Henr. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 40.) *p.* 338.-340., ubi et fragmenta exhibentur.

(112) C. Lælius, in tribunatu *Sapiens* appellatus, P. Cornelii Scipionis Africani minoris familiaris admodum atque amicus, cujus nomine inscribitur *Ciceronis* liber *De amicitia,* consul fuit a. ab U. C. 606. Oratoria ejusdem fragmenta collegit *Meyer.* in opere sup. cit. (*V.* notam n. 40.) p. 204.-209.; atque hi sunt orationum tituli:

1. Oratio pro se apud populum,
2. — de collegiis,
3. Actiones pro publicanis,
4. Dissuasio legis Papiriæ,
5. Laudatio P. Africani minoris, Q. Tuberoni scripta,
6. Laudatio P. Africani minoris, Q. Fabio Maximo scripta.

(113) De Lævio poeta, qui ante Augusti principatum floruit, et Erotopægniam pluresque comœdias et tragœdias scripsit, disseruit ejusque fragmenta collegit atque illustravit *M. Aug. Weichert.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 41.) *p.* 19.-88.

LEG. XII. TAB. (Leges XII. tabularum). Regibus Roma pulsis ann. U. C. 244., Romanæ reipublicæ concordia minime diuturna fuit, cum inter patres plebemque ob legum instabilitatem frequentes seditiones essent. Itaque ann. 300., ut finis tandem certaminum fieret, placuit, ut tres legati Athenas mitterentur, qui inclytas Solonis leges describerent, aliarumque etiam Græciæ civitatum instituta, mores ac jura cognoscerent. Biennio post Romam cum Atticis legibus reversi sunt, et anno insequenti decemviri novis legibus scribendis creantur, translato a consulibus ad decemviros, ut antea a regibus ad consules, imperio. Tum legibus condendis opera datur, eodemque anno scriptæ decem tabularum leges, et in publicum propositæ sunt, ac prius coacto senatu, nemine patrum eas leges reprehendente, senatusconsultum de illis factum est, mox populo ad comitia centuriata convocato leges unanimi consensu comprobatæ, quæ deinceps plebiscito sancitæ, æreisque tabulis decem incisæ in fori loco maxime conspicuo dispositæ fuerunt. Vulgatus deinde rumor, quædam alicujus momenti in illis adhuc deesse, decemvirum iterum creandorum fecit desiderium. Sic ergo centuriatis comitiis decemviri in alterum annum confirmati reliquas leges, quæ videbantur omissæ, aeneis duabus tabulis scriptæ sunt, et juxta priores decem pro curia affixæ, ut absolutissimum populo Romano juris corpus exhiberent, quæ *leges XII. tabularum* appellantur.

E veteribus JCtis plures scripserunt ad has leges interpretandas, inter quos Sex. Ælius, L. Acilius, Ser. Sulpicius, Antistius Labeo; e recentioribus sat numero multi fuerunt, qui illorum fragmentis colligendis et illustrandis sedulam dederunt operam, quos inter eminet *Jac. Gothofredus;* ac deinceps *Io. Nic. Funccius*, qui Rintellii ann. 1744. 4.° edidit *leges XII. tabular.* suis, quotquot reperiri potuerunt, fragmentis restitutas et observationibus illustratas, quam editionem nos ipsi sequimur (114).

LENTUL. (P. Cornelius Lentulus Spinther) P. Cornelii Lentuli Spintheris consulis ann. U. C. 697. filius, augur, proquæstor Trebonii proconsulis in Asia, cujus post mortem ipse proprætoris nomen assumpsit.

Extant ejus

1. Epistolæ II. ad *Cic.* 12. *Fam.* 14. et 15.

LEPIDUS PORCINA (115).

LICENT. (Licentius) Tagastæ natus, et Augustini municeps, ejus amicitiam coluit, et doctrinam est admiratus. Multa scripsit, quæ perierunt.

Extat tantum ejus

1. Carmen ad Augustinum (*versibus hexametris constans, et anno a Chr. n.* 395. *exaratum*; *editum vero est a* Vernsdorf. *in* Poet. Lat. min. T. 4. p. 516.-544. *et adnotationibus locupletatum, ex quo quædam nova vocabula in Lexicon adduximus*).

LICIN. CALV. (116).

LICINIUS CRASSUS (117).

LICIN. MACER. (C. Licinius Macer) historicus Ciceroni coævus. Ejus fragmenta extant apud *Liv.*, *Macrob.*, *Priscian.* aliosque, atque inter *Historicorum fragmenta*, quæ Sallustii operibus subjunguntur, edi solent (118).

LIV. (T. Livius) Patavinus, historicus omnium clarissimus, natus ann. U. C. 695., mortuus, ut probabilius videtur, ann. 772. post Chr. n. 19. imperante Tiberio. *V.* LIVIUS in ONOM. Ejus historiarum libri integri habebantur ad initium sæculi a Chr. n. quinti, etenim *Symmachus*, qui vixit ultra ann. 401., ita scribit 4. *Ep.* 17. «Priscas Gallorum memorias deferri in manus tuas postulas; revolve Patavini scriptoris extrema, quibus res C. Cæsaris explicantur»: immo et *Sidonii Apollinaris* tempore, qui obiit circa ann. 484., ita enim ille 9. *Ep.* 14. «Si omittantur, quæ de titulis dictatoris invicti scripta Patavinis sunt voluminibus, etc.» In citandis *Livii* locis sæpissime utimur editione Bipontina ann. 1784.-1786. T. 11. 8.°

Extant ejus

1. Historiarum libri XXXV. (*Ex his XXXV. libris extant decem primi, qui origines Urbis historiarumque ad ann. U. C.* 460. *complectuntur: decem posteriores deperditi sunt: extant vero reliqui usque ad XLV., quibus historia ab initio belli Punici secundi, quod ann.* 536. *cœpit, ad ann.* 588. *perducitur.*),
2. Fragmentum libri XCI. (*Hujusmodi fragmentum ex Cod. palimpsesto Vaticano primus edidit* Paul. Jac. Brunsius *Hamburgi ann.* 1773. *fol.*, *eodemque anno* Franc. Cancellerius *cum* Vit. M. Giovenazzii *scholiis Romæ* 4.°, *nuper vero* B. G. Niebuhrius *eumd. Cod. retractans, ope artis chemicæ fragmentum illud plenius integriusque relegens Romæ iterum vulgavit ann.* 1820. 8.°, *et nonnullis etiam adnotationibus locupletavit*).

LIV. ANDRONIC. (Livius Andronicus) poeta tragicus et comicus, Tarenti natus. *V.* ANDRONICUS in ONOM. Utimur editione *Frid. Henr. Bothii*, inter *Poet. Lat. min.* Halberstadii ann. 1823.-1824. T. 2. 8.°

Extant fragmenta tragœdiarum ejus, quarum hi sunt tituli:

| | |
|---|---|
| 1. Achilles, | 11. Ino, |
| 2. Adonis, | 12. Laodamia, |
| 3. Ægistus, | 13. Protesilaus, |
| 4. Ajax, | 14. Tereus, |
| 5. Andromeda, | 15. Teucer. |
| 6. Antiopa, | Comœdiarum vero hi: |
| 7. Centaurii, | 1. Gladiolus, |
| 8. Equus Trojanus, | 2. Lydius, |
| 9. Helena, | 3. Virgo. |
| 10. Hermiona, | |

LUCAN. (M. Annæus Lucanus) poeta epicus, nepos ex fratre L. Senecæ philosophi, natus Cordubæ in Hispania ann. a Chr. n. 38., ex ordine equestri, obiit ann. 65. *V.* LUCANUS in ONOM. Editionem plerumque sequimur *Fr. Oudendorpii* Lugd. Batt. ann. 1728. 4.° et quandoque *Car. Frid. Weberi* Lipsiæ ann. 1821. T. 2. 8.°

Extant ejus

1. Pharsaliæ libri X. (119).

LONGUS (Velius Longus) grammaticus, a *Servio*, *Macrobio* et *Charisio* citatur; ejus commentarium de usu antiquæ locutionis commemorat *Gell.* 18. 9.: alium libellum *Charis.* apud *Putsch. p.* 73,: ex eodem apud *eumd. p.* 187. videtur in Lucretium quoque commentatus esse. Illius fragmenta commentarii in *Virgil. Æneid.* affert *A. Maius* in *Virgilii interpr. vet.* Mediolani ann. 1818. 8.°

Extat ejus

1. De orthographia liber, (*apud* Putsch. p. 2213.-2239., *unde etiam* Cassiodorius *sumpsit suum* cap. 2. *de orthographia*).

LUCCEJ. (L. Luccejus Q. F.) historicus sui temporis clarissimus, ad quem *Cic.* 5. *Fam.* 12. scripsit rogans, ut de rebus suis in consulatu gestis et de exsilio redituque singularem conficiat libellum.

Extat ejus

1. Epistola ad *Cic.* 5. *Fam.* 14. (120).

LUCIL. (C. Lucilius) poeta satyricus, natus Suessæ ann. U. C. 606., obiit ann. 650. *V.* LUCILIUS in ONOM.

Extant ejus satyrarum

1. Fragmenta librorum XXX. (*a* Franc. Dousa *collecta et edita Amstel. ann.* 1601. 8.°, *quam editionem sequimur*).

LUCRET. (T. Lucretius Carus) poeta didacticus, natus videtur ann. U. C. 659. *V.* LUCRETIUS in ONOM. Editionem sequimur *Dan. Parei* Francof. ann. 1631. 8.°

Extant ejus

1. De rerum natura libri VI.

LUSCUS T. ANNIUS (121).

LUTAT. (Q. Lutatius Catulus) poeta, Ciceroni coævus, cujus epigramma ipse refert 1. *Nat. D.* 28., aliud vero *Gell.* 19. 9.: utrumque autem edidit et illustravit *P. Burmannus* in *Anthol. Lat. T.* 1. p. 169.-170. (122).

LUTATIUS Q. (123).

LUXOR. (Luxorius) poeta, vixit in Africa sub Thrasimundo Vandalorum rege, qui regnavit ab ann. a Chr. n. 496. ad ann. 523.

Extant ejus

1. Epigrammata LXXXIV. (*Edita sunt in* Anthol. Lat. T. 2. p. 579.-623. Burm.: *aliud præterea ejusdem habetur* ibid. T. 2. p. 479.).

---

(114) Nos vero accuratiorem emendatioremque editionem secuti sumus a *Guil. Freund* curatam, quam addidit operi, cui titulus: *Wörterbuch der lateinischen Sprache*, Leipzig 1834.; de quo vide plura in præfatione hujus editionis.

(115) M. Æmilius Lepidus Porcina, consul a. U. C. 616., iisdem temporibus fere, quibus Galba, sed paullo minor natu, et summus orator est habitus et fuit. Ejusdem fragmentum ex *Priscian.* affertur ab *Henr. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 218.

(116) C. Licinius Calvus patre C. Licinio Macro natus a. U. 672., ultra quæsturam, quam Pighius in annum 697. ponit, non progressus est, ac præmatura morte abreptus videtur. Inter oratores recensetur a *Cic. Brut.* 82. 283. et *Quintil.* 10. 1. 115. *Henr. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 319.-328. ejusdem exhibet, quæ supersunt, orationum fragmenta, quarum hi sunt tituli:

| | |
|---|---|
| 1. Orationes in Vatinium, | 4. Oratio pro C. Catone, |
| 2. Oratio in Asitium, | 5. — in Drusum. |
| 3. — pro Messio, | |

Idem condidit et carmina amatoria, quarum reliquias collegit atque illustravit *M. Aug. Weichert,* qui et ejus vitam scripsit in opere super. cit. (*V.* notam n. 41.) *p.* 99.-146.

(117) L. Licinius Crassus natus a. U. 614., mortuus a. 662., præturam gessit a 654., consulatum vero a. 658. *V.* plura in ONOM. Diserte inter oratores laudatur a *Cic. Brut.* 38. et 44. Ejus orationum fragmenta collegit *Henr. Meyer.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 10.) p. 260.-273., quarum hi sunt tituli:

| | |
|---|---|
| 1. Oratio in C. Carbonem, | 9. Oratio in M. Coponium de hereditate Curii vel pro M. Curio, |
| 2. — pro Licinia virgine, | 10. — pro Cn. Planco contra M. Brutum, |
| 3. — de colonia Narbonensi, | 11. — pro Pisone, |
| 4. Suasio legis Serviliæ, | 12. — pro C. Aculeone, |
| 5. Oratio pro Q. Cæpione. | 13. et 14. pro Sergio Orata. |
| 6. — censoria contra Cn. Domitium, | Accedit incertum fragmentum. |
| 7. Concio in Memmium. | |
| 8. Oratio in L. Marcium Philippum, | |

(118) De C. Licinio Macro pluribus disseruit ejusque fragmenta omnia collegit *Aug. Krause* in opere super. cit. (*V.* notam n. 5.) *p.* 234.-243. Consule, si vis, et *M. Aug. Weichert* in opere super. cit. (*V.* notam n. 41.) *p.* 92. et seqq.

(119) Lucani aliquot versus ex libro VI. leguntur in Cod. palimpsesto Neapolitano. *V. Scotti, Memoria sopra Gargilio Marziale p.* 12.

(120) De L. Luccejo oratore agit *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 304.

(121) T. Annius Luscus, ann. 600. consul cum Q. Fulvio Nobiliore et censor cum eodem a. U. 617., non indisertus fuisse dicitur. Breve hujus fragmentum exhibet *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 307.

(122) De Q. Lutatio Catulo, qui consulatum petens anno 648. bis repulsus est, postea autem a. 652. cum C. Mario quartum hunc magistratum obtinuit, agit *Aug. Krause* in op. super. cit. (*V.* notam n. 5.) *p.* 232.-236.; quippe hic Lutatius, teste *Cic. Brut.* 35., librum de consulatu et de rebus gestis suis, conscriptum molli et Xenophonteo genere sermonis, misit ad A. Furium poetam, familiarem suum. Conscripsit etiam orationes, teste *Cic. l. c.*, a quo 2. *Orat.* 11. 44. memoratur præcipue *laudatio matris Popilliæ;* ideoque ejusdem Lutatii mentio fit etiam ab *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 248.-249. Denique ejus carminum fragmenta collegit etiam *Aug. Weichert.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 41.) *p.* 127. et seq.

(123) A superiore Q. Lutatio Catulo diversus, immo ejusdem pater putatur Q. Lutatius, quem *Varro* 5. *L. L.* 150. *Müll.* Gajo Ælio subjungit, cujusque historias laudant *Servius* ad *Virg.* 9. *Æn.* 710. et *Probus* ad *Virg.* 3. *G.* 280. Hujus fragmenta collegit *Aug. Krause* in op. super. cit. (*V.* notam n. 5.) *p.* 318.-320.

# M

MACER (Æmilius Macer) medicus. *V.* ÆMILIUS MACER in ONOM.
Extat ejus
1. De virtutibus herbarum liber.

MACER (Æmilius Macer) JCtus, vixit sub Alex. Severo, qui imperavit ab ann. a Chr. n. 222. ad ann. 235.
Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. libris II. de appellationibus,
2. ——— re militari,
3. ——— officio præsidis,
4. libris II. de publicis judiciis,
5. ——— ad legem vicesimam hæreditatium.

MACER historicus. *V.* LICIN. MACER.

MACROB. (Aurelius Macrobius Ambrosius Theodosius) floruit sub Theodosio II., qui imperavit ab ann. a Chr. n. 408. ad ann. 450. *V.* MACROBIUS in ONOM. (124).
Extant ejus
1. In Scipionis somnium a Cicerone descriptum commentarior. libri II.,
2. Saturnaliorum libri VII.,
3. De differentiis et societatibus Græci Latinique verbi.

MÆCEN. (C. Cilnius Mæcenas) amicus et consiliarius Augusti. *V.* MÆCENAS in ONOM. Præter ejus dicteria ibi citata, habes etiam epigrammata in *Anthol. Lat. T.* 1. *Burm. p.* 29., 412. et 596. et apud *Sueton.* in *Vit. Horatii* (125).

MÆCIAN. (L. Volusius Mæcianus) JCtus, floruit sub Antonino Pio, et M. Aurelio, qui imperarunt ab ann. a Chr. n. 138. ad ann. 180.
Extant ejus
1. De assis distributione libellus,
2. Fragmenta in Dig. ex libris XVI. fideicommissorum,
3. ——————— lege Rhodia,
4. ——————— libris XIV. publicorum,
5. ——————— libro quæstionum.

MAL. THEOD. (Flavius Mallius Theodorus) consul fuit ann. a Chr. n. 399.
Extat ejus
1. De metris libellus, (*editus Lugd. Bat. ann.* 1766. 8.°, *ex quo paucula quædam vocabula in Lexicon admisimus.*)

MAMERTIN. (Claudius Mamertinus) major, orator, natione Gallus.
Extant ejus
1. Panegiricus Maximiano Aug. (*Treviris dictus XII. Kal. Maj. ann. a Chr. n.* 292.)
2. ——— Genethliacus eidem. (*Videtur hic tempore præcedere superiorem, quia in eo Galerii et Constantii Cæsarum, qui hoc ann.* 292. *Cæsares sunt appellati, nulla fit mentio*).

MAMERTIN. (Claudius Mamertinus) junior videtur fuisse superioris filius, consul fuit ann. a Chr. n. 364. *V.* MAMERTINUS in ONOM.
Extat ejus
1. Panegyricus *seu* Gratiarum actio pro consulatu Juliano Aug.

MANIL. (M. Manilius) poeta et astrologus, Augusto imperante vixisse videtur. *V.* MANILIUS in ONOM.
Extant ejus
1. Astronomicon libri V.

MANILIUS T. (126).

MARCELL. (M. Claudius Marcellus) consul fuit ann. U. C. 703., inimicus Cæsari dictatori, qui tamen in senatu rogatus ei veniam dedit; hinc Cicero ex tempore eidem Cæsari, senatus nomine, gratias egit ea oratione, quæ *pro Marcello* dicitur: de quo beneficio *Marcellus* Ciceroni gratias agit in epist. ad *Cic.* 4. *Fam.* 11. Is autem, dum Romam rediret, a P. Magio Cilone familiari ejus pugione percussus paullo post obiit ex vulneribus, ut narrat *Ser. Sulpicius Rufus* ad *Cic.* 4. *Fam.* 12.
Extat ejus
1. Epistola ad *Cic.* 4. *Fam.* 11. (de qua supra diximus).

MARCELL. EMPIR. (Marcellus Empiricus) medicus Burdigalensis, archiater Theodosii I., vixit circa ann. a Chr. n. 380.
Extat ejus
1. De medicaminibus empiricis, physicis et rationalibus liber.

MARCELL. (Ulpius Marcellus) JCtus, floruit sub Antonino Pio, M. Aurelio, et Commodo, scilicet ab ann. a Chr. n. 138. ad ann. 192.
Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. libris XXXIX. digestorum,
2. —— VI. ad leges *seu* legem Juliam et Papiam,
3. libro de officio præsidis,
4. libris II. publicorum,
5. libro responsorum,
6. libris V. de officio consulis,
7. notis ad libros XLII. digestorum Juliani,
8. notis ad Pomponii librum regularum.

MARCIANUS (Ælius Marcianus) JCtus, floruit sub Caracalla, qui imperavit ab ann. a Chr. n. 211. ad ann. 217.
Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. libris II. de appellationibus,
2. —— XVI. institutionum,
3. —— V. regularum,
4. —— II. publicorum,
5. libro de delatoribus,
6. libro ad hypothecariam formulam,
7. —— ad SCtum. Turpillianum,
8. libris VII. digestorum,
9. notis ad librum II. de adulteriis Papiniani.

M. AUREL. (M. Aurelius Antoninus Aug.) natus Romæ ann. a Chr. n. 121. patre Annio Vero, adoptatus a T. Aurelio Antonino Pio ann. 138., cui defuncto successit ann. 161., obiit Vindobonæ ann. 180. Ejus vitam habes apud *Capitolinum*; plures vero epistolas ad M. Cornelium Frontonem magistrum suum puro quidem stilo, et sæpe Plautinis vocabulis ac humanitatis sale conditas edidit primus *A. Maius* inter opera *Frontonis* Mediolani primum ann. 1815., deinde numero auctas Romæ ann. 1823. 8.°, quas ibidem reperias insertas in *lib.* 1. *ad M. Cæs.* 1. 3. 5. 9. 10., *lib.* 2. ad *eumd.* 5. 6. 7. 9. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18., *lib.* 3. ad *eumd.* 2. 5. 7. 9. 12. 14. 17. 18. 19. 21., *lib.* 4. ad *eumd.* 2. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 13., *lib.* 5. ad *eumd* 2. 4. 5. 7. 8. 11. 13. 15. 16. 18. 21. 23. 24. 26. 28. 31. 32. 35. 36. 39. 41. 43. 45. 47. 49. 51. 53. 56. 57. 59., *lib.* 1. *ad. Antonin. Imp.* 1. 4., *lib.* 2. ad *eumd.* 1. 3. 4. 7. 11. 13., *ad. Verum* 2., *de fer. Alsiens.* 1. 4., *de nep. amisso* 1.

MAR. PLOT. (Marius Plotius) grammaticus, Romæ docuit quinto fortasse Christi sæculo.
Extat, apud *Putsch. p.* 2623.-2664., ejus
1. De metris liber.

MARSUS (Domitius Marsus) floruit sub Augusto, epigrammatum scriptor est habitus imprimis nobilis atque excellens. Extant ejus duo epigrammata, unum in fine carminum *Tibulli*, alterum a *Philargyrio* ad *Virg.* 3. *Ecl.* 90. allatum, utrumque autem legitur cum adnotationibus *P. Burmanni in Anthol. Lat. T.* 1. *p.* 416. et 436.: cetera periere, quorum tamen fragmenta collegit *Broukhusius* ad fin. carmin. *Tibulli. V.* MARSUS in ONOM. et *Charis.* 1. *p.* 55. *Putsch.*

MARTIAL. (M. Valerius Martialis) poeta epigrammaticus, Hispanus ex urbe Bilbili, nunc *Bilbao*, natus ann. a Chr. n. 40. circiter, Romæ vixit annis quinque et triginta, ut patet ex ejus *epigr.* 31. *lib.* 12.: unde in patriam reversus ann. 100., inde illuc misit suum duodecimum epigrammaton librum, et ann. 104. obiit. *V.* MARTIALIS in ONOM. In citandis auctoris locis utimur editione Bipontina ann. 1784. 8.° et quandoque etiam Parisiaca ann. 1825. T. 3. 8.°
Extant ejus
1. Epigrammaton libri XIV., (*quorum pœnultimo* xeniorum, *ultimo* apophoreton *titulum ipse auctor inscripsit*),
2. De spectaculis liber. (*Hic liber ex probabili conjectura videtur esse collectio carminum non ab uno* Martiale, *sed a variis poetis conscriptorum in spectacula a Tito et Domitiano edita*).

MASURIUS. *V.* SABINUS JCtus.

MATIUS (C. Matius) eques R., C. Julii Cæsaris et Augusti amicus. *V.* MATIANUS in ONOM.
Extat ejus
1. Epistola ad *Cic.* 11. *Fam.* 28.

MATTIUS (Cn. Mattius) poeta mimiambus, qui plerisque idem videtur esse ac superior.
Extant ejus fragmenta apud *Gell.* et *Macrob.*, quæ in unum collecta edidit *P. Burmannus* in *Anthol. Lat. T.* 1. *p.* 630. quæque quater citantur in Lexico.

MAURICIAN. (Junius Mauricianus) JCtus, floruit sub M. Aurelio Aug., qui imperavit ab ann. a Chr. n. 161. ad ann. 180.
Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. Libris VI. ad leges *seu* legem Juliam et Papiam,
2. libro II. de pœnis,
3. notis apud Julianum.

MAXIMIAN. (Cornelius Maximianus Gallus Etruscus) poeta elegiacus, qui perperam cum C. Cornelio Gallo a quibusdam confunditur, floruit circa finem quinti a Chr. n. sæculi, cujusque vitam habes apud *Wernsdorf.* in *Poet. Lat. min. T.* 6. *p.* 207.-247. *V.* GALLUS in ONOM.
Extant ejus
1. Elegiæ VI., (*quæ a* Vernsdorf. loc. cit. p. 269.-379. *editæ sunt et adnotationibus illustratæ, cujus editionem sequimur*).

MAXIMUS (Rutilius Maximus) JCtus, incertæ ætatis.
Extat in *Dig.* 30. 1. 125. unicum ejus fragmentum ex *lib.* ad legem Falcidiam.

MELA (Pomponius Mela) geographus. *V.* MELA in ONOM.
Extant ejus
1. De situ orbis libri III., (*quorum editionem Lipsiensem ann.* 1806.-1807. *T.* 4. 8.° *a* Car. Henr. Tzschuckio *curatam, et amplissimis commentariis locupletatam sequimur*).

MEMMIUS (127).

MENANDER (Arrius Menander) JCtus, Septimii Severi, et Caracallæ, qui imperarunt ab ann. a Chr. n. 193. ad ann. 217., consiliarius.
Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. libris IV. de re militari.

MESSALA CORVIN. (M. Valerius Messala Corvinus) natus a. U. C. 695., consul ann. 723., obiit ann. 757. Multa scripsit, quæ periere; eorumdem tamen fragmenta afferuntur a *Plin.*, *Sueton.*, *Gell.* aliisque (128). Extat vero sub


(124) Verum *A. Mai.* in *Class. Auct. T.* 1. *p.* VI. affirmat, illum Honorio imperante clarum fuisse.

(125) De Mæcenate inter recentiores disserit *Aug. Weichert* in op. super. cit. (*V.* notam n. 41.) *p.* 446.-458. Ex Mæcenatis fabula prætextata, cui titulus *Octavia*, fragmenta exhibet *Jo. H. Neukirch.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 4.) *p.* 90.-91. Mæcenatiana autem omnia nuper edidit Lion Albertus Gottingæ Typ. ex Huth 1846 in 8.°

(126) Titus Manilius, qui a *Cic. pro Rosc. com.* 14. et 15. commemoratur ætate grandis natu, natura sanctus et religiosus, copiis rei familiaris locuples et pecuniosus, inter historicos a *Vossio* recensetur; sed fragmentorum ratio talis est, ut non tam ad annales, quam ad librum antiquarium pertinere videantur. — Hæc collegit et illustravit *Aug. Krause* in op. super. cit. (*V.* notam n. 3.) *p.* 197.-198.

(127) C. Memmius, quæstor a U. 657., tribunus plebis a. 649., occisus est a. 655. consulatum petens. Orator fuit mediocris, accusator vero acer atque acerbus, teste *Cic. Brut.* 36. 136. Ejus fragmenta exhibet *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 252.-255. — Porro hic idem C. Memmius pater fuit Lucii Memmii, cujus filius Cajus memoratur a *Cic. Brut.* 70. 247. Oratoria hujus fragmenta exhibet id. *Henr. Meyer. p.* 293.-294.

(128) Oratoria Messalæ fragmenta collegit atque illustravit *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 326.-328.

ejus nomine unicus libellus, de quo mox mentio erit, qui sæpe editus est, sed communi eruditorum sententia est plane opus supposititium, et barbaræ Latinitatis tempore conscriptum. Plura tamen ex eodem loca attulit *Forcellinus* in Lexico, nempe in ALTILOQUIUM, CARCERO, COHABITO, COSMOGRAPHUS, EXSULATUS, GENEALOGIA, IMPETUOSE, PACIFICE, TRIFARIE, licet in ABSENTO dixerit, illum libellum esse auctoritatis omnino incertæ. Ipse etiam ejus deceptus exemplo alium locum citavi in *V.* BRENTESIA. Caveat igitur futurus Lexicographus, ne iis locis iterum adducendis fucum faciat Latinæ scribentibus. *Forcellinus* porro in locis citandis sequitur editionem Oxoniensem ann. 1703. 8.°: ipse vero secutus sum Bipontinam ann. 1789. 8.°, in qua legitur inter *Historiæ Rom. scriptores minores*.
Extat ejus
1. Ad Octavianum Augustum de progenie sua libellus.

METELLUS NUMIDICUS (129).

MINUC. (M. Minucius Felix) *V.* MINUCIUS in ONOM. Quamquam eruditorum plerique putent, hujus auctoris ætatem pertinere ad medium circiter Christi sæculum, tamen *Jac. Dan. van Hoven* in *Epist. hist. crit. de vera ætate* etc. *M. Minucii Felicis*, Campis edita ann. 1762. 4.°, illum M. Aurelio coævum fuisse conatur ostendere, ejusdemque est fere sententiæ *A. Maius* ad *Fronton. p.* XXXIII. not. (1) edit. Rom., ibi enim ait, Minucium Frontoni prope fuisse coætaneum, V. *eumd. ibid.* ad *p.* 86. not. (2).
Extat ejus dialogus, cui titulus est
1. Octavius.

MODESTIN. (Herennius Modestinus) JCtus. *V.* MODESTINUS in ONOM.
Extant plura ejus in Digestis fragmenta ex
1. libris IX. differentiarum,
2. —— VI. excusationum,
3. —— X. regularum,
4. —— XIX. responsorum,
5. —— XII. pandectarum,
6. —— IV. de pœnis,
7. libro de differentia dotis,
8. ——— enucleatis casibus,
9. libro de eurematicis,
10. ——— inofficioso testamento,
11. ——— legatis et fideicommissis,
12. ——— manumissionibus,
13. ——— præscriptionibus,
14. ——— ritu nuptiarum,
15. libris XXXI. ad Q. Mucium.

MODEST. (Modestus) vixit sub Tacito Aug., qui imperavit ann. a Chr. n. 275., cujus jussu scripsit, qui extat, librum
1. De vocabulis rei militaris, (*qui nullius esse debet in lingua Latina auctoritatis, cum putide scriptus sit, ideoque spurius habendus*) (130).

MONUMENT. ANCYR. (Monumentum Ancyranum) *V.* ANCYRANUS in ONOM. Porro hujusmodi monumentum, cujus aliquoties auctoritatem adduxit *Forcellinus*, ceteris accuratius a se inspectum, cum editis exemplis collatum et suppletum edidit *Ed. Chishullus* Britannus, notisque instruxit eruditis in *Antiquit. Asiat. p.* 170. et seqq., unde *Jer. Jac. Oberlinus* suæ adjecit *Taciti* editioni Lips. ann. 1801. 8.°, suisque etiam illustravit adnotationibus.

MUC. *V.* SCÆVOLA n. 2.

MUSA (Antonius Musa) medicus, qui sub Augusto vixit.
Extant ejus
1. De tuenda valetudine ad Mæcenatem libellus,
2. Compositiones medicæ. (*Hæc duo opuscula illi, licet perperam, tribuuntur, quæ edita sunt hoc titulo. « Antonii Musæ, qui Augusti Cæsaris medicus fuit, fragmenta quæ extant collegit* Florian. Caldani. *Bassani ann.* 1800. 8.°»).

MYTHOGRAPHI (131).

# N

NÆVIUS (Cn. Nævius) poeta tragicus et comicus. *V.* NÆVIUS in ONOM. Plerumque utimur tam in fragmentis tragœdiarum, quam comœdiarum editione *Frid. Henr. Bothii*, de qua *V.* in ACCIUS (132).
Extant ejus apud *Gell.*, *Non.*, *Priscian.* aliosque veteres auctores tragœdiarum fragmenta, quarum hi sunt tituli:
1. Alcestis,
2. Danae,
3. Equus Trojanus,
4. Hector,
5. Hesiona,
6. Iphigenia,
7. Licurgus,
8. Phœnissæ,
9. Protesilaus *seu* Laodamia.

Comœdiarum autem hi sunt tituli:
1. Acontizomenos,
2. Agido *seu rectius* Agaso,
3. Agitatoria,
4. Agryptiuntes,
5. Apella,
6. Assitogiola,
7. Carbonaria,
8. Clastidium (133),
9. Colax,
10. Corollaria,
11. Cosmetria,
12. Dementes,
13. Demetrius,
14. Diobolaria,
15. Erularia,
16. Figulus,
17. Glaucoma,
18. Gymnasticus,
19. Hariolus,
20. Lampadio,
21. Lupus,
22. Nautæ,
23. Pacilius,
24. Pellex,
25. Philemporos,
26. Projectus,
27. Pulli,
28. Quadrigemini,
29. Sanniones,
30. Stalagmus,
31. Stigmatias,
32. Tarentilla,
33. Testicularia,
34. Thermus,
35. Triphallus,
36. Tunicularia (134).

NAZAR. (Nazarius) Burdigalensis professor, ut patet ex *Auson. Profess.* 14. 9., qui ann. a Chr. n. 321. Romam missus, ut Constantino M. ob victoriam de Maxentio relatam gratularetur, ibidem orationem recitavit, quæ extat, cujusque titulus est
1. Panegyricus Constantino Aug.

NEMESIAN. (M. Aurelius Olympius Nemesianus) Carthaginiensis, poeta didacticus. *V.* NEMESIANUS in ONOM.
Quod *P. Burmannus* fecerat, ut dubitanter *Calpurnio* tribueret quatuor eclogas, quæ *Nemesiani* nomine habebantur, *Jo. Chr. Wernsdorfius* in *Poet. Lat. min. T.* 2. confidenter omnino præstitit: etenim, cum pluribus argumentis sententiam suam confirmasset, *Nemesiani* eclogas quatuor subjunxit illis *Calpurnii* eclogis septem, ut uno tenore eas numeraret. Hac itaque de controversia illum ibidem consulas, oportet. Quam porro *Forcellinus* divisionem secutus est, nobis retinendam proposuimus; at in hujus poetæ locis citandis utimur editione *Wernsdorfii*, qui eclogas in *T.* 2. *p.* 174.-214. et in *T.* 1. *p.* 81. 131., Cynegeticon, et duo fragmenta de aucupio suis adnotationibus illustrata edidit Altenburgi ann. 1780. 8.°
Extant itaque ejus
1. Eclogæ IV.,
2. Cynegeticon,
3. Fragmenta II. de aucupio.

NEP. (C. Cornelius Nepos) Hostiliæ, nunc *Ostiglia*, ad Padi ripas natus; Ciceronis, Catulli, et Attici amicus. *V.* NEPOS in ONOM. Editionem sequimur Lipsiensem *Boecleri.* ann. 1662. 12. et itidem Lipsiensem *Io. Chr. Frid. Werzelii* ann. 1822. T. 2. 8.°
Extant ejus
1. Vitæ excellentium (*Græciæ*) imperatorum XX. *h. e.*
1. Miltiadis Atheniensis,
2. Themistoclis Athen.,
3. Aristidis Athen.,
4. Pausaniæ Lacedæmonis,
5. Cimonis Athen.,
6. Lysandri Lacedæm.,
7. Alcibiadis Athen.,
8. Thrasybuli Athen.,
9. Cononis Athen.,
10. Dionis Syracusani,
11. Iphicratis Athen.,
12. Chabriæ Athen.,
13. Timothei Athen.,
14. Datamis Caris,
15. Epaminondæ Thebani,
16. Pelopidæ Theb.,
17. Agesilai Lacedæm.,
18. Eumenis Macedonis,
19. Phocionis Athen.,
20. Timoleontis Corinthii.
2. Vitæ regum *h. e.* Cyri, Darii, Xerxis, utriusque Artaxersis Persarum; Philippi et Alexandri Macedonum; Pyrrhi Epirensium; Dionysii Siculorum; Antigoni, Demetrii, Lysimachi, Seleuci Ptolemæi ex Alexandri M. amicis,
3. —— Hamilcaris, et Hannibalis Carthaginensium ducum,
4. Vita M. Porcii Catonis senioris,
5. —— T. Pomponii Attici,
6. Fragmenta.

NERAT. (Neratius Priscus) JCtus, consul suffectus, Trajano et Hadriano Augg. carus, qui imperarunt ab ann. a. Chr. n. 98. ad an. 138. *V.* NERATIUS in ONOM.
Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. Membranarum libris VII.,
2. Regularum libris XV.,
3. Responsorum libris III.,
4. Libris ex Plautio,
5. Epistolarum libro IV.

NIGID. (P. Nigidius Figulus) philosophus Pythagoricus. *V.* NIGIDIUS in ONOM.
Extant ejus
1. Fragmenta apud *Gell.*, et *Macrob.*

NON. (Nonius Marcellus) grammaticus. *V.* NONIUS in ONOM. (135).
Extant ejus
1. De proprietate sermonis Latini capita XIX.

NOVATIANUS (136).

NOV. (Q. Novius) poeta comicus. *V.* NOVIUS in ONOM.
Extant ejus comœdiarum fragmenta, quarum hi sunt tituli:
1. Agricola,
2. Andromacha,
3. Asinius,
4. Bubulcus cerdo,
5. Bucculo,
6. Colax,
7. Decuma *seu* Decumæ,
8. Depatici *forte* Hepatici,

(129) Q. Metellus Numidicus, L. Calvi F., consul a. U. 644., inter oratores recensetur a *Cic. Brut.* 35. 135. Ejus fragmenta collegit atque illustravit *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 249.-259.: orationum autem quæ supersunt tituli sunt hi:
1. Accusatio adversus Valerium Messalam,
2. Oratio ad populum contra C. Mamilium trib. pl.,
3. Oratio de triumpho suo,
4. —— ad populum de ducendis uxoribus.

(130) *Amedeus Peyron.* in *Notitia libror. a Valperga biblioth. Taurinens. donator.* Lipsiæ 1820. *p.* 85. putat, hujus operis auctorem esse Pomponium Lætum.

(131) Mythographi ab *A. Mai.* editi. *V.* LACTANTIUS PLACIDIUS.

(132) Cn. Nævius, Campanus, Ennio antiquior, mortuus anno 549., bellum Punicum primum, in quo stipendia fecerat, Saturniis versibus cecinit, teste *Gell.* 17. 21. Horum carminum fragmenta exhibet *Aug. Krause* in op. super. cit. (*V.* notam n. 5.) *p.* 54.-56. Præterea Nævii fragmenta una cum Ennii Annalibus nuper edita fuerunt Lipsiæ a. 1836.

(133) Ex hac togatâ tabernariâ fragmenta exhibet etiam *Jo. H. Neukirch.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 4.) *p.* 96.

(134) Ex *Romulo*, fabula togata prætextata, quæ in hoc Indice omissa fuera., quæque Cn. Nævio tribuitur, paucula fragmenta exhibet *Jo. H. Neukirch.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 4.) *p.* 71.-72.

(135) *V.* etiam *Orell.* ad *Cicer. opera T.* 4. *P.* II. *p.* 441.

(136) Novatianus, qui floruit medio circiter tertio sæculo, quique interdum citatur in Lexico, ut in v. MENSURNUS aliisque, editus est Venetiis a. 1767. in *Biblioth. Patrum T.* 3. *p.* 287.-323.
Extant ejus
1. De Trinitate liber,
2. De cibis Judaicis ep. ad Cyprianum.

9. Dotata,
10. Duo Dosseni,
11. Eculeus,
12. Erisaces *al.* Eurysaces,
13. Exodium,
14. Filonicus *seu* Philonicus,
15. Fellones feriati,
16. Funus,
17. Gallinaria,
18. Gemini,
19. Hetæra,
20. Lignaria,
21. Macci,
22. Maccus caupo *seu* copo,
23. Maccus exsul,
24. Malevolus,
25. Mania medica,
26. Milites Pometinenses,
27. Mortis et vitæ judicium,
28. Optio,
29. Pappus præteritus,
30. Parcus,
31. Paulus,
32. Pædium,
33. Phœnissæ,
34. Picus,
35. Præco posterior,
36. Quæstio,
37. Surdus,
38. Tabellaria,
39. Togularia,
40. Tripertita,
41. Vindemiatores,
42. Virgo prægnans,
43. Zona.

NOVELL. (Novellæ Constitutiones), quas Justinianus I. Augustus post Institutiones, Digesta et Codicem variis temporibus promulgavit, sunt numero CLXVIII.; his deinde accesserunt aliæ Justini II., Tiberii II., Leonis philosophi aliorumque.

## O

OBSEQUENS. *V.* JUL. OBSEQUENS.
OPPIUS (C. Oppius) *V.* HIRT.
OPTATIAN. (Optatianus Porphyrius) poeta Christianus, qui ad Constantinum M. vicennalia ann. a Chr. n. 326. celebrantem misit panegyricum carmine constantem varii generis per acrostichides et similes litterarum lusus minio distinctos. Cum eumdem scriberet, exsul erat; sed hoc opus conciliavit auctori suo revocationem ab exsilio.
Extat ejus
1. Panegyricus dictus Constantino Aug. (constans capitib. XXVI.).
OPTATUS Milevitanus episcopus in Numidia, imperantibus Valentiniano I. et Valente, insignis fuit auctoritate et fama, sed ejus stilus minime purus, ut Afrorum esse solet. *Forcellinus* in Indice auctorum usum se ait editione Parisiensi *Ellies Du Pin* ann. 1700. fol. Sed nusquam, quod sciam, in Lexico loca ejusdem citavit.
Extat ejus
1. De schismate Donatistarum libri IV.
OROS. (Paulus Orosius) Hispanus, Tarraconensis presbyter, historicus. *V.* OROSIUS in ONOM.
Extant ejus
1. Historiarum libri VII. (*ab orbe condito ad ann. a Chr. n.* 417.),
2. Apologeticon de arbitrii libertate,
3. Commonitorium ad Augustinum.
OVID. (P. Ovidius Naso) poeta celeberrimus. *V.* OVIDIUS in ONOM.
Extant ejus
1. Heroides, *h. e.* epist. XXI. *scil.*
1. Penelope Ulixi,
2. Phyllis Demophoonti,
3. Briseis Achilli,
4. Phædra Hippolyto,
5. Œnone Paridi,
6. Hypsipyle Iasoni,
7. Dido Æneæ,
8. Hermione Orestæ,
9. Deianira Herculi,
10. Ariadne Theseo,
11. Canace Macareo,
12. Medea Jasoni,
13. Laodamia Protesilao,
14. Hypermnestra Lynceo,
15. Sappho Phaoni,
16. Paris Helenæ,
17. Helena Paridi,
18. Leander Heroni,
19. Hero Leandro,
20. Acontius Cydippæ,
21. Cydippe Acontio.
2. Amorum libri III.,
3. Artis amatoriæ libri III.,
4. Remedia amoris,
5. Medicamina faciei,
6. Halieuticon (Wernsdorfius *in opere sæpius citato* T. 1. p. 144.-147. *multis argumentis istud carmen* Ovidio *abjudicat, illudque potius Veidio alicui, P. Veidii Pollionis liberto, tribuit. Idemque* ibid. p. 147. *alterum* Halieuticon, *quod* Hier. Columna *primus edidit ad* Ennii fragmenta p. 153., *supposititium omnino esse arbitratur*),
7. Nux,
8. Metamorphoseon libri XV.,
9. Fastorum libri VI.,
10. Tristium libri V.,
11. Epistolarum ex Ponto libri IV.,
12. Ibis,
13. Fragmenta ex *Quintil.*, *Martial.*, *Priscian.* aliisque.

## P

PACAT. (Latinus Drepanius Pacatus) Gallus natione, ex Aginno, nunc *Agen*, ut habet *Sidon.* 8. *Ep.* 11., professor Burdigalensis, et amicus Ausonii: ann. 391. Romæ Theodosio I. gratulationem habuit ob Magnum Maximum ab eo Kal. Sept. ann. 388. devictum apud Aquilejam, et interfectum.
Extat ejus
1. Panegyricus Theodosio Aug. dictus.
PACUV. (M. Pacuvius) Brundusinus, poeta tragicus et comicus celeberrimus. *V.* PACUVIUS in ONOM.
Extant ejus tragœdiarum et comœdiarum fragmenta apud *Cic.*, *Non.*, *Charis.* aliosque. Tragœdiarum hi sunt tituli:
1. Anchises,
2. Antiopa,
3. Armorum judicium,
4. Atalanta,
5. Chryses,
6. Dulorestes,
7. Hermiona,
8. Iliona,
9. Medus *al. Medea* (137),
10. Niptra,
11. Paulus (138),
12. Peribœa,
13. Pseudo,
14. Tantalus,
15. Tarentilla,
16. Teucer,
17. Thyestes.
Comœdiarum vero hi:
1. Mercator,
2. Tunicularia.
PALLAD. (Palladius Rutilius Taurus Æmilianus) vixit circa finem sæculi a Chr. n. quarti (139). *V.* PALLADIUS in ONOM.
Extant ejus
1. De re rustica libri XIII.,
2. — insitione liber (*elegiaco carmine scriptus*).
PAPINIAN. (L. Æmilius Paulus Papinianus) JCtus illustris, ex Phœnicia, nobili genere natus, obiit a Caracalla ann. a Chr. n. 212. securi percussus, quia ejus fratricidium apud senatum populumque excusare noluerat. *V.* PAPINIANUS in ONOM.
Extant ejus in Digestis plurima fragmenta ex
1. libro singulari de adulteriis,
2. libris II. de adulteriis,
3. μονοβίβλου,
4. libris II. definitionum,
5. —— XXXVII. quæstionum,
6. —— XIX. responsorum.
PAPIRIUS (Papirius Justus) JCtus, floruit post M. Aurelium Antoninum Aug.
Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. libris XX. constitutionum.
PAULIN. NOLAN. (Meropius Pontius Anicius Paulinus) Ebromagi, nunc *Embraus*, prope Burdigalam in Aquitania circa ann. a Chr. n. 353. natus ex gente patricia, consul fuit suffectus, deinde consularis Campaniæ, ann. 409. electus Nolæ episcopus, et ann. 431. ibidem obiit. *V.* PAULINUS in ONOM.
Extant ejus
1. Epistolæ XXXI.,
2. Poemata XL. (*Ex his priora XXXVIII. præter alios edidit* Muratorius *Veronæ ann.* 1736., *et* Pasqu. Amatius *in* Collect. Pisaur. T. 5. p. 258.-330., *quibus inserendi sunt versus quinquaginta duo vulgati a* Jo. Aloys. Mingarellio *in* Anecdotor. fascic. *Romæ ann.* 1756.: *duo vero postrema ex Cod. Vaticano iterum edidit* A. Majus in Classic. Auct. T. 5. p. 369., *cujus præfationem* ibid. *p. XLI. et seqq. consulas, oportet*).
PAULIN. PELL. (Paulinus Pellæus) Burdigalensis, sed Pellæ natus, ubi pater ejus præfecti vice fungebatur, Ausonii poetæ nepos, scripsit sequens carmen ann. a Chr. n. 456.
Extat ejus
1. Eucharisticon.
PAULIN. PETROCOR. (Benedictus Paulinus) ex Petrocorio, nunc *Perigueux*, in Gallia Aquitanica, et Petrocoriensis episcopus. *V.* PAULINUS in ONOM.
Extant ejus
1. De vita S. Martini libri VI.,
2. — visitatione nepotis sui,
3. Epigramma basilicæ S. Martini apud Turones inscriptum (*Hæc edidit* Pasqu. Amatius *in* Collect. Pisaur. T. 6. p. 6.-34., *cujus editionem sequimur*).
PAULUS (Julius Paulus) JCtus clarissimus, Tyrius ne patria fuerit, an Patavinus, an Romanus, incertum est. Vixit sub Septimio Severo, ejusque filio Caracalla, et Elagabalo, a quo in exilium missus, ab Alexandro Severo revocatus et præfectus prætorio nominatus fuit. *V.* PAULUS in ONOM.
Extant ejus
1. Receptarum sententiarum libri V.,
2. Fragmenta in Digestis plurima ex
1. libris III. de adulteriis,
2. —— XXIII. brevium,
3. —— II. de censibus,
4. —— III. de decretorum,
5. —— LXXX. ad edictum prætoris,
6. —— II. ad edictum ædilium curulium,
7. —— V. epitomarum,
8. —— III. fideicommissorum,
9. —— II. institutionum,
10. —— II. de jure fisci,
11. —— III. ad legem Æliam Sentiam,
12. —— II. ad legem Juniam,


(137) V. *Cic.* 2. *de republ.* 9. ibique *Mai.* adnotat., et *Müller.* ad *Varron. L. L. p.* 95.

(138) Ex *Pauli* fabulà prætextatà fragmenta exhibet etiam *Jo. H. Neukirch.* in opere super. cit. (*V.* notam n. 4.) *p.* 73.-75.

(139) Palladius Rutilius Taurus videtur Romanus fuisse, cujus, sub nomine Æmiliani, meminere *Cassiod. Divin. lect.* 28. et *Isid.* 17. *Orig.* 1. 4. et 10. 8. *Barpt.* vero *Borghesi* in *Dichiaraz. d' una lap. Gruter. p.* 57. putat, eumdem esse ac Taurum, qui a. post Chr. n. 354. quæstor fuit, et a Constantio in Armeniam missus est (*Ammian.* 14. 11. 14.); a. 355. fuit præf. prætorio in Italia, ut patet ex plurimis legibus in *Cod. Theod.* et *Justin.*; deinde a. 361. fuit consul ordinarius cum Flav. Florentio; qui quidem ambo, adventante ad Italiam Juliano, fugam capessivere (*Ammian.* 22. 3. 4.). Hinc factum est, ut Taurus Vercellis exulaverit, ubi opus de re rustica scripsit. Item librum *de insitione* misit Pasiphilo cuidam, qui cl. viro *Borghesi* videtur fuisse Fab. Fel. Pasiphilus Paulinus præf. Urbis a. 355. a mense majo (*Inscript.* apud *Gruter. p.* 274. *n.* 4.) ad mensem octobr. (*Ammian.* 16. 2. 15.); qui Pasiphilus fuit frater Fabiæ quæ nupsit Aconio Catulino cos. a. 349. Hæc omnia ingenioso admodum a *Borghesi* allata sunt: sed tamen in *Fastis consular.* Taurus semper *Flavius* nominatur, quod nomen *Palladio* numquam tribuitur. — Ceterum in citandis *Palladii* locis usi sumus editione omnium diligentissima, quam curavit *Schneid*..., Augustæ Taurinorum a. 1838. et seqq.

13. libris X. ad legem Juliam et Papiam,
14. —— III. manualium,
15. —— IV. ad Neratium,
16. —— II. de officio proconsulis,
17. —— XVIII. ad Plautium,
18. —— XXVI. quæstionum,
19. —— VII. regularum,
20. libro singulari regularum,
21. libris XXIII. responsorum,
22. —— XVI. ad Sabinum,
23. —— V. sententiarum,
24. —— IV. ad Vitellium Sabinum,
25. libro de actionibus,
26. ——— concurrentibus actionibus,
27. ——— adulteriis,
28. ——— appellationibus,
29. ——— articulis liberalis causæ,
30. ——— assignatione libertorum,
31. libris II. de censibus,
32. libro de cognitionibus,
33. ——— conceptione formularum,
34. ——— dotis repetitione,
35. ——— excusationib. tutelarum,
36. ——— tacito fideicommisso,
37. ——— forma testamenti,
38. ——— inofficioso testamento,
39. ——— instructo et instrumento,
40. ——— intercessionib. feminarum,
41. ——— publicis judiciis,
42. ——— septemviralib. judiciis,
43. ——— jure codicillorum,
44. ———— fisci,
45. ———— libellorum,
46. ———— patronatus,
47. ———— singulari,
48. ——— juris et facti ignorantia,
49. ——— ad legem Cinciam,
50. ————— Falcidiam,
51. ————— Fusiam Caninam,
52. —— de legitimis hæreditatibus,
53. ——— liberali causa,
54. ——— libertatibus dandis,
55. ——— officio adsessorum,
56. ———— consulis,
57. ———— præfecti vigilum,
58. ————— Urbi,
59. —— ad orationem D. Antonini et Commodi,
60. ————— D. Severi,
61. ————— D. Severi et Commodi,
62. —— de pœnis militum,
63. ———— omnium legum,
64. ———— paganorum,
65. ——— portionib., quæ liberis damnator. conceduntur,
66. —— ad regulam Catonianam,
67. —— de secundis tabulis,
68. ——— senatusconsultis,
69. —— ad S. C. Libonianum seu Claudianum,
70. ———— Orfitianum,
71. ———— Silanianum,
72. ———— Tertullianum,
73. ———— Turpilianum,
74. ———— Vellejanum,
75. —— de variis lectionibus,
76. ——— usuris,
77. notis ad librum IV. digestorum Juliani,
78. ———— VIII. digestor. ejusdem,
79. ——— Julianum,
80. ——— librum X. quæstionum Papiniani,
81. ———— XXXI. earumdem,
82. ———— V. responsorum ejusdem,
83. ——— Scævolam.

**PAUL. DIAC.** (Paulus Warnefridi F.) Aquilejensis diaconus. *V.* PAULUS in ONOM.
Extant ejus
1. Historiæ miscellæ libri XXII.,
2. De gestis Langobardorum libri VI. (140).

**PAULUS L. ÆMILIUS** (141).

**PELAGON.** (Pelagonius) scriptor veterinarius, vixit sæculo Christi quarto, atque ætate anterior est *Vegetio*, qui in suo *De re veterinaria* opere illius verba sæpe protulit, modo expresso, modo suppresso auctoris nomine.

Hujus scriptoris opus edidit primus ex Codice Richardensi *Cajetanus Cionius* Florentiæ ann. 1826. 8.° cum *Josephi Sarchiani* versione Italica: cujus αὐθεντίαν infirmare aggressus est *Hieronym. Molinus* eo libro, cui titulus: *Sopra la veterinaria di Pelagonio pubblicata in Firenze nel* 1826. *qual opera originalmente Latina*, *Padova* 1828. 8.°, in quo multis quidem et satis eruditis argumentis ostendere conatus est, opus illud Græce primum ab auctore suo scriptum, recentioribus deinde sæculis, post renovatum in Italia litterarum studium, ab ignoto quodam homine in Latinam linguam versum fuisse. Huic sententiæ refragatus est idem *Cajet. Cionius* duabus epistolis, in *Antolog. di Firenze n.* 78. *Giugno* 1827., et ibidem *n.* 93. *Settembre* 1828. editis. Cum itaque ea, quæ de hac controversia, utrum scilicet quæ extat *Pelagonii Veterinaria* Latina civitate donanda sit, nec ne, serius quidem quam opus fuerat, adversa valetudine impeditus attente perlegissem, tum demum propter fragmenta quædam *Pelagonii* in vetustissimo Cod. palimpsesto Bobiensi, qui nunc extat in bibliotheca Vindobonensi, reperta et edita, tum quia ipsa indoles elocutionis Latinæ, et quædam etiam voces Latinam probe, minime vero Græcanicam originationem ostentant, in eam sum deductus sententiam, ut *Pelagonii* opus genuinum Latinæ linguæ monumentum esse arbitrarer. Hinc ejusdem operis plurima loca, quæ nova Latina vocabula continebant, quæque alia itidem antea dubiæ auctoritatis confirmare possent, in posteriorem Lexici partem admisi. Quare arbitror, futuro Lexicographo confidenter omnino colligenda esse, interpretanda, et suis quæque locis Lexico Latino inserenda ea etiam vocabula a *Pelagonio* usurpata, et a me in prioribus alphabeti litteris prætermissa.

Extat ejus
1. Veterinaria.

**PENUS M. JUNIUS** (142).

**PERS.** (A. Persius Flaccus) Volaterranus, natus ann. a Chr. n. 34., defunctus ann. 62. *V.* PERSIUS in ONOM.
Extant ejus
1. Satyræ VI. (*hexametris versibus exaratæ, ut aliorum quoque poetarum satyricorum, quibus præmittitur prologus versibus XIV. Hipponacteis seu scazontibus constans*).

**PERVIGIL. VEN.** (Pervigilium Veneris) vetus poema, de quo *V.* PERVIGILIUM in ONOM.

**PETRON.** (T. Petronius Arbiter) vixit, scripsitque sub Claudio et Nerone, quod, præter *Cat. Jannellium in Dissert. III.* ad *Perottin. Cod.*, novis argumentis probat *Jo. Casp. Orellius* in *Collect. Inscript. Latin. n.* 1175. *V.* PETRONIUS in ONOM. In citandis hujus scriptoris locis utimur editione *P. Burmanni* Amstelodami ann. 1743. T. 2. 4.°
Extat ejus
1. Satyricon,
2. Fragmenta (*quæ in plerisque editionibus* Petronii Satyrico *subjungi solent*).

**PHÆDR.** (Phæder seu Phædrus) poeta elegantissimus. *V.* PHÆDRUS in ONOM.
Extant ejus
1. Fabularum libri V.

**PHILARGYR.** (Junius Philargyrius) scholiastes Virgilii, qui haud longe abfuisse videtur a *Servii* ætate.
Extant ejus
1. Scholia in bucolica et georgica Virgilii.

**PHOCAS,** grammaticus urbis Romæ, *Prisciano* et *Cassiodoro* antiquior.
Extant ejus
1. Ars seu de nomine et verbo (*apud* Putsch. p. 1683.-1687.),
2. De aspiratione (*apud* eumd. p. 1688.-1724.),
3. Epigramma (*in* Anthol. Lat. T. 1. p. 352. Burm).
4. Vita Virgilii (*versibus hexametris CVII. constans, quibus præmittitur prologus seu præfatio ex XXIV. sapphicis hendecasyllabis*: ibid. p. 361.

**PISO FRUGI** (143).

**PLAUT.** (M. Accius Plautus) poeta comicus, Sarsinas in Umbria natus ann. U. C. 527., obiit ann. 570. *V.* PLAUTUS in ONOM.
Extant ejus comœdiæ, quarum hi sunt tituli:
1. Amphitruo,
2. Asinaria,
3. Aulularia,
4. Bacchides,
5. Captivi,
6. Casina,
7. Cistellaria,
8. Curculio,
9. Epidicus,
10. Menæchmi,
11. Mercator,
12. Miles gloriosus,

(140) His addendi sunt libri XIX., quibus *Paulus Diaconus* in compendium redegit opus *Sexti Pompei Festi*, cui titulus *De verborum significatione*. *Forcellinus* veteres editiones secutus hæc omnia tribuit *Festo;* nos vero sua cuique, *Festo* scilicet et *Paulo*, tribuimus omnium optimam editionem secuti, quam curavit *Carolus Odofredus Müller*. Lipsiæ a. 1839. Aliquando et *Lindemanni* editionem consuluimus, quam continet *Corpus Grammaticorum*, de quo *V.* notam n. 48.

(141) L. Æmilius Paulus, Africani pater, cos. a. U. C. 571. et 585., et censor a. 589., teste *Cic. Brut.* 20. 80., personam principis civis facile dicendo tuebatur. Paucula hujus oratoris fragmenta collegit *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 5.) p. 201.-209.

(142) M. Junius Penus, de quo agit *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 225.-226., potius quam inter oratores, referendus est inter historicos. De ipso disserit ejusque fragmenta exhibet *Aug. Krause* in op. super. cit. (*V.* notam n. 5.) *p.* 221. et seqq.

(143) L. Calpurnius L. F. C. N. Piso Frugi, tribunus plebis legem primus de pecuniis repetundis Censorino et Manilio coss. tulit a. U. C. 605., administravit singulari fide rem monetariam, tenuit præturam, deinde consulatum cum P. Mucio Scævola a. 621.; censor fuit cum Q. Cæcilio Metello Balearico; homo antiquæ severitatis, summaque vitæ integritate atque innocentia, unde et cognomen Frugi retulit; causas egit, et multarum legum aut auctor aut dissuasor fuit, isque et orationes reliquit (quæ jam evanuerunt: V. *Henr. Meyer.* in op. super. cit. in nota n. 10. *p.* 225.) et annales sane exiliter scriptos, teste *Cic. Brut.* 27. Horum fragmenta collegit atque illustravit *Aug. Krause* in op. super. cit. (*V.* notam n. 5.) *p.* 139.-155., atque ibidem de hoc atque aliis Pisonibus disserit.

13. Mostellaria,
14. Persa,
15. Pœnulus,
16. Pseudolus,
17. Rudens,
18. Stichus,
19. Trinummus,
20. Truculentus.

Fragmenta deperditarum, quarum hi:
1. Ἄχαρι studium (144),
2. Agroicus,
3. Additus,
4. Artamon,
5. Astraba *seu* Clitellaria,
6. Bacchari,
7. Bis compressa *seu* Bœotia,
8. Calceolus,
9. Carbonaria,
10. Cæcus *seu* Prædones,
11. Colax,
12. Condalium,
13. Commorientes,
14. Cornicularia,
15. Dyscolus,
16. Feneratrix,
17. Fretum,
18. Frivolaria,
19. Fugitivi,
20. Gastron,
21. Hortulus,
22. Lenones *sive* Gemim,
23. Medicus,
24. Nervolaria,
25. Parasitus piger *sive* Lipargus,
26. Phagon,
27. Plocion,
28. Scytha liturgus (145),
29. Syrus,
30. Trigemini,
31. Vidularia.

Item alia fragmenta inedita tum earum, quæ extant, tum deperditarum edidit *A. Majus* ex Cod. palimpsesto bibliothecæ Ambros. Mediolani ann. 1815. 8.°; quæ novis curis illustrata iterum vulgavit *Frid. Osannus* Berolini ann. 1816. 8.° in *Analect. crit. p.* 205.-228. Horum fragmentorum aliquot in Lexico citantur.

PLIN. (C. Plinius Secundus) Comensis, natus ann. a Chr. n. 23. obiit ann. 79. *V.* PLINIUS in ONOM. In ejus locis citandis utimur editione *Jo. Harduini* Parisiis ann. 1723. T. 3. fol. (146).
Extant ejus
1. Historiæ naturalis libri XXXVII. (*quorum primus continet præfationem ad T. Vespasianum Cæsarem, et elenchon librorum sequentium*).

PLIN. (C. Plinius Cæcilius Secundus) Comi natus ann. a Chr. 62. obiit fortasse ann. 110. *V.* PLINIUS in ONOM. In ejus locis citandis utimur plerumque editione *Cortii* et *Longolii* Amstel. ann. 1734. 4.°
Extant ejus
1. Epistolarum libri X.,
2. Panegyricus Trajano Aug. dictus (147).

PLIN. VALERIAN. (148).

POLEM. (Polemius Silvius) episcopus Octodurensis, vixit sæculo Christi quinto (149).
Extat ejus
1. Kalendarium *seu* Laterculus (*qui singulis mensibus Christianorum et Gentilium* dies festos *commemorat. Hujus aliqua habita fuit in Lexico ratio*).

POLLIO. *V.* ASIN.

POMPEJUS grammaticus incertæ ætatis. Illius opera primus edidit *Frid. Lindemannus* Lipsiæ ann. 1820. 8.°, qua editione utimur in citandis in Lexico nonnullis novis vocabulis, ut in INCONSONANS.
Extant ejus
1. Commentum artis Donati,
2. Commentariolum in librum ejusdem de barbarismis et metaplasmis.

POMPEJUS (A. Pompejus Bithynicus) prætor Siciliæ, cum Cæsar in senatu trucidatus est Idib. Mart. ann. U. C. 710.
Extat ejus
1. Epistola ad *Cic.* 6. *Fam.* 16.

POMPEJUS (Cn. Pompejus Magnus) celeberrimus belli dux, post pugnam Pharsalicam a C. Iulio Cæsare devictam in Ægyptum ad Ptolemæum regem confugiens, ejusdem jussu est interfectus ann. U. C. 704.
Extant ejus
1. Epistolæ VII. (*inter Epist.* Cic. 8. Att. 6. *una*, *binæ* ibid. 11., *quatuor* ibid. 12.) (150).

POMPEJUS Q. NEPOS (151).

POMPONIUS (L. Pomponius) Bononiensis, comœdiarum Atellanarum scriptor, natus ann. U. C. 664. *V.* POMPONIUS in ONOM.
Extant ejus comœdiarum fragmenta, quarum hi sunt tituli:
1. Adelphi,
2. Æditumus,
3. Agamemnon suppositus,
4. Aleones,
5. Annulus posterior,
6. Asina *seu* Asinaria,
7. Atreus,
8. Auctoratus,
9. Augur,
10. Bucco adoptatus,
11. Calendæ Martiæ,
12. Campani,
13. Capella,
14. Citharista,
15. Collegium,
16. Concha,
17. Conditiones,
18. Cretula *seu* Petitor,
19. Decuma fullonis,
20. Dives,
21. Dotata,
22. Ergastulum,
23. Fullo,
24. Haruspex *seu* Præco rusticus,
25. Heres petitor,
26. Hirnea Pappi,
27. Lar familiaris,
28. Leno,
29. Macci gemini,
30. Maccus,
31. Maccus miles,
32. Maccus sequester,
33. Mævia,
Marsupium *V.* Vacca,
34. Medicus,
35. Munda,
36. Nuptiæ,
37. Pannuceati,
38. Pappus agricola,
39. Pappus præteritus,
40. Patruus,
Petitor. *V.* Cretula,
41. Philosophia,
42. Pictores,
43. Piscatores,
44. Pistor,
45. Placenta,
46. Portus,
Præco rusticus. *V.* Haruspex,
47. Præco posterior,
48. Præfectus morum,
49. Prostibulum,
50. Pytho Gorgonius,
51. Quinquatria,
52. Rusticus,
53. Sarcularia,
54. Sponsa Pappi,
55. Togati,
56. Vacca *seu* Marsupium,
57. Verniones,
58. Verres ægrotus.

POMPONIUS (Sex. Pomponius) JCtus. *V.* POMPONIUS in ONOM.
Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. libris II. enchiridii,
2. —— XX. epistolarum,
3. —— V. fideicommissorum,
4. —— II. lectionum ad Q. Mucium,
5. —— VII. ad Plautium,
6. libro regularum,
7. libris XXXVI. ad Sabinum,
8. —— V. senatus consultorum,
9. —— XLI. variarum lectionum,
10. —— V. digestorum,
11. —— LXXIX. ad edictum,
12. —— VIII. de stipulationibus.

PORCIUS (M. Porcius Latro) declamator, obiit ann. U. C. 750.
Extant ejus
1. Declamatio in L. Sergium Catilinam,
2. ———— M. Tullium Ciceronem (*quæ falso a quibusdam* Sallustio *tribuitur*),
3. ———— C. Sallustium Crispum (*quæ itidem falso a nonnullis* Ciceroni *adjudicatur*).

PORPHYRIO (Pomponius Porphyrio) scholiastes Horatii, incertæ admodum ætatis (152).
Extant ejus
1. Scholia in Horatium.

PORPHYR. OPTAT. *V.* OPTATIAN.

POSTUMUS (A. Postumius Albinus) historicus, qui consul fuit ann. U. C. 603. (153).
Extant ejus, apud *Gell.* 11, 8., *Macrob.* 2. *Saturn.* 16., et *Servium* ad *Virg.* 9. *Æn.* 710., fragmenta
1. Historiarum libri I.
2. De adventu Æneæ libri.

PRIAPEJ. (Priapeja) seu diversorum poetarum veterum in Priapum lusus. Hujusmodi vocatur collectio epigrammatum LXXXVII., quæ, ut censent plerique eruditi, *Catullo*, *Tibullo*, *Ovidio*, *Martiali*, *Petronio* aliisque etiam poetis sequioris ætatis tribuenda sunt. In citandis locis utimur editione *P. Burmanni*, qui ea epigrammata edidit et illustravit in *Anthol. Lat. T.* 2. Amstelod. ann. 1773. 4.° *p.* 478.-573.

PRISCIAN. (Priscianus) patria Romanus a plerisque habetur, sed quia Cæsareæ Palæstinæ litteris est institutus, et diutissime versatus est, Cæsareensis dicitur. Ceterum Justiniani I. Aug., qui ab ann. a Chr. n. 527. ad ann. 565. imperavit, temporibus vixisse, testis est *Cassiodorius*, qui in inscriptione *Orthogr.* c. 12. illum suo tempore Constantinopoli grammaticæ doctorem fuisse affirmat. Docuit enim ibidem in aula imperatoris publico stipendio conductus. *V.* PRISCIANUS in ONOM.
Extant ejus
1. Commentariorum grammaticorum libri XVIII.,
2. De XII. versibus Æneidis principalibus liber,
3. — accentibus,
4. — figuris numerorum, et de nummis, vel ponderibus,
5. — metris comicis, seu Terentii, aliorumque comicorum,
6. — præexercitamentis rhetoricæ ex Hermogene,
7. — declinatione nominum. (*Hæc opera grammaticalia edita sunt a* Putschio *inter* Grammaticos veteres *sæpius citatos, cujus editionem sequimur*),


(144) Vel *Acharistio*, ut habet *Non. p.* 157. *Merc.*

(145) Corrige *Sitellitergus.*

(146) Nos vero secuti sumus omnium optimam *Plinii* editionem, quam curavit *Julius Sillig* Gothæ 1855., ex eaque non modo librorum, capitum et sectionum, verum etiam paragraphorum numeros lectorum commoditati citavimus. In ea accedunt etiam plurium librorum fragmenta e palimpsesto Veronensi nuperrime in lucem prolata.

(147) Causas quoque plures egit, ut probavit *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 566.-571.

(148) Plinius Valerianus, medicus empiricus, scripsit libros quinque de re medica, quos quidam olim Plinio Secundo perperam tribuerunt. Floruisse eum ante Constantini Magni tempora sunt qui putant; sed *Jo. Hadr. Saxius* rectius censet, ignotum hujus operis auctorem multo posterius eam doctrinarum medicarum farraginem a *Plinio* majore et a pluribus infimæ ætatis scriptoribus consarcinasse. *Forcellinus* usus fuisse videtur editione Aldina a. 1547. Ceterum V. *Justum Gothofr. Günz de auctore operis de re medica vulgo* Plinio Valeriano *adscripti*, Lipsiæ 1856., et *Rezzonico Disq. Plin. T.* 1. *p.* 75.

(149) Hoc est a. 448. V. *Morcell. Kalendar. Constantin. p.* 5. *not.* 3.

(150) De Cn. Pompeji Magni oratoriis fragmentis agit *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 507.-508.

(151) Q. Pompejus Nepos, consul a. U. 613., non contemptus orator fuit temporibus suis, qui summos honores, homo per se cognitus, sine ulla commendatione majorum est adeptus. Ejus fragmentum extat apud *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 210.

(152) *Scholia Horatiana quæ feruntur Acronis et Porphyrionis post Georgium Fabricium nunc primum emendatiora edidit Franciscus Pauly Phil. Doct. Gymnasii Acad. Pragensis Professor.* Pragæ a. 1858.

(153) De A. Postumio Albino pluribus disserit, ejusque fragmenta collegit atque illustravit *Aug. Krauss* in op. super. cit. (*V.* notam n. 5.) *p.* 127.-130.

8. Periegesis ex Dionysio,
9. De ponderibus et mensuris (quod opus alii *Rhemn. Palæmoni* tribuunt),
10. Phænomena *sive* de sideribus. (*Hæc tria carmina hexametris versibus exarata omnium accuratissime edidit* Jo. Chr. Wernsdorfius *in* Poet. Lat. min. T. 5. P. 1. p. 262.-522. *Ceterum carmen* de ponderibus et mensuris *plerique* Q. Rhemnio Fannio Palæmoni, ut diximus, *tribuunt, quos contra disputat idem* Wernsdorfius ibid. p. 235.-238.).

PRISCIAN. THEOD. (Priscianus Theodorus), qui perperam *Q. Octavius Horatianus* a quibusdam est appellatus, et hoc nomine aliquoties in Lexico citatus, medicus archiater, floruit sub Gratiano et Valentiniano II., quorum ille ann. a Chr. n. 367., hic ann. 375. imperare cœpit. In locis citandis ex libris *de medicina* utimur editione Aldina Venetiis ann. 1547. fol.; in libro vero *de diæta*, qua usus fuerit *Forcellinus* editione, prorsus ignoro. *V.* PRISCIANUS in ONOM.
Extant ejus
1. De medicina libri IV.,
2. — diæta *seu* de rebus salubribus liber.

PROBUS ÆMIL. *V.* ÆMILIUS PROBUS.

PROBUS (M. Valerius Probus) grammaticus. Plures fuerunt hoc nomine grammatici, quorum mentio est apud *Sueton. Gramm.* 24., *Gell.* 1. 15. et alibi, et *Macrob.* 5. *Saturn.* 22., quique variis temporibus vixerunt (154); unus ex his fuit ille, cujus
Extant, apud *Putsch. p.* 1385.-1543.,
1. Grammaticarum institutionum libri II.,
2. De notis Romanorum interpretandis libellus. (*Hæc duo opera edita sunt a* Putsch. p. cit.),
3. Commentaria in Virgilii Bucolica et Georgica. (*Hæc autem in pluribus Virgilii editionibus leguntur*).

PROCULUS JCTUS. Alii putant, fuisse illum *Licinium Proculum*, qui præfectus prætorio fuit sub Othone Aug., alii *Sempronium Proculum*, qui posteriore tempore vixit. Illud certissimum est, tantæ illum fuisse auctoritatis, ut Labeonis primum asseclæ, deinde Proculi ab eodem Proculejanorum nomen sibi adsciverint, *V.* PROCULUS in ONOM.
Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. Libris XI. epistolarum,
2. —— III. ex posterioribus Labeonis,
3. Notis apud Labeonem.

PROPERT. (Sex. Aurelius Propertius) satis probabiliter natus fuisse videtur ann. U. C. 702. Mevaniæ, seu, secundum alios, Hispelli in Umbria, Italiæ regione, obiisse autem creditur ann. 743. *V.* PROPERTIUS in ONOM. In citandis hujus poetæ locis utimur editione, qua usus est etiam *Forcellinus*, nempe Amstelodamensi ann. 1727. 4.° a *Jan. Broukhusio* curata, quam secuti sunt *Burmannus* et Bipontini editores. In hac porro ordo elegiarum alius omnino est ab eo, quem secuti sunt *Barthius*, et *Chr. Theoph. Kuinoelus* in sua editione Lipsiensi ann. 1805. T. 2. 8.°, cujus tamen lectiones et interpretationes nonnumquam sequimur, quoties scilicet rectius, quam alii editores et interpretes, textum constituisse et explicasse nobis visus est.
Extant ejus
1. Elegiarum libri IV.

PROSPER AQUIT. (Prosper Tiro) Aquitanicus, floruit circa ann. a Chr. n. 440., et ann. 463 obiisse videtur.
Extant ejus
1. Epigrammata CVI. ex sententiis D. Augustini,
2. ———— II. in obtrectatorem ejusdem,
3. Carmen de ingratis contra Pelagianos,
4. ——— ad uxorem,
5. Epitaphium Nestorianæ et Pelagianæ hæreseos. (*In citandis aliquot hujus scriptoris locis sequimur editionem* Pasqu. Amatii, *qui ea poemata vulgavit in sua* Collectione Pisaur. omn. Poet. Latin. T. 5. p. 363.-388.).

PRUDENT. (M. Aurelius Clemens Prudentius) qui Calagurritanus fuisse videtur, natus est ann. a Chr. n. 348.; quo vero anno et ubinam obierit, incertum. *V.* PRUDENTIUS in ONOM. In ejus locis citandis utimur omnium optima editione *Faustini Arevalo* Romæ ann. 1788. 1789. T. 2. 4.°
Extant ejus
1. Cathemerinon liber XII. hymnis constans,
2. Apotheosis,
3. Hamartigenia,
4. Psychomachia,
5. Diptychon libri II.,
6. Adversus Symmachum libri II.,
7. De coronis *seu* περὶ στεφάνων, hymni XIV.
  1. In honorem Ss. Hermetis et Celedonii,
  2. ——— S. Laurentii,
  3. ——— S. Eulaliæ,
  4. ——— XVIII. martyrum Cæsaraugustanorum,
  5. ——— S. Vincentii,
  6. ——— Ss. Fructuosi, Augurii et Eulogii,
  7. ——— S. Quirini,
  8. de loco, in quo martyres passi sunt, nunc baptisterium est,
  9. passio S. Cassiani,
  10. —— S. Romani,
  11. —— S. Hyppoliti,
  12. passio Ss. apostolorum Petri et Pauli,
  13. —— S. Cypriani,
  14. —— S. Agnetis.
  Epilogus.

PSEUDO-ASCON. *V.* ASCONIUS.

PSEUDO-PINDARUS. Hoc nomine videtur appellandus auctor carminis, quod in editionibus modo *Homerus de bello Trojano*, modo *Homeri opus per Pindarum Thebanum*, modo *Epitome Iliados Homeri Pindaro Thebano auctore* dicitur. Constat millibus septuaginta quinque versibus hexametris, non inelegantibus, et in quibus quædam sunt nova vocabula futuro Lexicographo colligenda atque interpretanda. Illius auctor ignotus quidem est, sed *Wernsdorfius*, qui illud edidit et illustravit in *Poet. Lat. min. T.* 4. *p.* 617. 752., haud improbabili conjectura putat, tribuendum esse *Rufo Festo Avieno*, qui aliis jam editis operibus inclaruit: ipse tamen editor huic carmini titulum fecit: *Incerti auctoris Epitome Iliados Homeri*; cujus operis auctor non Iliados quidem Græcæ textum, quod contraheret, respexit; sed antiquiorem ejus versionem Latinam, neque eam sinceram, neque Homericis ubique respondentem, sed interpolatam sententiis et fabulis aliorum poetarum, et præcipue ad Virgilii imitationem accommodatis, ante oculos habuisse putandus est.

P. SYR. Publius mimographus, Syrus natione. *V.* PUBLIUS in ONOM.
Extant ejus
1. Mimi *seu* sententiæ. (*In hujus auctoris locis citandis utimur omnium optima editione Lipsiæ ann.* 1822. 8.° *a* Jo. Conr. Orellio *curata, qui ibidem ann.* 1824. 8.° *edidit* Supplementum editionis Lipsiensis novissimæ sententiarum Publii Syri et D. Laberii.).

## Q

QUADRIGAR. *V.* CLAUD. QUADRIGAR.

QUINTIL. (M. Fabius Quintilianus) rhetor clarissimus, qui primus Romæ publice docuit (155): consul fuit suffectus sub Domitiano, natus ann. a Chr. n. 42., vixit ad multam ætatem, mortuus enim est post ann. a Chr. n. 118. *V.* QUINTILIANUS in ONOM. In locis citandis usus est *Forcellinus* editione *P. Burmanni* Lugd. Bat. ann. 1720. T. 4. 4.°, nos vero in multis editionem consuluimus *G. Lud. Spaldingii* Lips. ann. 1798.-1816. T. 4. 8.°
Extant ejus
1. De institutione oratoria libri XII. (156),
2. Declamationes majores XIX.,
3. Excerpta ex declamationibus XV.,
4. Declamationes minores CXLV. (*De declamationibus majoribus earumdemque excerptis, atque item de minoribus V.* QUINTILIANUS *in* ONOM. *In his citandis habita est ratio declamation.* CCCLXXXVIII., *quarum tamen priores* CCXLIII. *periere.*).
5. Declamatio pro tribuno Mariano contra militem. (*Hæc declamatio, ex qua aliquot loca citat in* Lexico Forcellinus, *merito spuria illi videtur, aliisque item criticis, et a rhetore quopiam infimæ Latinitatis tempore conscripta.*).

## R

RABIR. (C. Rabirius) poeta epicus, cujus meminere *Ovid.* 4. *Pont.* 16. 5., *Vellej.* 2. 36., *Quintil.* 10. 1. § 90. et *Fulgent. de prisc. serm. n.* 58. Illius poema de bello Actiaco Octaviani adversus Antonium videtur laudare *Senec.* 6. *Benef.* 3., cujus etiam hemistichium affert. Ad eumdem vero pertinere putant plerique recentiores eruditi fragmentum LXII. hexametris constans, in *Papyris Herculanensibus T.* 2. editum Neapoli primum ann. 1809. et a *Nic. Ciampittio* suppletum et illustratum; tum iterum editum novisque conjecturis integritati suæ restitutum a *Jo. Theoph. Kreyssigio* Schneebergæ ann. 1814. 4.° Quamvis nullum ex hoc fragmento novum vocabulum Lexico addere liceat, ultimus tamen ejus versus propter sententiæ gravitatem et dictionis elegantiam mihi videtur hic adducendus:
*Consiliis nox apta ducum, lux aptior armis* (157).

REPOSIAN. (Reposianus) poeta non optimæ quidem, sed sequioris et ignotæ ætatis, cujus exstat *Epithalamium* inscriptum *Concubitus Martis et Veneris* CLXXXII. hexametris constans, ac sententiis amœnioribus et poetico colore pulcre satis exornatum. Ejus loca aliquot in Lexico adduximus ex editione *Jo. Christ. Wernsdorfii*, qui in *Poet. Lat. min. T.* 4. *p.* 319.-345. illud ann. 1785. Altemburgi edidit atque illustravit.

RHEMN. PALÆM. (Q. Remnius Palæmon, Vicetinus, grammaticus). *V.* PALÆMON in ONOM. Ejus vitam habes apud *Sueton. Gramm.* 23., atque eidem tribuuntur opera, de quibus mox.
Extant ejus
1. Ars grammatica. (*apud* Putsch. p. 1365.-1386.).
2. Carmen de ponderibus et mensuris. (*quod plerique rectius* Prisciano *adscribendum putant* (158).

RUFINIAN. *V.* AQUILA, et notam n. 25.

RUFIN. (Licinius Rufinus) JCtus, qui *Paulo* et *Ulpiano* coævus fuit.
Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. libris XII. regularum.

(154) *Labus* ad *Morcelli, Sullo scrivere degli ant. Romani p.* 41. putat, hunc *Probum* Neronis temporibus vixisse. Ceterum *Probi* opus sub nomine *Grammatici Vaticani* editum est ab *A. Mai.* in *Class. Auct. T.* 5. *p.* 155.-328., deque ipso agitur *ibid. p.* XXXIV.-XLI. *V.* et opus *Probi De nominibus impositivis* in *Auct. Lat. Ling.* ed. *Gothofrid. p.* 1393.

(155) Causas etiam tractavit, ut habetur apud *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) p. 366.

(156) Nuperrime ex *Spaldingiana* editione librorum et capitum numeris paragraphorum quoque numeros lectorum commoditati addidimus.

(157) Cf. *Cæs.* 5. *B. G.* 53. Galliæ civitates nocturna in locis desertis concilia habebant. — Ceterum de *Rabirio* V. *Wernsdorf. Poet. Lat. min. T.* 5. *p.* XIX. et seq., et *Epicuri fragm.* a *Jo. Casp. Orell.* edita a. 1816.

(158) Vide hujus carminis editionem ab *Aloys. Angeloni* curatam Paris. 1811., et consule *Wernsdorf. Poet. Lat. min. T.* 4. *p.* 442. edit. Paris.

**RUFIN.** (Rufinus) Antiochensis, poeta, grammaticus et rhetor, qui extremo sæculo Christi quinto vixisse creditur.
Extant ejus
1. Epigramma de Pasiphae. (*in* Antholog. Lat. T. 1. p. 663. Burm.).
2. ———— amore. (ibid. p. 542.).
3. In metra Terentiana. (*apud* Putsch. p. 2705.-2708.).
4. De metris comicis Terentii, Plauti et aliorum. (*apud* eund. p. 2709.-2724.).
5. — compositione et metris oratorum. (*inter* Antiq. rhetores Lat. *a* Claud. Capperonerio *editos* p. 346.-357.).

**RUFIN.** (Tyrannius Rufinus) Concordiensis natus circa ann. 330. post Chr. n. obiit ann. 408. V. *Funccium T.* 5. *p.* 796.-807., et *Schoell Histoire abrégée de la Litterature Romaine, Paris* 1815. *T.* 4. *p.* 68.
Extant ejus
1. Eusebii Chronicon, sive Historia Ecclesiastica,
2. Vitæ patrum, sive Historia eremitica,
3. Expositio Symboli Apostolici,
4. *Invectiv. in Hieronym.* lib. 2. (*V.* VETERULUS in Lexico),
5. D. Basilii, D. Gregorii Nazianzeni, Origenis, Evagrii aliorumque opera plura e Græco in Latinum versa.

**RUFUS CORN.** (Cornelius Rufus) poeta lyricus, Ovidio antiquior aut suppar, Pindarica carmina Latine vertit. Ejus meminit *Ovid.* 4. *Pont.* 16. 28., fragmentaque affert *Apulej. gramm.* edente *A. Maio p.* 127.

**RUFUS RUTIL.** (159).

**RUFUS.** *V.* SEX. RUF.

**RUTIL.** (Claudius Rutilius Numatianus) natione Gallus. *V.* RUTILIUS in ONOM.
Extat ejus
1. Itinerarium. (*Hoc opus versibus elegiacis scriptum et in duos libros divisum est, quod omnium accuratissime edidit et adnotationibus illustravit* Jo. Christ. Wernsdorfius *in* Poet. Lat. min. T. 5. P. 1. *p.* 77.-202., *qua editione in citandis ejus locis utimur.*).

**RUTIL. LUP.** (P. Rutilius Lupus) rhetor et orator. *V.* RUTILIUS in ONOM.; ubi in loc. cit. *Martialis* legendum est *Tutilium*, non *Rutilium*, ut probat *Spaldingius* ad *Quintil. T.* 1. *p.* 437.
Extat ejus
1. De figuris sententiarum et elocutionum libri II. (*inter* Antiq. rhetores Lat. *a* Cl. Capperonerio *editos* p. 1.-14.).

**RUTILIUS.** *V.* MAXIMUS JCtus.

## S

**SABINUS** (A. Sabinus) poeta elegiacus, et Ovidio coævus, qui illius meminit 2. *Amor.* 18. 27. et 4. *Pont.* 16. 13.-16., ex quo postremo loco illud etiam novimus, *Sabinum* præmortuum *Ovidio* fuisse, et reliquisse opus imperfectum *de fastis*, de quibus postea cecinit ipse *Ovidius. V.* SABINUS in ONOM.
Extant ejus
1. Elegiæ III. tribus *Ovidii* epistolis, quæ Heroides appellantur, respondentes, nimirum
1. Ulixes Penelopæ,
2. Demophoon Phyllidi,
3. Paris Œnonæ.

**SABINUS** (Masurius Sabinus) JCtus sub Tiberio. *V.* MASSURIUS (rectius scribendus videtur MASURIUS) et MASURIANUS et SABINIANUS in ONOM.
Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. libris III. Juris civilis,
2. libro memorialium,
3. —— II. responsorum,
4. libris ad Vitellium.

**SALEJUS** (Salejus Bassus) poeta, Lucani amicus, qui sub Claudio, Nerone et Vespasiano vixit. Ejus meminere *Quintil.* 10. 1. § 90., *Auct. dial. de orat.* 5. et 9., *Juvenal.* 7. 81., aliique. Plures eruditi eidem tribuunt *Carmen ad Pisonem, h. e. L.* Calpurnium Pisonem, qui in Neronem conspirationis reus occisus est. *Jo. Christ. Wernsdorfius* id præcipue probare aggressus est multis firmisque argumentis in *Poet. Lat. min. T.* 4. *p.* 36.-48., atque ipsum carmen ibidem edidit et illustravit *p.* 236.-282. cum hoc titulo: *Saleji Bassi ad Calpurnium Pisonem poemation Lucano vulgo adscriptum.*
Ejus itaque extat
1. Carmen ad Pisonem.

**SALLUST.** (C. Sallustius Crispus) historicus celeberrimus, natus Amiterni in Sabinis ex familia plebeja ann. U. C. 668., obiit ann. 719. (160). *V.* CRISPUS in ONOM. In citandis ejus locis utitur *Forcellinus* editione *Josephi Wassii* Cantabrigiæ ann. 1710. T. 2. 4.°; in quibusdam tamen nos sequimur editionem *Car. Henr. Frotscheri Lips.* 1825. T. 2. 8.°
Extant ejus
1. De bello Catilinario *seu* de conjuratione Catilinæ.
2. ——— Jugurthino.
3. Fragmenta historiarum librorum V. (*In his fragmentis colligendis plurimi editores operam suam navarunt; nos sæpe sequimur editionem Lipsiensem jam supra cit.* Frotscheri. *Hic vero non incongruum videtur, lectores monere fragmentum ex* lib. 3. historiar., *quod ad Spartaci bellum servile pertinet, jam ann.* 1580. *Antuerpiæ inter Sallustianas reliquias a* Jano Dousa *prius editum, deinceps ab aliis repetitum, tandem* A. Maium *illud ex archetypo Cod. palimpsesto Vaticano, ære excusum, a pluribus ridiculisque mendis, quibus antea scatebat, emendatum, notisque criticis locupletatum, eruditis legendum proposuisse in* Classic. auct. T. 1. p. 416.-420. *Romæ ann.* 1828.).
4. Epistolæ II. ad C. Cæsarem de republica ordinanda. (*Hæ a plerisque criticis* Sallustio *abjudicantur.*).
5. Declamatio in M. Tullium Ciceronem. (*Hæc* Porcio Latroni, *aut alii cuipiam declamatori tribuenda videtur.*).

**SALVIAN.** (Salvianus) Coloniæ ne Agrippinæ, an Treviris natus fuerit, ambigitur, presbyter Massiliensis, obiit Massiliæ ann. a Chr. n. 496. ætate annorum circiter centum. Ejus pauca quædam loca citat *Forcellinus*, nos plura alia in Lexicon admisimus, editione usi *Steph. Baluzii* Parisiis ann. 1684. 8.°
Extant ejus
1. De gubernatione Dei libri VIII.,
2. Adversus avaros libri IV.,
3. Epistolæ IX.

**SATURNIN.** (Q. Claudius Saturninus) JCtus, incertæ ætatis.
Extat ejus in Digestis fragmentum unicum ex
1. libro singulari de pœnis paganorum.

**SCÆVOLA.** (Q. Cervidius Scævola) JCtus, sub. M. Aurelio Aug. *V.* SCÆVOLA in ONOM.
Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. libris XL. Digestorum,
2. notis ad librum XXII. digestorum Juliani,
3. ———— VII. eorumdem,
4. libro de quæstione familiæ,
5. libris XX. quæstionum,
6. libro quæstionum publicarum,
7. libris IV. regularum,
8. libris VI. responsorum,
9. libro ὁρῶν,
10. notis ad Marcellum.

**SCÆVOLA** (Q. Mucius Scævola) JCtus. *V.* SCÆVOLA in ONOM. Hic in Digestis sæpius *Mucius Scævola* appellatus, aliquando tantummodo *Scævola*, ut etiam in ONOM.
Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. libro singulari ὁρῶν,
2. libro singulari II. Juris civilis.

**SCAURUS M. ÆMIL.** (161).

**SCAURUS** (C. Terentius Scaurus) grammaticus. *V.* TERENTIUS Scaurus in ONOM.
Extant ejus
1. De orthographia liber. (*apud* Putsch. p. 2249.-2264.).
2. Fragmenta commentariorum in *Virgilii* Æneidem. (*Ex Cod. palimpsesto Veronensi duo eruit fragmenta et cum aliis veterum grammaticorum edidit* A. Maius *inter* Virgilii Maronis interpretes veteres, *Mediolani ann.* 1818. 8.°, *unde patet,* Chr. Gottl. Heynium *immerito dixisse ad* Virgil. T. 1. p. CCL. *ed. Lips. ann.* 1803. «*Terentius Scaurus, clarissimus grammaticus, quo jure inter commentatores Virgilii referatur, non invenio.*»).

**SCHOLIAST.** Scholiastæ in hoc Indice a cl. *Furlanetto* prorsus omissi sunt, quamvis et plures et sæpe in Lexico citentur. Quoniam vero longum esset de singulis disserere, præsertim cum de cujusque nomine atque ætate ambigatur, hic satis erit præcipuos enumerare; qui sunt
1. Scholiast. ad *Ciceronis* Orationes, qui *A. Maio* in *præf. T.* 2. *p.* XI. aut *Caper*, aut *Volcatius* esse videtur. Hujusmodi vero Scholia, quæ et *Bobiensia* sive *Ambrosiana et Vaticana* appellantur, cum integris adnotationibus *A. Maii* in editione Romana, iterum atque emendatius edidit *Jo. Casp. Orellius*, Turici 1833., eisque *Scholiastam Gronovianum* addidit,
2. ———— ad *Germanici* Aratea Phænomena,
3. ———————— Prognostica,
4. ———— ad *Horatium*, qui et *Commentator Cruquii* appellatur,
5. ———— ad *Juvenal.*,
6. ———— ad *Lucan.*, qui *Vacca* cognominatus videtur,
7. ———— ad *Statium*.

**SCIPIO P. CORNEL.** Africanus minor (162).

(159) Rutilius Rufus, Sp. F., Sisennæ æqualis, patre prætorio, quæstor fuit a. 633., tribunus plebis cum C. Flavio Fimbria a. 639, prætor a. 645, consul cum C. Mallio Maximo a. 649. Notus est autem vitæ probitate et calamitate animique constantia et magnitudine, quam præ ceteris prædicat *Seneca*. Scripsit plures libros de vita sua et historias, quorum operum fragmenta, præmissa dissertatione, collegit *Aug. Krause* in op. super. cit. (*V.* notam n. 3.) *p.* 227.-231. Teste Cic. *Brut.* 30. 114. scripsit etiam orationes, at jejunas, quarum fragmenta exhibet *Henr. Meyer.* in op super. cit. (*V.* notam n. 10.) p. 245.-246.; quarumque superstites tituli sunt:
1. Oratio de modo ædificiorum,
2. Oratio pro L. Cæsucio ad populum,
3. Actiones contra M. Æmilium Scaurum,
4. Pro se contra publicanos.

(160) Cf. *Barpt. Borghesi Dec. num.* 9. *oss.* 10. *p.* 46. pro a. 719. habet a. 718.

(161) M. Æmilius Scaurus, quæstor a. 637., ædilis a. 634., prætor a. 636., consul a. 639. cum M. Cæcilio Q. f. Metello iterumque consul suffectus L. Cassio Longino a. 647., Galliam provinciam rexit, domuit Ligures et Santiscos de iisque triumphavit. A *Cic. Muren.* 17. dicitur homo gravissimus, civis egregius, fortissimusque senator. Scripsit, quod sciamus, primus omnium de vita sua tres libros, eosque misit ad L. Fufidium veteris frugalitatis hominem: horum fragmenta, præmissa dissertatione, collegit *Aug. Krause* in op. super. cit. (*V.* notam n. 3.) *p.* 223.-227. Scripsit et orationes, quarum fragmenta exhibet *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 240.-243., quarumque superstites tituli sunt:
1. Actiones contra Q. Cæpionem,
2. De pecuniis repetundis contra M. Brutum,
3. Pro se contra Q. Varium trib. pl.

(162) P. Cornelius Scipio Africanus minor, Lælii Sapientis familiaris, orationes reliquit, quarum fragmenta collegit atque illustravit *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 210.-216.; et quarum hi sunt tituli:
1. Orationes contra Ti. Claudium Asellum,
2. Oratio ad populum de moribus,
3. ——— adversus Sulpicium Gallum,
4. ——— de imperio D. Bruti,
5. ——— postquam ex Asia rediit
6. Oratio pro æde Castoris,
7. ——— contra legem (agrariam C.) Gracchi,
8. Dissuasio legis Papiriæ,
9. Oratio in L. Cottam.

SCRIBONIUS CURIO (163).

SCRIBON. (Scribonius Largus Designatianus) medicus, sub Tiberio et Claudio, stilo tamen horrido scripsit. In citandis ejus locis utitur *Forcellinus* editione *Jo. Rhodii* Patavina ann. 1655. 4.° *V.* SCRIBONIUS in ONOM.

Extant ejus

1. De compositione medicamentorum libellus,
2. Fragmenta de simplicibus.

SEDUL. (Cœlius Sedulius) poeta Christianus, presbyter, et ex sententia quorumdam eruditorum episcopus in Achaia, ubi carmina sua scripsit inter ann. a Chr. n. 424. ad 450., atque ubi paullo post obiit. *V.* SEDULIUS in ONOM. In locis citandis *Forcellinus* utitur editione *Christoph. Cellarii* Halæ Magdeburg. ann. 1704. 8.°, nos in quibusdam omnium optima *Faustini Arevali* Romæ ann. 1794. 4.°

Extant ejus

1. Carmen Paschale, *seu* mirabilium divinorum libri V.,
2. Elegia. (*Hæc in quibusdam editionib. vocatur hymnus* I., *qui ex reciproco carmine constat.*).
3. Hymnus. (*Abecedario carmine iambico dimetro conscriptus. V.* XEROMYRRHA in Lexico.).
4. Epigramma.

SEMPRON. ASELLIO (P. Sempronius Asellio) historicus, tribunus militum fuit in bello Numantino, quod ab ann. V. C. 614. ad ann. 621. gestum est. Historiam rerum, quibus ipse interfuit, conscripsit, teste *Gell.* 2. 13. In Lexico quandoque *Asellio* tantum nuncupatur.

Extant ejus fragmenta

1. librorum XIV. historiarum. (164).

SEMPRON. TUDITANUS (165).

SCTUM DE BACCHAN. (Senatusconsultum de baccanalibus) quo ann. U. C. 568., ante Chr. n. 186. sancitum est, ne qua Bacchanalia Romæ, neve in Italia essent: compertum enim fuerat, in iisdem stupra promiscua ingenuorum feminarumque esse, falsos etiam testes, falsa signa, venena indidem, intestinasque cædes, quorum multa dolo, multa per vim fieri. Hæc fuse persequitur *Liv.* 39 8.-18. Hujusmodi monumentum ære insculptum exstat nunc Vindobonæ, editum vero est a *Fabrett. Inscript. p.* 427., accuratius a *Matth. Ægiptio* Neapoli ann. 1729., ex quo plura vocabula *Forcellinus*, quædam alia nos ipsi Lexico adjecimus.

SENEC. (M. Annæus Seneca) rhetor celebris, ordinis equestris, pater L. Annæi Senecæ philosophi, Cordubæ in Hispania Bætica natus ann. 58. ante Chr. n., obiit ann. circiter 32. a Chr. n. *V.* SENECA in ONOM. In locis citandis *Forcellinus* utitur editione *Lipsii* et *Gronovii* Amstelodami ann. 1672. 8. T. 2., in quibusdam nos sequimur editionem Bipontinam ann. 1783. 8.°

Extant ejus

1. Suasoriæ VIII. (*quæ a quibusdam* suasoria septima *dicitur, ab aliis* historicorum de Cicerone elogia *inscribitur*, *hisque suasoria octava est septima.*),
2. Controversiarum libri V. (*Ex decem controversiarum libris supersunt* primus, secundus, septimus, nonus *et* decimus, *ne hi quidem integri, sed mutili passim corruptique; tres tamen postremi nunc vulgo appellantur* tertius, quartus, *et* quintus, *atque ita citantur in Lexico.*),
3. Excerpta ex controversiarum libris X.,
4. Fragmentum ex controversiis deperditis apud Quintil. 9. 2. § 42.

SENEC. (L. Annæus Seneca) philosophus, superioris filius, natus Cordubæ ann. a Chr. n. 3., obiit ann. 65. *V.* SENECA in ONOM. In locis citandis *Forcellinus* utitur editione *Lipsii* et *Gronovii* Amstelodami ann. 1672. 8.° T. 3., nos aliquando sequimur editionem Lipsiensem *Frid. Ern. Ruhkopfii* ann. 1807.-1811. T. 5. 8.°

Extant ejus

1. Consolatio ad Helviam,
2. ——— Marciam,
3. ——— Polybium,
4. De beneficiis libri VII.,
5. De brevitate vitæ,
6. — clementia libri II.,
7. — constantia sapientis,
8. — ira libri III.,
9. — otio *seu* secessu sapientis,
10. — providentia,
11. — tranquillitate animi,
12. — vita beata,
13. Apocolocyntosis *seu* de morte Claudii Cæsaris,
14. Epigrammata IX.,
15. Epistolæ CXXIV.,
16. Quæstionum naturalium libri VII.,
17. Excerpta e libris Senecæ,
18. Fragmenta. (*Præter jam edita ab aliis*, B. G. Niebuhrius *e Cod. palimpsesto Vaticano edidit Romæ ann.* 1820. 8.°, *una cum* Ciceronis *et* Livii, *etiam* L. Senecæ *novum fragmentum:* A. *vero* Maius *ad* Frontonis *opera Romæ ann.* 1823. 8.° *edita* p. 331. *subdubitare videtur, num hoc fragmentum, cujus in Codice titulus est:* Annæi Senecæ quemadmodum amicitia continenda sit, *L. Annæo philosopho, an M. Annæo rhetori tribuendum sit* (166).

SENEC. (L. Annæus Seneca) poeta tragicus, de quo *V.* SENECA in ONOM. In locis citandis *Forcellinus* utitur editione *Jo. Casp. Schrœderi* Delphis ann. 1728. T. 2. 4.°, in quibusdam nos *Torkilli Badeni* Lipsiæ ann. 1821. T. 2. 8.°

Extant ejus tragœdiæ X., quarum hi sunt tituli:

1. Agamemnon,
2. Hercules furens,
3. ——— Œtæus,
4. Hippolytus,
5. Medea,
6. Octavia,
7. Œdipus,
8. Phœnissæ *sive* Thebais,
9. Thyestes,
10. Troades.

SENT. AUGURIN. (Sentius Augurinus) poeta, laudatus a *Plin.* 4. *Ep.* 27. et 9. *Ep.* 8., cujusque poemation priore *loc. cit.* profert minime quidem dignum iis laudibus, quibus illud ibidem extulit.

SEREN. (A. Septimius Serenus) Afer natione, sed admodum puer in Italiam adductus, ibique educatus foro et eloquentiæ operam dedit, sed præcipue rura coluit, et lyrica poesi delectatus est: vixit sub Flaviis Romæ imperantibus: multa scripsit Falisco carmine. Eidem vero tribuit *Wernsdorfius* in *Poet. Lat. min. T.* 2. *p.* 254.-260. duo poematia, quæ *Moretum* et *Copa* appellantur, quæque plerique *Virgilio* adjudicant.

Extant ejus fragmenta

1. Opusculorum ruralium. (*Plura hæc fragmenta a veteribus grammaticis* Terentiano, Nonio, Diomede *aliisque nobis servata, et in Lexico sæpe citata sub nomine hujus auctoris, qui modo* Septim., *modo* Septim. Ser., *modo tantummodo* Serenus *appellatur, collegit et adnotationibus illustravit* Wernsdorfius *loc. cit.* p. 279.-292.).

SEREN. SAMMONIC. (Serenus Sammonicus) medicus. *V.* SERENUS, *i*, in ONOM. In locis citandis utitur *Forcellinus* editione *P. Burmanni* inter *Poet. Lat. min.* Leidæ ann. 1731. et *Jo. Bapt. Morgagni* Patavii ann. 1750. 8.° una cum *A. Cornelio Celso* (167).

Extant ejus

1. De medicina liber. (*In citandis hujus libri locis et capitum, quæ sunt* LXVI., *et versuum his capitibus comprehensorum, qui sunt* MCXVI., *ratio habetur.*).
2. Fragmenta 1. ex libro V. rerum reconditarum. (*Hos libros citat* Macrob. 5. Saturn. 9., *ibique duo affert evocationis carmina a quodam Furio excerpta.*).
   2. ex ejus epistola. (*apud* eumd. 2. ibid. 12.).
   3. de lege Fannia. (*apud* eumd. 2. ibid. 13.).

SERG. (Marius Sergius) grammaticus, incertæ ætatis, sed *Servio* posterior.

Extant ejus

1. In primam Donati editionem commentarius,
2. — secundam ejusdem etc. (*apud* Putsch. p. 1825.-1856.).

SERVILIUS CŒPIO (168).

SERV. (Maurus Servius Honoratus) grammaticus et scholiastes *Virgilii* celeberrimus, vixit exeunte sæculo Christi quarto sub Valentiniano II. Aug., qui imperavit ab ann. 375. ad 391. Ejus opera a posterioribus grammaticis interpolata sunt; maximi tamen habenda, quippe quæ mythologiam, historiam et antiquam eruditionem summopere illustrant. *V.* SERVIUS in ONOM. In citandis ejus locis *Forcellinus* utitur editione *Pancr. Masvicii* in *Virgilio* ann. 1717. Leovardiæ T. 2. 4.° edito, nos sæpe consuluimus editionem *P. Burmanni* junioris Amstel. ann. 1746. T. 4. 4.°, atque etiam *Commentariorum Servianorum* editionem Gottingensem ann. 1826. T. 2. 8.° ab *A. Alberto Lion* curatam.

Extant ejus

1. Commentarius in Virgilii Bucolica, Georgica et Æneidem,
2. In secundam Donati editionem interpretatio,
3. De ratione ultimarum syllabarum liber,
4. Ars de centum metris *seu* centimetrum (*Hæc tria postrema opera edidit* Putsch. p. 1799.-1816.),
5. Ars grammatica. (*Hæc primum edita est ex Cod. MS. Berolinensi a* Frider. Lindemannio *Lipsiæ ann.* 1820. 8.° *una cum* Pompeji *grammatici operibus* (169).

SEVERUS CASSIUS (170).

SEVER. (Cornelius Severus) poeta temporis Augustei, cui vulgo adscribitur *carmen de Ætna*, quodque sæpius citatur in Lexico. Verum *Jo. Chr. Wernsdorfius* in *Poet. Lat. min. T.* 4. *p.* 3.-24. multis quidem firmisque argumentis probat, illi abjudicandum, ac potius *Lucilio Juniori* tribuendum esse. Idem tamen *ibid. p.* 25.-27. attribuendum censet *Cornelio Severo* tum *fragmentum de morte Ciceronis*, tum alia quædam, quæ a grammaticis et scholiastis antiquis afferuntur, quæque ipse *ibid. p.* 217.-228. collegit et commentatus est. *V.* SEVERUS in ONOM.

Extant ejus

1. Carmen de Ætna,
2. Fragmenta.

SEVERUS D. (171).

(163) C. Scribonius Curio, consul a. U. 676., mortuus a. 700., inter oratores recensetur a *Cic. Brut.* 58. 210. Ejus fragmenta collegit atque illustravit *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 280.-282. De alio Scribonio Curione *V.* eumd *Meyer. p.* 337.-338.

(164) De P. Sempronio Asellione pluribus disserit, ejusque fragmenta collegit *Aug. Krause* in op. super. cit. (*V.* notam n. 5.) *p.* 216.-221.

(165) Cajus Sempronius Tuditanus, qui sæpius confunditur cum Publio Sempronio Asellione, consul fuit cum M. Aquillio a. U. C. 625., rebusque adversus Illyrios Japides gestis triumphum meritus est. Scripsit res Romanas inde ab Urbe condita, deduxitque, nisi fallimur, historiam ad suam ferme ætatem. *V.* plura apud *Aug. Krause*, qui ejus fragmenta collegit in op. super. cit. (*V.* notam n. 5.) *p.* 178.-182.

(166) His addendus 19. *Liber contra superstitiones*, quem citat ex eoque plura loca affert *August.* 6. *Civ. Dei* 10. Meminit etiam *Tertull. Apolog.* 12. et *Lactant.* 1. 9. Orationes quoque scripsit, quarum fragmenta exhibet *Henr. Meyer* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 555.-557.

(167) In locis citandis utimur editione *Jo. Chr. Gottl. Ackermann.* Lipsiæ 1786.

(168) C. Servilius Cœpio, consul a. U. 647., vir acer et fortis, a *Cic. Brut.* 35. 97. laudatur, quippe qui multum clientes consilio et lingua, plus auctoritate tamen et gratia sublevavit. Paucula hujus fragmenta collegit *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 243.-244.

(169) His addatur liber *De accentibus*, qui editus primo fuit in *Analect. grammat* Vindobonæ a. 1837. *p.* 525.-535.

(170) T. Cassius Severus, qui, teste Eusebio in Chron., mortuus a. U. 786., inter oratores multis laudibus recensetur a *Seneca Excerpt. Controv.* 3. *præfat. p.* 393. *ed. Bip.*, aliisque. Ejus fragmenta collegit atque illustravit *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 545.-547.

(171) Divi Severi imperatoris oratoria, quæ supersunt fragmenta ex *Dig.* 24. 9. 1. et ex *Juris Civili. Antejustinian. Vatic. fragm. p.* 41. *ed. Mai* collegit *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 580.-581.

SEVER. SANCT. (Severus Sanctus) Burdigalensis poeta bucolicus, cognatus et affinis *Ausonii* poetæ, ethnicus primum, mox Christianus, scripsit circa ann. a Chr. n. 410: ejus vitam habes apud *Wernsdorf.* in *Poet. Lat. min. T.* 2. *p.* 53.-60.
Extat ejus
1. Carmen bucolicum seu de mortibus boum. (*Quod a multis ac præcipue editum et illustratum est a* Wernsdorfio *loc. cit.* p. 217.-229. *Ejus mentio est in* ONOM. *in V.* JUNIX.).

SEX. RUF. (Sex. Rufus) historicus, qui ann. a Chr. n. 369. scripsit stilo elatiore, nec satis puro.
Extant ejus
1. Breviarium rerum gestarum populi Romani. (*In ejus locis citandis* Forcellinus *utitur editione* Christ. Cellarii *Halæ Magdeburg. ann.* 1698. 8.°, *nos in quibusdam editione* Guil. Münnichii *Hannoveræ ann.* 1815. 8.°).
2. De regionibus urbis Romæ. (*In hujus vero loc. citandis* Forcellinus *utitur* Grævii *in* T. 3. Antiquit. Rom., *nos aliquoties eamdem, quam supra citavimus, editionem consuluimus.*).

SICUL. FLACC. (Siculus (172) Flaccus) agrimensor, vixit sub Domitiano.
Extant ejus
1. De conditionibus agrorum liber,
2. Nomina agrorum et limitum. (*Inter* Auctores rei agrariæ, Goesii p. 1.-20.).

SIDON. (C. Sollius Apollinaris Modestus Sidonius) Lugdunensis, natus circa ann. a Chr. n. 430., obiit ann. 484. episcopus Claromontanus Arvernorum, nunc *Clermont d'Auvergne. V.* SIDONIUS in ONOM. In citandis ejus locis utimur editione *Jac. Sirmondi* Parisiensi ann. 1614. 4.°
Extant ejus
1. Epistolarum libri IX.,
2. Carmina XXIV.

SIL. (C. Silius Italicus) poeta epicus, natus circa ann. a Chr. n. 25., obiit ann. 100. *V.* SILIUS in ONOM. In ejus locis citandis utitur *Forcellinus* editione *Arn. Drakenborchii* Traject. ad Rhenum ann. 1717. 4.°, item *Christ. Cellarii* Lipsiæ ann. 1695. 8.°, nos vero in multis *G. Alex. Ruperti* Goettingæ ann. 1795. T. 2. 8.°
Extant ejus
1. Punicorum libri XVII.

SIMPLICIUS, incertus auctor, de quo consule *Fabricii Biblioth. Lat. l.* 4. *c.* 7. *n.* 4. a *Jo. Aug. Ernesti* auctam. Extat inter *Auctores rei agrariæ*, Goesii *p.* 76.

SISEBUTUS, (Flavius Sisebutus) Visigothorum rex, poeta, regnavit in Hispania ab ann. a Chr. n. 612. ad ann. 621., quo mortuus est *V.* LEGICREPA, RORIFLUUS et ROTO in Lexico.
Extat ejus
1. Carmen de defectu lunæ. (Hucusque cl. *Furlanetto*. At ratione habita ætatis, qua Sisebutus vixit, nulla ejus habenda est ratio in hoc Lexico. *V.* quæ hac de re disputata sunt in *Præfatione hujus editionis.*

SISENNA (L. Cornelius Sisenna) historicus, paullo antiquior Cicerone, scripsit historiam ab Urbe a Gallis capta ad Sullæ bella (173). *V.* SISENNA in ONOM.
Extant ejus fragmenta plura apud *Ciceronem, Gellium, Nonium, Priscianum* aliosque ex
1. Historiarum libris XIV.,
2. Milesiarum libris II.,
3. Commentario in Plautum.

SOLIN. (C. Julius Solinus) geographus. *V.* SOLINUS in ONOM. In locis citandis utitur *Forcellinus* editione *Claud. Salmasii* Parisiensi ann. 1629. fol., cujus capitum sectiones in Lexico indicantur.
Extant ejus
1. Polyhistor sive Collectanea rerum memorabilium,
2. Ponticon fragmentum.

SORANUS (Q. Soranus) medicus M. Antonii triumviri.
Extat ejus
1. Isagoge in artem medendi ad Mæcenatem. (*Hæc edita sæpe est sub* Sorani *nomine inter* Medicos veteres: *sed plerique critici eam* Sorano *abjudicant, et* Cælio Aureliano *tribuunt.*).

SPARTIAN. (Ælius Spartianus) historiæ Augustæ scriptor, vixit sub Diocletiano, qui imperavit ab ann. a Chr. n. 284. ad ann. 305. Vide, quæ diximus supra in LAMPRID.
Extant ejus
1. Vita P. Ælii Hadriani.
2. — L. Ælii Veri,
3. — M. Didii Juliani,
4. — L. Septimii Severi,
5. Vita C. Pescennii Nigri,
6. — M. Aurelii Antonini seu Caracallæ,
7. — L. Septimii Getæ.

STAT. (P. Papinius Statius) (174) poeta epicus et lyricus. *V.* STATIUS in ONOM.
Extant ejus
1. Thebaidos libri XII.,
2. Achilleidos libri II.,
3. Silvarum libri V.

STRABO. *V.* JUL. CÆS. supra. (175).

STRABUS GALLUS, auctor incertæ quidem ætatis, sed tamen post Caroli M. tempora scripsit.
Extat ejus
1. Hortulus. (*Est carmen hexametro versu scriptum, quo herbarum virtutes celebrantur, et inter* Medicos veteres *editum est, ex quo tum* Forcellinus, *tum nos ipsi quædam verba in Lexicon admisimus.*).

SUETON. (C. Suetonius Tranquillus) historicus, rhetor et grammaticus, natus imperante Nerone; quo anno obierit, ignoratur. *V.* SUETONIUS in ONOM. In locis ejus citandis usus est *Forcellinus* editione *Aug. Badeloni* Parisiensi ann. 1684. 4.°, nos autem fere in omnibus sequimur optimam editionem *Dett. Car. Guil. Baumgarten-Crusii* Lipsiæ ann. 1816.-1818. T. 3. 8.°
Extant ejus
1. Vita C. Julii Cæsaris,
2. — Octaviani Augusti,
3. — Tiberii,
4. — Caligulæ,
5. — Claudii,
6. — Neronis,
7. — Galbæ,
8. — Othonis,
9. — Vitellii,
10. — Vespasiani,
11. — Titi,
12. — Domitiani,
13. De illustribus grammaticis liber, *h. e.*
   1. Ennio,
   2. Cratete Mallote,
   3. L. Ælio Præconino Stilone,
   4. Sævio Nicanore,
   5. Aurelio Opilio,
   6. M. Antonio Gniphone,
   7. M. Pompilio Andronico,
   8. Orbilio Pupillo,
   9. Attejo Philologo,
   10. Valerio Catone,
   11. Cornelio Epicado,
   12. Staberio Erote,
   13. Curtio Nicia,
   14. Cn. Pompejo Lenæo,
   15. Q. Cæcilio Epirota,
   16. C. Verrio Flacco,
   17. L. Crassitio Pasicle, qui et Pansa.
   18. Scribonio Aphrodisio,
   19. C. Julio Hygino,
   20. C. Melisso,
   21. M. Pomponio Marcello,
   22. Q. Rhemnio Palæmone,
   23. M. Valerio Probo.
14. De claris rhetoribus liber, *h. e.*
   1. L. Plotio Gallo,
   2. L. Otacilio Pilito,
   3. Epidio,
   4. Sex. Clodio,
   5. C. Albutio Silo.
15. Vita P. Terentii,
16. — Q. Horatii Flacci,
17. — M. Annæi Lucani.
18. — C. Plinii Secundi senioris,
19. — D. Junii Juvenalis,
20. — A. Persii Flacci.
21. Fragmenta ex variis ejus operibus deperditis apud *Auson., Priscian., Gellium* aliosque; inter quos *Servius* ad *Virg.* 8. *Æn.* 627. citat ejus librum de vitiis corporalibus.

SUEVIUS, vetus poeta, cujus meminere *Nonius* et *Macrobius*, incertæ tamen ætatis. *V.* SUEVIUS in ONOM.
Extat ejus fragmentum idyllii a *Macrob.* 2. *Saturn.* 14. allatum. Illius vero loca habes in DEGULO, DISSERO, *is*, evi, et REVENTUS, *us*, in Lexico. *V.* et MOLLUSCA nux.

SULLA L. CORNELIUS (176).

SULPICIA, Romana, poetria. *V.* SULPICIA in ONOM. In locis ejus citandis sequimur editionem *Wernsdorfii* in *Poet. Lat. min. T.* 3. *p.* 83.-96.
Extant ejus
1. Satyra,
2. Fragmenta.

SULPIC. APOLLINAR. (177).

SULPIC. LUPERC. (Sulpicius Lupercus Servastus) grammaticus et poeta, vixit cadentis Latinitatis tempore. De illius vita disserit *Wernsdorfius* in *Poet. Lat. min. T.* 3. *p.* 142. Duo hujus auctoris loca citantur in Lexico in *V.* JURIDICUS et SIMATUS.
Extant ejus
1. De cupiditate (elegia). (*In* Antholog. Lat. T. 1. p. 513. Burm., *et apud* Wernsdorf. *in* Poet. Lat. min. T. 3. p. 235.).
2. — vetustate (ode). (*In* Antholog. ibid. p. 551., *et apud* Wernsdorf. ibid. p. 408. *Eidem poetæ tribuuntur carmina, quæ habentur in* Antholog. bid. lib. 3. n. 65. 67. et 70.; *sed* Wernsdorfius p. 142. *illa eidem abjudicat.*).


(172) *Maff.* in *Art. crit. lapid. p.* 297. recte putat scribendum *Siculus Flaccus*, ut *Cassiodorius* pro *Cassiodorus*, ex more scilicet Romanorum, qui in genitivis secundæ declinationis unico semper *i* utebantur.

(173) De L. Cornelio Sisenna pluribus disseruit ejusque historica fragmenta collegit atque illustravit *Aug. Krause* in op. super. cit. (*V.* notam n. 5.) *p.* 299.-317. Inter oratores etiam recensetur a *Cic. Brut.* 64. 228. et 74. 260.; ejusque oratoria fragmenta exhibet *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 283.-284.

(174) Neapolitanus, patre autem Veliensi, natus a. U. C. 814., mortuus a. 849., Thebaidem scribendam suscepit nondum annos XX. natus et post a. XII. perfecit.

(175) C. Julius Strabo, qui et Vopiscus, fuit etiam orator (quod suo loco omisimus) minime ille quidem vehemens, sed nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo suavitate conditior, teste *Cic. Brut.* 48. 177. Ejusdem orationum fragmenta collegit atque illustravit *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 273-277., et qui supersunt tituli sunt hi:
1. Oratio qua Sulpicio respondit,
2. Oratio pro Sardis,
3. Oratio apud Censores.

(176) L. Cornelius Sulla res gestas suas Latine scripsit libris viginti duobus, unde fragmenta pauca apud Ciceronem, Gellium et Priscianum extant, quæ collegit atque illustravit *Aug. Krause* in op. super. cit. (V. notam n. 5.) *p.* 290.-295.

(177) C. Sulpicius Apollinaris, grammaticus Carthaginiensis, vixit sub Antoninis. Extant ejus Epigrammata in *Anthol. Lat. Burmann. T.* 1. *p.* 352., et Periochæ in Terentii Comœd. *V. Donat. Vit. Virg.* § 57.

**SULPIC. RUF.** (Ser. Sulpicius Q. F. Rufus) JCtus (178). Ciceronis amicus, qui in legatione ad M. Antonium diem obiit, scriptor elegantissimus.
Extant ejus
1. Epistolæ II. ad *Cic.* 4. *Fam.* 5. et 12. (*In quarum prima eumdem consolatur de morte Tulliæ filiæ ejus: in altera eum monet de nece M. Claudii Marcelli.*).

**SULPIC. SEV.** (Sulpicius Severus) Tolosæ natus aut proxime hanc urbem fuisse, minime vero Nitiobrix, ut multi putant, videtur *Hieronymo de Prato*, qui ejus vitam scripsit; quo vero anno, non constat: defunctus est aliquot annis post ann. a Chr. n. 406. *V.* SULPICIUS in ONOM. In ejus locis citandis *Forcellinus* utitur editione *Vorstii* et *Clerici* Lips. ann. 1709. T. 2. 8.°, nos sæpissime *Hier. de Prato* Veron. ann. 1741.-1754. T. 2. 4.°
Extant ejus
1. Epistola ad Desiderium de libro vitæ B. Martini,
2. De vita B. Martini Turonensis episcopi,
3. Epistola ad Eusebium presbyterum (*contra æmulos virtutum B. Martini*),
4. ——— Aurelium diaconum (*de obitu et apparitione ejusdem*),
5. ——— Bassulam socrum (*quomodo ex hac vita ad immortalitatem idem transierit*),
6. Dialogi III. (*de miraculis B. Martini*),
7. Historiæ sacræ libri II. (*ab orbe condito ad ann. Christi* 400).

**SULPIC. VICT.** (Sulpicius Victor) rhetor, incertæ ætatis.
Extant ejus
1. Institutiones oratoriæ. (*Inter* Antiquos rhetores Latinos *a* Claud. Capperonerio *Argentorati ann.* 1756. 4.° *editos* p. 255.-298.).

**SYMMACH.** (L. Aurelius Symmachus) orator sui temporis clarissimus. *V.* SYMMACHUS in ONOM. In locis ejus citandis ex epistolis sequimur editionem *Franc. Jureti* Parisiens. ann. 1580. 4.°, item Lugd. Bat. ann. 1653. 12.°, quæ plures novas continet epistolas: utriusque editionis numerus citatur. In iis vero, quæ *A. Majus* primus edidit, sequimur illius editionem Romanam ann. 1823. 8.°
Extant ejus
1. Epistolarum libri X.,
2. Laudes in Valentinian. Aug.,
3. ——— eumdem,
4. ——— Gratianum Aug.,
5. ——— patrem,
6. Oratio pro patre,
7. Oratio pro Trygetio,
8. ——— Synesio,
9. ——— Flavio Severo,
10. ——— Valerio Fortunato,
11. Fragmentum orationis (*auctoris tamen incerti*) (179).

**SYMPOS.** (Cœlius Firmianus Symposius) videtur vixisse extremo Christi sæculo quarto. De auctoris vero ætate, conditione et præstantia docte disserit *Wernsdorfius* in *Poet. Lat. min. T.* 6. *p.* 410.-472., qui ejus quoque carmina *ibid. p.* 473.-580. edidit et illustravit, quemque nos in locis citandis secuti sumus.
Extant ejus
1. Ænigmata C.,
2. Carmen de Fortuna,
3. Carmen de livore.

**SYRUS.** *V.* P. SYRUS.

## T

**TABULA PEUTINGERIANA.** Vindobonæ 1753. V. *Vermiglioli, Cento lettere p.* 41.

**TABULAR. XII. FRAGMENTA.** *V.* XII. TAB.

**TACIT.** (C. Cornelius Tacitus) Interamnas Nar, natus ann. a Chr. n. 60., ann. 88. prætor, deinde XV. vir sacrorum, ann. 78. uxorem duxit Juliam, Cn. Julii Agricolæ filiam, consul suffectus ann. 97.; quo autem anno obierit, ignoratur (180). *V.* TACITUS in ONOM. In citandis ejus locis *Forcellinus* utitur editione *Jac. Gronovii* Traject. ad Rhenum ann. 1721. T. 2. 4.°, nos in quibusdam *Jac. Oberlini* Lipsiæ ann. 1801. T. 2. 8.°
Extant ejus
1. Annalium libri XVI. (*ab Augusti obitu ad Neronis mortem: ex his libris* VII., VIII., IX. *et* X. *perierunt.*).
2. Historiarum libri V. (*ab obitu Neronis ad imperium Nervæ: horum librorum postremus mutilus ad nos pervenit.*).
3. De situ, moribus et populis Germaniæ liber,
4. — vita et moribus Julii Agricolæ liber,
5. — oratoribus *sive* de causis corruptæ eloquentiæ, dialogus. (*De hujus dialogi auctore vide dicta supra in not.* (33).

**TARRUNTENUS** (D. Tarruntenus Paternus) JCtus, Commodo imperante fuit præfectus prætorio, cujus etiam jussu interemptus est.
Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. libris IV. de re militari. (*quos laudat etiam* Veget. 1. Milit. 8.).

**TERENTIAN.** (Terentianus Maurus) grammaticus et poeta didacticus, *V.* TERENTIANUS in ONOM.
Extat ejus
1. De litteris, syllabis, pedibus et metris tractatus. (*inter* Grammaticos veteres *a* Putschio *editos* p. 2383.-2450., *quam editionem sequimur.*).

**TERENT.** (P. Terentius) poeta comicus, natus fuisse videtur ann. U. C. 562., defunctus ann. 595. *V.* TERENTIUS in ONOM. In locis ejus citandis *Forcellinus* utitur editione *M. Hugenii* Amstelod. ann. 1710. 8.°, nos sæpe *M. Jo. Car. Zeunii* Lipsiensi ann. 1774. T. 2. 8.°
Extant ejus comœdiæ, quarum hi sunt tituli:
1. Adelphi,
2. Andria,
3. Eunuchus,
4. Heautontimorumenos,
5. Hecyra,
6. Phormio.

**TERENT. CLEM.** (Terentius Clemens) JCtus, floruit sub Septimio Severo, qui imperavit ab ann. a Chr. n. 193. ad ann. 211.
Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. libris XX. ad legem Juliam et Papiam.

**TERTULL.** (Q. Septimius Florens Tertullianus) JCtus, qui vixit sub Septimio Severo, et Alex. Severo. *V.* TERTULLIANUS in ONOM.
Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. libris VIII. quæstionum,
2. libro de castrensi peculio.

**TERTULL.** (Q. Septimius Florens Tertullianus) scriptor ecclesiasticus, Carthaginiensis, videtur obiisse jam grandis natu ann. a Chr. n. 245., ut putat *Ant. Morcellus* in *Africa Christ. T.* 2. *p.* 103., qui ejus scripta, dum adhuc Catholicus esset, *p.* 66. § 3. enumerat; quæ vero post ejus defectionem, *p.* 99. § 2. *V.* TERTULLIANUS in ONOM. In locis ejus citandis *Forcellinus* utitur editione Franekeræ ann. 1597. fol. cum notis *Rhenani* et *Junii*, et *Rigaltii* Lutet. Paris. ann. 1675. fol.; nos vero sæpissime, non sine magna utilitate, editionem sequimur *Jo. Sal. Semleri* Halæ ad Salam ann. 1769.-1776. 8.°
Extant ejus
1. Apologeticus,
2. Ad nationes libri II.,
3. — martyres,
4. — ad uxorem libri II.,
5. — præscriptione hæreticorum,
6. — spectaculis,
7. — habitu muliebri,
8. — cultu feminarum,
9. — oratione,
10. — pœnitentia,
11. — patientia,
12. — baptismo,
13. — testimonio animæ,
14. Adversus Gnosticos *seu* Scorpiace,
15. ——— Judæos,
16. Exhortatio castitatis. (*Hæc scripsit auctor, dum adhuc esset Catholicus: quæ vero sequuntur, dum Montanistarum errorem amplexus fuerat.*).
17. Ad Scapulam,
18. Adversus Hermogenem,
19. Adversus Valentinianos,
20. ——— Marcion. libri V.,
21. ——— Praxeam,
22. — anima,
23. — carne Christi,
24. — resurrectione carnis,
25. — pallio,
26. — monogamia,
27. — jejunio *seu* adversus Psychicos,
28. — pudicitia,
29. — virginibus velandis,
30. — idololatria,
31. — fuga in persecutione,
32. — corona militis.

Scripta poetica. (*Poemata ejus quæ feruntur, ejusdem nomen ementiri putantur.*).
1. Adversus Marcionem libri V.
2. De judicio Domini.

**THEOD. PRISCIAN.** *V.* PRISCIAN. THEOD.

**TIBERIUS NERO** (181).

**TIBULL.** (Albius Tibullus) poeta elegiacus, natus fuisse videtur ann. U. C. 690. aut 695., obiit ann. 735. *V.* TIBULLUS in ONOM. In locis ejus citandis utitur *Forcellinus* editione *Jani Broukhusii* Amstelod. ann. 1708. 4.°, in qua elegiarum et versuum ordo a *Jos. Scaligero* perperam antea inductus, servatus est. Nos quidem præposterum illum elegiarum et versuum ordinem minime mutandum censuimus, lectionum tamen varietatem doctasque interpretationes *Chr. G. Heynii* in editione ejus tertia Lipsiensi ann. 1798. 8.° sæpissime secuti sumus.
Extant ejus
1. Elegiarum libri III.,
2. Carminum liber IV. (*Hic liber constat ex carmine hexametris versibus exarato, quod* Tibullus *ad* Messalam *scripsit, cujus et* panegyricus *dicitur: item ex quatuordecim elegidiis* Sulpiciæ, *aliorumque, de quibus quid statuendum sit, docte agit* Chr. G. Heynius *in adnotatione iisdem præmissa.*).

**TIR.** (NOT. TIR.) (Notæ Tironis) M. Tullius M. L. Tiro fuit antea servus, mox libertus M. Tullii Ciceronis, ad quem plures sunt epistolæ inter Ciceronianas. Idem autem, teste *Isid.* 1. *Orig.* 22., auctor fuit notarum, quæ ideo *Notæ Tironis* seu *Tironianæ* dicuntur, de quibus *V.* NOTA in Lexico et TIRO in ONOM. Porro, quamvis *Forcellinus* his notis parce admodum fuerit usus, tamen ipse longe plura ex iisdem nova vocabula in Lexicon admisi, vel dubia confirmavi, in id potissime inductus auctoritate *Cajet. Marinii*, qui in *Frat. Arv. p.* 379. 533. et 612. easdem a Lexicographis nihili habitas fuisse dolet. Hucusque cl. *Furlanetto*. At potior fuit *Forcellini* sententia; nunc enim inter eruditos plane constat, *Notas*, quæ *Tironis* nomine vulgantur, Tironi M. T. Ciceronis liberto esse abjudicandas: quod etiamsi alia plura non declararent argumenta, quæ brevitatis causa silentio prætermittimus; confirmant sane monstruosa illa, quibus hæ *Notæ* scatent, vocabula, quæ infimam profecto sapiunt Latinitatem.

**TITIN.** (Vettius Titinius) poeta comicus, togatarum fabularum scriptor *Varrone* antiquior. *V.* TITINIUS in ONOM.
Extant ejus fragmenta (*a* Frid. Henr. Bothio *collecta* V. *in* AFRANIUS (182).) comœdiarum, quarum hi sunt tituli:

(178) Fragmenta librorum Sulpicii de jure civili supersunt apud A. Gellium aliosque auctores; oratoria vero collegit *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 990.-992.

(179) Oratoria Symmachi fragmenta collegit atque illustravit *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 383.-385.

(180) Consule *G. Boettigher.* in *Lexic. Tacit. p.* II. de ejus vita.

(181) Tiberius Cæsar, qui obtinuit imperium a. U. 766., post Ch. n. 14., plures habuit orationes ad senatum, quarum paucula quæ supersunt fragmenta exhibet *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 550.-551.

(182) De Titinio multis disseruit ejusque fragmenta collegit atque illustravit etiam *Jo. H. Neukirch* in opere super. cit. (*V.* notam n. 4.) *p.* 97.-152., qui *p.* 121. allatis titulis alium addit, scilicet *Pyrrhia.*

1. Barbatus *rectius quam* Barathrum,
2. Cæcus,
3. Ferentinas,
4. Fullones *sive* Fullonia,
5. Gemina,
6. Hortensius,
7. Ilarabra (*lege* Illecebra),
8. Jurisperita,
9. Prœlia,
10. Privigna,
11. Psaltria,
12. Quintus,
13. Setina,
14. Tibicina,
15. Varus,
16. Veliterna.

TITIUS (183).

TRABEA (Q. Trabea) poeta comicus, natus fuisse videtur circa ann. ab U. C. 622. Ejus fragmenta collegit *Frid. Henr. Bothius* in *Poet. scœn. T.* 2. *p.* 29. *V.* TRABEA in ONOM.

TRAJANUS IMP. (184).

TREBELL. (Trebellius Pollio) scriptor historiæ Augustæ. *V.* TREBELLIUS in ONOM.

Extant ejus
1. Vita P. Licinii Valeriani senioris,
2. ———— Valeriani junioris,
3. ———— Gallieni,
4. — Q. Julii Gallieni Salonini,
5. — M. Claudii Gothici,
6. — XXX. tyrannorum, *h. e.*
   1. Cyriadis,
   2. Posthumi senioris,
   3. ——— junioris,
   4. Lolliani,
   5. Victorini senioris,
   6. ——— junioris,
   7. Marii,
   8. Ingenui,
   9. Regilliani,
   10. Aureoli,
   11. Macriani senioris,
   12. ——— junioris,
   13. Quieti,
   14. Odenati,
   15. Herodis,
   16. Mæonii,
   17. Balistæ,
   18. Valentis,
   19. ——— superioris,
   20. Pisonis,
   21. Æmiliani,
   22. Saturnini,
   23. Tetrici senioris,
   24. —— junioris,
   25. Trebelliani,
   26. Herenniani,
   27. Timolai,
   28. Celsi,
   29. Zenobiæ,
   30. Victoriæ,
   31. Titi,
   32. Censorini.

TREBON. (C. Trebonius) quæstor urbanus Romæ, trib. pleb. ann. U. C. 699., prætor urbanus ann. 705., Hispaniæ proprætor, consul suffectus ann. 709., M. Antonium ante ostium curiæ detinet, dum Cæsar in eadem interficitur, Smyrnæ autem trucidatur a P. Dolabella, dum proconsul Asiæ esset.

Extat ejus
1. Epistola ad *Cic.* 12. *Fam.* 16.

TROGUS (Trogus Pompejus) historicus. *V.* TROGUS POMPEJUS in ONOM. Ejus deperditorum librorum fragmenta aliquot collegit *Jacob. Bongarsius*, et *Justini* operibus præmisit.

TROTULA. *V.* EROS suo loco.

TRYPHONIN. (Claudius Tryphoninus) JCtus, vixit sub Septimio Severo et Caracalla.

Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. libris XXI. disputationum,
2. notis ex libris XXI. Digestorum Scævolæ.

TUBERO Q. ÆL. (185).

TURNUS, poeta Satyricus, vixit sub Nerone, et Flaviis Augustis; ejus meminit *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 1. *Sat.* 20., *Martial.* 11. 10., *Rutil. Numatianus* 1. *Itiner.* 600., et *Sidon. carm.* 9. 267. Eidem *Satyræ fragmentum in Neronem* tribuit *Wernsdorfius* in *Poet. Lat. min. T.* 3. *p.* LVII.-LX., et illud edidit et illustravit *ibid. p.* 77.-82.

TURPIL. (Sex. Turpilius) poeta comicus, senex obiit ann. U. C. 653. *V.* TURPILIUS in ONOM.

Extant ejus plura fragmenta comœdiarum, quarum hi sunt tituli (*In citandis ejus locis sequimur editionem* Frid. Henr. Bothii *V. supra in* AFRAN.):
1. Acta,
2. Bœthuntes,
3. Canephoros,
4. Demetrius,
5. Demiurgus,
6. Epiclerus,
7. Hetæra,
8. Lemnii,
9. Leucadia,
10. Lindia,
11. Paraterusa,
12. Pædium,
13. Philopator,
14. Thrasyleon.

## U

ULP. (Domitius Ulpianus) JCtus, de quo *V.* ULPIANUS in ONOM.

Extant ejus in Digestis plurima fragmenta ex
1. libris V. de adulteriis,
2. —— IV. de appellationibus,
3. —— VI. de censibus,
4. —— XLVIII. digestorum,
5. —— X. disputationum,
6. —— LXXXIII. ad edictum prætoris,
7. —— II. ad edictum ædilium curulium,
8. —— VI. fideicommissorum,
9. —— II. institutionum,
10. —— IV. ad legem Æliam Sentiam,
11. ————— Juliam de adulteriis,
12. —————— et Papiam,
13. —— III. de officio consulis,
14. —— X. de officio proconsulis,
15. —— II. de officio quæstoris,
16. —— VI. opinionum,
17. —— VII. regularum. (*Tituli* XXIX. *ex hoc corpore regularum exstant a pluribus, et præsertim ab* Ant. Schultingio *editi in sua* Jurisprudentia ante-Justinianea p. 537.-680., *et in Lexico separatim etiam citati.*),
18. —— II. responsorum,
19. —— LI. ad Masurium Sabinum,
20. —— X. de omnibus tribunalibus,
21. libro singulari excusationum,
22. ———— de officio consularium,
23. ———— ——— curatorum reipublicæ,
24. ———— ——— præfecti vigilum,
25. ———— ——— ——— Urbi,
26. ———— ——— prætoris tutelaris,
27. ———— ——— quæstoris,
28. ———— pandectarum,
29. ———— regularum,
30. ———— de sponsalibus,
31. —— ex notis ad Aristonem,
32. ———— Marcellum,
33. ———— Papinianum.

## V

VALENS (Aburnius Valens) JCtus, vixit sub Trajano et Hadriano.

Extant ejus in Digestis fragmenta ex
1. libris VII. fideicommissorum.

VAL. ÆDIT. (Valerius Æditus) poeta epigrammaticus, *M. Tullio Cicerone* antiquior.

Extant ejus
1. Epigrammata II. (*Hæc a* Gell. 19. 9. *servata nobis sunt, quorum prius affertur etiam in V.* SUBIDUS *in Lexico.*).

VAL. ANTIAS (Q. Valerius Antias) historicus, vixit circa ann. a Chr. n. 670., sæpe *Antias* tantummodo a scriptoribus appellatur.

Extant ejus plura, apud *Livium*, *Gellium*, *Macrobium*, fragmenta ex
1. Annalium libris LXXV. (186).

VAL. FLACC. (C. Valerius Flaccus Setinus Balbus) poeta epicus. *V.* VALERIUS in ONOM. In citandis ejus locis utitur *Forcellinus* editione *P. Burmanni* Leidæ ann. 1724. 4.°, nos quandoque consuluimus editionem *Christ. Harlesii* Altenburgi ann. 1781. 8.° Futuro Lexicographo consulenda est *Dissert. Aug. Weichertii* Misnæ ann. 1818. 8.° editam, in qua de versibus aliquot *C. Val. Flacci* injuria suspectis agit, ejusdemque etiam hujus poetæ editionem, quam si reapse perfecerit, nondum nobis scire licuit.

Extant ejus
1. Argonauticon libri VIII.

VAL. MAX. (M. Valerius Maximus) historiarum, tum externarum, tum Romanarum narrator haud contemnendus: ejus meminit *Gell.* 12. 7. *V.* VALERIUS in ONOM. In locis ejus citandis utimur editione *Petr. Jos. Cantelii* Parisiis ann. 1679. 4.°

Extant ejus
1. Factorum dictorumque memorabilium libri IX.

VALGIUS (T. Valgius Rufus) poeta epicus et elegiacus, coævus *Horatio* et *Tibullo*; laudatur ab illo 1. *Sat.* 10. 82., qui eum Homero proximum facit 2. *Od.* 9. Etiam bucolica scripsisse constat ex *Porphyrione* ad *Virg.* 3. *G.* 177. *V.* MULCTRALE et SINUM in Lexico (187).

VARIUS (L. Varius) poeta tragicus et epicus, laudatus ab *Horat.* 1. *Sat.* 10.

Extant ejus
1. Fragmenta ex Thyeste tragœdia (*apud* Quintil. 3. 8. *et* Mar. Victorino. 1. Art. grammat. p. 2503. Putsch.),
2. ———— de morte (*apud* Macrob. 6. Saturn. 1. et 2.).

VARRO (M. Terentius Varro) poeta satyricus et epigrammaticus, historicus, grammaticus, scriptor agrarius: natus ann. U. C. 638., obiit ann. 727. *V.* VARRO in ONOM. In citandis ejus locis *de re rustica* plerumque sequi-

(183) C. Titius, eques Romanus, æqualis Herennii, qui consul fuit a. U. 660. « eo pervenisse videtur (ut ait *Cic. Brut.* 45. 167.), quo potuit fere Latinus orator » sine Græcis litteris et sine multo usu pervenire. Hujus orationes tantum argutia- » rum, tantum exemplorum, tantum urbanitatis habent, ut pæne Attico stilo scriptæ » esse videantur. Easdem argutias in tragœdias, satis ille quidem acute, sed parum » tragice transtulit. » Ejus fragmenta collegit atque illustravit *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 272.-274.

(184) Trajanus Imperator scripsit historiam belli Dacici, si credimus *Prisciano* 6. *p.* 682. *Putsch.*, qui ejusdem historiæ fragmentum affert.

(185) L. Ælius Tubero, Q. f., cujus filius Q. Ælius Tubero consul fuit cum P. Fabio Maximo a. U. C. 743., antiquo more et sermone etiam antiquo usus, historiam ab Urbis primordio inceptam ad sua usque tempora perduxit; et alia conscripsit ad jus pertinentia. Hujus fragmenta, præmissa dissertatione, exhibet *Aug. Krause* in op. super. cit. (*V.* notam n. 5.) *p.* 324.-338.

(186) De Q. Valerio Antiate pluribus disserit, ejusque fragmenta collegit atque illustravit *Aug. Krause* in op. super. cit. (*V.* notam n. 5.) *p.* 264.-365.

(187) De T. Valgio Rufo pluribus disserit ejusque fragmenta exhibet *Aug. Weichert.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 41.) *p.* 303.-340.

mur editionem *Jo. Gottl. Schneideri* Lipsiæ ann. 1794. 8.°, in iis *de lingua Latina*, et in *fragmentis* editionem Bipontinam ann. 1788. 8.° (188).
Extant ejus
1. De re rustica libri III.,
2. — lingua Latina libri XXIV. (*Ex his libris tres primi, et tresdecim postremi periere, ex quibus fragmenta tantum supersunt*) (189).

Fragmenta ex
1. libris I.-III. et X.-XXIV. de lingua Latina,
2. —— IV. de utilitate sermonis,
3. —— II. de similitudine verborum,
4. —— III. de poematis,
5. libro de compositione satyrarum,
6. ——— proprietate scriptorum,
7. ——— comœdiis Plautinis,
8. libris II. Plautinarum quæstionum,
9. —— VI. epistolicarum quæstionum,
10. —— VII. epistolarum,
11. epistola ad Jul. Cæsarem,
12. ———— Fabium,
13. ———— Fufium,
14. ———— Marullum,
15. ———— Neronem,
16. ———— Ser. Sulpicium,
17. libro de gradibus,
18. libris III. περὶ χαρακτηρῶν,
19. —— VI. Complexionum,
20. —— VIII. disciplinarum,
21. libro de grammatica,
22. ——— astrologia,
23. ——— arithmetica,
24. ——— geometria,
25. ——— musica,
26. libris XXV. antiquitatum rerum humanarum,
27. —— XVI. antiquitatum rerum divinarum,
28. libro de cultu deorum,
29. libris augurum,
30. libro de initiis urbis Romæ,
31. libris III. de gente populi R.,
32. —— IV. de vita populi R.,
33. —— III. de rebus urbanis,
34. —— III. de scænicis originibus,
35. —— V. de actionibus scænicis,
36. libris theatralibus,
37. libro I. de familiis Trojanis,
38. annalibus,
39. ephemeri,
40. libro I. ad Libonem,
41. mensuralibus,
42. Gallo Fundanio de miris *seu* admirandis,
43. Ætiis,
44. libro de litoralibus,
45. libris IX. hebdomadum *seu* de imaginibus,
46. libro de poetis,
47. libris II. de bibliotheca,
48. libro de vita sua,
49. logistorico,
50. Attico de numeris,
51. Laterensi,
52. Mario de fortuna,
53. Messala de valetudine,
54. libro de moribus,
55. ——— natura rerum,
56. Nepote,
57. Oreste de insania,
58. Pappo de indigamentis,
59. Pio *sive* de pace,
60. Sisenna de historia,
61. Scauro,
62. libris II. περίπλου φιλοσοφίας,
63. —— II. Promethei,
64. —— II. de forma philosophiæ,
65. libro de philosophia (190).

Fragmenta ex satyris Menippeis (191) quarum hi sunt tituli:
1. Aborigenes, περὶ ἀνθρώπων φύσεως,
2. Agatho,
3. Age modo,
4. Ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς,
5. Andabatæ,
6. Ammon μετρεῖς περὶ φιλαργυρίας,
7. Ἀνθρωπουργία περὶ γενεθλίων,
8. Armorum judicium,
9. Bajæ,
10. Bimargus περὶ τρόπου,
11. Caprinum prœlium περὶ ἔριδος,
12. Cave canem,
13. Columna Herculis, περὶ δόξης,
14. Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου,
15. Cras credo, hodie nihil.
16. Cygnus, περὶ ταφῆς,
17. Cynicus,
18. Synistor,
19. Desultorius, περὶ τρυφῆς σὺν ἀλίοις,
20. De salute,
21. — officio mariti,
22. Δὶς παῖδες οἱ γέροντες,
23. Dolium *seu* Seria,
24. Endymion,
25. Ἐπιταφιῶν,
26. Ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐτελείας,
27. Est modus matulæ, περὶ μέθης,
28. Εὕρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ τῶν μιμητῶν καθηκόντων,
29. Eumenides,
30. Ἔχω σέ, περὶ τύχης,
31. Exdemetricus,
32. Ἔως πότε, περὶ ὁρῶν,
33. Flexibula, περὶ ἐπαρχιῶν,
34. Gemini,
35. Gerontodidascalus,
36. Γνῶθι σεαυτόν,
37. Hecatombe, περὶ θυσιῶν,
38. Hercules, tuam fidem,
39. Hercules Socraticus,
40. Hyppocyon,
41. Idem Acci, quod Titi,
42. Ithiphallus, περὶ ἀῤῥενότητον,
43. Κενοδοξία, περὶ φθόνου,
44. Lex Mænia,
45. Logomachia,
46. Longe fugit, qui suos fugit,
47. Magnum talentum,
48. Manius,
49. Marcipor,
50. Mæonius Automedus.
51. Margopolis, περὶ ἀρχῆς,
52. Meleager,
53. Modius,
54. Mutuum muli scabunt,
55. Mystagogi,
56. Mysteria,
57. Nescis, quid vesper serus vehat,
58. Octogesis, περὶ νομισμάτων.
59. Œdipothyestes,
60. Ὄνος λύρας,
61. Πάπιας Πάππος, περὶ ἐγκωμίων,
62. Parmenio.
63. Περὶ αἱρέσεων, *sive* ἀεὶ Λιβύη,
64. Περὶ ἐδεσμάτων,
65. Περὶ ἐξαγωγῆς,
66. Περὶ κεραυνοῦ,
67. Plutorine,
68. Pransus paratus,
69. Pseudolus Apollo,
70. Pseudœnea,
71. Quinquatria,
72. Sardi, venales,
73. Σκιομαχία *seu* Κριομαχία,
74. Serranus,
75. Sesquiulysses,
76. Sexagesis,
77. Synistor,
78. Synephebus, περὶ ἐμμονῆς,
79. Tanaquil,
80. Ταφὴ Μενίππου,
81. Testamentum, περὶ διαθήκων μετὰ φιλοφθονίας,
82. Tithonus, περὶ γήρως,
83. Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιίας,
84. Τριοδῖτι τριφώλιος *seu* τρίφαλλος, περὶ ἀρετῆς καὶ φύσεως,
85. Væ victis, περὶ φιλονεικίας.
86. Vinalia, περὶ ἀφροδισίων,
87. Virgula divina,
88. Ὑδρόχρυσον.

**VARRO ATAC.** (P. Terentius Varro Atacinus) M. Terentio Varroni fere coævus fuit hic poeta, de cujus vita et scriptis accurate egit *Wernsdorfius* in *Poet. Lat. min. T.* 5. p. 1385.-1397., tum veterum testimonia de eodem,

(188) Nos vero in libris de *Lingua Latina ad Ciceronem* missis secuti sumus editionem omnium optimam, quam curavit *Car. Odofr. Müller*. Lipsiæ a. 1833.

(189) In editione vero *Mulleri* quatuor priores libri desiderantur, habentur fere integri libri V., VI., VII., VIII., IX. et X., ac demum fragmenta exhibentur sequentium librorum usque ad XXIV.

(190) His addenda sunt fragmenta ex *Tricipitina*, h. e. in III. viros Cæsarem, Pompejum et Crassum, qua de re consule *A. Mai.* in *Class. Auct. T.* 1. *p.* 4.; necnon *Rhetoricorum libr. XX.*, qui laudantur a *Non.* 1. 209. edit. veter. Denique addantur *Sententiæ* LV. maxima ex parte ineditæ, quas ex Cod. Seminarii Patavini typis mandandas curavit *Vincent. Devit* a. 1843.

(191) Satyrarum vel Saturarum Menipp. reliquias nuperrime edidit *Fr. Oheler*.

et operum fragmenta collegit et illustravit *ibid. p.* 1398.-1418. *V.* et ATACINUS in ONOM.

Extant ejus

1. Epigramma (*in* Antholog. Lat. T. 1. p. 205. Burm.).
2. Fragmenta ex
   1. Chorographia,
   2. libris navalibus,
   3. ——— IV. Argonauticorum. (*Fragmentis hujus operis a* Wernsdorfio *collectis addendum est aliud, quod e Cod. Veronensi palimpsesto edidit* A. Maius *in* Virgilii interpret. vet. *Mediolani ann.* 1818. p. 26.),
   4. libro II. de bello Sequanico.

VATIN. (P. Vatinius) quæstor fuit Romæ ann. U. C. 691., trib. pleb. ann. 695. (a quo lata est Vatinia lex de repetundis, tum altera de Gallia citeriore cum Illyrico tribuenda C. Julio Cæsari, tum tertia rogata tantum, non perlata, de L. Vettio Pompeji inimico), ædilitatis repulsam tulit ann. 698., prætor ann. 699., legatus Cæsaris in Gallia, in bello civili præfuit classi, consul suffectus ann. 707. Illyricum proconsul obtinuit ann. 709., post Cæsaris necem ann. 710. M. Bruto Dyrrachii portas aperuit, et ann. 712. triumphum de Illyrico consecutus est. Hic cum *Cicerone* maximum odium exercuit, postea eidem reconciliatus est.

Extant ejus

1. Epistolæ II. ad *Cic.* 5. *Fam.* 3. et 10.

VEGET. (Flavius Vegetius Renatus) scripsit sub Valentiniano II., qui imperavit ab ann. 379. ad 391. *V.* VEGETIUS in ONOM. In ejus locis citandis *Forcellinus* secutus est editionem Vesaliæ Civorum ann. 1670. 8.°, nos in quibusdam utimur editione *Nic. Schwebelii* Argentorati ann. 1806. 8.°

Extant ejus

1. De re militari libri V.

VEGET. (P. Vegetius Renatus) fuit superiore longe posterior. *V.* VEGETIUS in ONOM. In locis ejus citandis usus est *Forcellinus* editione *Jo. Matth. Gesneri* Lipsiæ ann. 1735. 4.°, nos in quibusdam sequimur editionem *Jo. Gottl. Schneideri* Lipsiæ ann. 1796. 8.° Librorum autem et capitum rationem *Gesneri* ejusdem servavimus.

Extant ejus

1. Artis veterinariæ libri IV.

VEL. LONG. (Velius Longus) grammaticus *Charisio*, qui eum laudat *p.* 73. et 187. apud *Putsch.*, antiquior, et *Cassiodorio*, qui ejus alterum de orthographia caput ab eodem mutuari non est veritus.

Extat ejus

1. De orthographia liber (*apud* Putsch. p. 2213-2238.).

VELLEJ. (C. Vellejus Paterculus) natus ann. U. C. 735., occisus videtur, propter Sejani amicitiam, a Tiberio Aug. ann. 784., Christi 31., ætatis suæ circiter 50. Ejus patria fuit Æclanum in Hirpinis, ibi enim repertus est lapis inscriptus, in quo mentio est de M. Magio Syro IIII. viro, filio Magii Minatii, qui atavus maternus fuit *Velleji*, ut ipse affirmat *l.* 2. *c.* 16. Inscriptio vero legitur apud *R. Guarinium* in *Ricerche di Eclano p.* 93. *V.* VELLEJUS in ONOM. In locis ejus citandis utitur *Forcellinus* editione *Rob. Riguezzi* Paris. 1675. 4.°, nos quandoque utimur editione Bipontina ann. 1780. 8.°

Extant ejus

1. Historiarum Romanarum libri II. (*Horum primus initio mancus est, mox aliam lacunam exhibet sexcentorum ferme annorum; alter res Romanorum enarrat ad ann. U. C.* 783., *quo consul processit ille M. Vinicius, cui* Vellejus *historiam suam dicavit.*).

VENANT. (Venantius Honorius Clementianus Fortunatus) poeta, Christianus, natus ann. circiter 530. a Chr. n., in Galliam profectus ann. 565., ibique mortuus post ann. 600. *V.* VENANTIUS in ONOM. In locis ejus citandis utimur editione *Mich. Ang. Luchii* Romæ ann. 1786. 4.°

Extant ejus

1. Carminum libri XI.,
2. De vita S. Martini libri IV.,
3. Libelli singulares III. (*Libri hactenus recensiti versibus varii generis sunt exarati; opera quæ sequuntur, prosa oratione sunt scripta.*).
4. Vita S. Hilarii episcopi Pictaviensis, (*Hæc constat duobus libellis, seu duabus partibus, in quorum primo de actionibus S. Hilarii, in altero de ejusdem prodigiis agitur.*),
5. — S. Germani episc. Parisiensis,
6. — S. Albini episc. Andegavensis,
7. — S. Paterni episc. Abrincensis,
8. — S. Radegundis reginæ,
9. — S. Amantii episc. Rutenensis,
10. — S. Remigii episc. Remensis,
11. — S. Medardi episc. Noviomensis,
12. — S. Marcelli episc. Parisiensis,
13. — S. Leobini episc. Carnotensis,
14. — S. Maurilii episc. Andegavensis,
15. Acta passionis SS. Dionysii episcopi, Rustici et Eleutherii

VENULEJUS (Q. Claudius Venulejus Saturninus) JCtus, vixit sub Alex. Severo, qui imperavit ab ann. a Chr. n. 222. ad 235. *V.* VENULEJUS in ONOM.

Extant ejus in Digestis fragmenta ex

1. libris X. actionum.
2. libro VII. disputationum,
3. libris VI. interdictorum,
4. ——— IV. de officio proconsulis,
5. libro de pœnis paganorum,
6. libris III. publicorum,
7. ——— XIX. stipulationum.

VERR. FLACC. (M. Verrius Flaccus) grammaticus celeberrimus, cujus vitam habes apud *Sueton. Gramm.* 17. *V.* VERRIUS FLACCUS in ONOM.

Extant ejus

1. Fragmenta Kalendarii Prænestini.
2. ——— alia (*collecta ab eodem* Fogginio, *de quo in* ONOM. *actum est*). (192).

VERUS (L. Verus Aug.) filius L. Ælii Cæsaris, natus ann. a Chr. n. 130., adoptatus ab Antonino Pio ann. 138., ad imperii societatem admissus a M. Aurelio ann. 161. appellatur L. Ælius Aurelius Verus, obiit Altini ann. 169. *V.* VERUS in ONOM. (193).

Extant ejus

1. Epistolæ VI. (*editæ inter opera* Frontonis *ab* A. Maio Romæ *ann.* 1823. 8.° ad Verum Imp. 2. 3. 5. 10. 11. 12.).

VESP. JUDIC. (Vespæ judicium coci et pistoris, judice Vulcano) ita appellatur carmen ludicrum, sex et nonaginta hexametris constans, cujus auctor vel cognomine *Vespa* fuit, vel sub eodem ficticio latitat. Illud edidit et illustravit *Wernsdorfius* in *Poet. Lat. min. T.* 2. *p.* 229.-239., nihil autem statuit de tempore, quo scriptum fuerit, in *præf.* de eodem *ibid. p.* 61.-64., sed non contemnendum putat Latinæ linguæ studiosis; ideoque nos quædam ex eodem nova vocabula Lexico addidimus.

VIB. SEQUESTER (Vibius Sequester) ubinam ortus fuerit, nemo facile dixerit. Quidam circa ann. a Chr. n. 390., alii quinto aut sexto Christi sæculo eum natum suspicantur. Ejus tamen opus ad antiquitatem, et poeticam geographiam cognoscendam haud omnino inutile est. In ejus locis citandis *Forcellinus* editione utitur *Fr. Hesselii* Roterodami ann. 1711. 12.°; nos sæpe consuluimus editionem Societ. Bipontinæ Argentorati ann. 1809. 8.°, in qua una cum *Pomponio Mela* editum est illius opus.

Extat ejus

1. De fluminibus, fontibus, lacubus, nemoribus, paludibus, montibus, gentibus, quorum apud poetas mentio fit, libellus.

VICTOR. (Claudius Marius Victor *seu* Victorinus) Massiliensis, orator et poeta non ignobilis, obiit post ann. a Chr. n. 450. Pluries edita sunt ejus carmina: nos præ manibus habuimus editionem *Pasq. Amatii*, qui in *Collect. Pisaur. T.* 5. *p.* 347.-362. duo priora opera inferius citata edidit.

Extant ejus

1. Commentariorum in Genesin libri III.,
2. De perversis suæ ætatis moribus epistola,
3. — nativitate, vita, passione, et resurrectione Domini carmen. (*Huic* Victorino *tribuendum putat* A. Maius *istud carmen, quod sub* Victorini *nomine is reperit in pervetusto Cod. Vaticano, edidítque in* Classic. Auct. T. 5. p. 382. *et seqq.*).

VICTOR (P. Victor) geographus, videtur vixisse circa postremos sæculi Christiani quarti annos

Extat ejus

1. De regionibus urbis Romæ libellus.

VICTOR. *V.* JUL. VICT.

VICTORIN. (C. Marius Victorinus) grammaticus, rhetor et poeta, Afer natione, qui diu docuit Romæ rhetoricen, et obiit ann. a Chr. n. 370.

Extant ejus

1. De orthographia et ratione metrorum, *seu* artis grammaticæ liber I.,
2. — didascalicis metris, *seu* artis grammaticæ liber II.,
3. — conjunctis inter se et mixtis metris pragmaticis *seu* artis grammaticæ liber III.,
4. — connexis inter se atque inconnexis, quæ Græci ἀσυνάρτητα vocant, *seu* artis grammaticæ liber IV.,
5. — metris Horatianis. (*Hæc omnia opera apud* Putsch. p. 2449.-2622.),
6. Expositio in I. et II. rhetoricorum librum Ciceronis. (*Inter* Antiquos rhetor. Lat. *a* Claud. Capperonerio *editos Argentorati ann.* 1756. 4.° p. 102.-255. (194),
7. De fratribus Machabæis ab Antiocho Epiphane interfectis carmen,
8. Hymnus de Homousio,
9. ——— de Jesu Christo Deo et homine,
10. ——— de cruce. (*Hæc quatuor postrema opera poetica edita sunt a* Pasq. Amatio *in* Collect. Pisaurensi omn. poet. T. 5. p. 83.-88.).

VICTORIN. (Maximus Victorinus) grammaticus incertæ ætatis.

Extant, apud *Putsch. p.* 1967.-1974., ejus

1. De re grammatica liber,
2. — carmine heroico,
3. — ratione metrorum.

VINDICIAN. (Vindicianus) comes archiatrorum, vixit sub Valentiniano I. Aug. circa ann. a Chr. n. 370.

Extat ejus

1. Epistola præmissa libro *Marcelli Empirici.*

VIRGIL. (P. Virgilius Maro) poeta epicus celeberrimus. *V.* VIRGILIUS in ONOM. In locis ejus citandis *Forcellinus* utitur editione *Pancr. Masvicii* Leovardiæ ann. 1717. T. 2. 4.°; nos vero sæpissime consuluimus editionem *Chr. G. Heynii* Lipsiæ ann. 1803. T. 4. 8.°

Extant ejus

1. Eclogæ X.,
2. Georgicorum libri IV.,

(192) Verrii Flacci fragmenta quædam edidit etiam *Lindemannus* in opere, cui titulus: *Corpus Grammaticorum*, de quo *V.* notam n. 27.

(193) De orationibus hujus imperatoris V. *Henr. Meyer.* in op. super. cit. (*V.* notam n. 10.) *p.* 377.

(194) Hanc *M. Victorini expositionem* a plurimis vitiis emendarunt atque inter Ciceronis Scholiastas ediderunt *Jo. Casp. Orellius* et *Jo. Georgius Baiterus*. Turici 1835.

3. Æneidos libri XII.
Eidem etiam tribuuntur
1. Culex,
2. Ciris,
3. Moretum,
4. Copa,
5. Catalecta. (*Priora hæc quatuor poematia, et epigrammata* XIV. *sub* Catalectorum *nomine* Virgilio *passim tribuuntur: vide tamen quæ de singulis his disputat* Chr. Gottl. Heynius *in calce suæ editionis Virgilianæ, quæque de* Moreto *et* Copa *habet* Jo. Christ. Wernsdorfius *in* Poet. Lat. min. T. 2. p. 253. *et seqq., ubi hæc duo poematia* A. Septimio Severo *tribuenda censet, ut diximus supra ad* SEVER.).

VITRUV. (M. Vitruvius Pollio) artis architectonicæ scriptor opus suum vulgasse videtur post ann. U. C. 727., obiit vero ann. 743. *V.* VITRUVIUS in ONOM. Usus est *Forcellinus* editione *Jo. de Laet.* Amstelod. ann. 1649. fol., nos sæpissime utimur editione *Jo. Gottl. Schneideri* Lipsiæ ann. 1807.-1808. T. 3. 8.°
Extant ejus
1. De architectura libri X.

VOPISC. (Flavius Vopiscus) Syracusanus, scriptor historiæ Augustæ, circa ann. a Chr. n. 290.
Extant ejus
1. Vita L. Domitii Aureliani Aug.,
2. — M. Claudii Taciti Aug.,
3. — M. Annii Floriani Aug.,
4. — M. Aurelii Probi Aug.,
5. — Firmi, Saturnini, Proculi et Bonosi tyrannorum,
6. — Cari, Numeriani et Carini Augg.

VULCAT. GALLIC. (Vulcatius, *seu* Volcatius, Gallicanus) scriptor historiæ Augustæ, ignoti nominis homo. *V.* VOLCATIUS in ONOM.
Extat ejus
1. Vita Avidii Cassii tyranni.

VULCAT. SEDIG. (C. Vulcatius, *seu* Volcatius, Sedigitus) poeta epigrammaticus, *Plinio* seniori antiquior. *V.* VOLCATIUS et SEDIGITUS in ONOM.

# LEXICON
# TOTIUS LATINITATIS

AB

## AEGIDIO FORCELLINI

SEMINARII PATAVINI ALUMNO

LUCUBRATUM

DEINDE

A

## IOSEPHO FURLANETTO

EIUSDEM SEMINARII ALUMNO

EMENDATUM ET AUCTUM

NUNC VERO CURANTIBUS

## FRANCISCO CORRADINI ET IOSEPHO PERIN

SEMINARII PATAVINI ITEM ALUMNIS

EMENDATIUS ET AUCTIUS

MELIOREMQUE IN FORMAM REDACTUM

Secunda impressio anastatice confecta quartae editionis aa. 1864-1926 Patavii typis mandatae cum appendicibus quibus aucta est prima anastatica impressio a. 1940 edita.

J. PERIN

# APPENDIX

AD

# LEXICON TOTIUS LATINITATIS

A - C

# PROOEMIUM

Appendix LEXICI et ONOMASTICI Forcelliniani, quam quoquo modo eis adjicere conatus sum, ut in id genus operibus conficiendis fieri solet, nunquam non mancis et imperfectis, quae quidem vulgaria non sunt enchiridia ad usum scholarum dumtaxat comparata, sed doctioribus linguarum scientiarumque studiosis prae manibus habenda, perutilis atque adeo necessaria procul dubio existimatur.

Additarum autem Lexico haec communium collectio vocum, nimia laborat brevitate; multae enim ex iis, quae praecipue ad sequiorem latinitatem pertinent, sive a Forcellini sed parciter, sive majore libertate a Furlanetto, a Corradini et a me, in nostris editionibus, maxima vero a De-Vit iam invectae sunt. Qua re pauca seligenda curavi, ne opus barbarie inquinarent, aut si non ad scriptorum classicorum elegantiam vel decorem accederent, saltem non longe hinc abesse viderentur.

Nullus tamen infitior, quod ceteroqui viris litteratis compertum est, voces etiam Glossariis, quibus usus sum, contineri, quae non modo florente adhuc aetate latinae linguae vulgo essent usurpatae, sed et ab antiquis, quorum scripta pleraque nunc desiderantur, adhibitae. Porro has tam ad veterum fragmenta seu reliquias intelligendas atque exponendas, quam ad integra omnium scriptorum opera illustranda valde conferre posse, ac perperam fuisse neglectas nemo est quin videat. Praesto autem mihi fuere glossaria Isidori, Placidi, Papiae, Ugutionis, Iohannis de Janua, Amplonis, Loewe ac praesertim Mai ex ejus S c r i p t o r u m  V e t t. nova Collectione, quam doctissimus vir adornavit (VI. 43. sqq.).

Propriorum vero nominum collectio sequetur, non tota tamen sejuncta a communibus, sed ita digesta ut, ordine alphabetico utriusque simul servato, singula propria singulis communibus continuo adjiciantur. Haec autem utique uberior quam quae communiun exsistet, non vero uberrima. Sane quam longe copiosior esse potuisset, facile intelligitur, materiam inexhaustam suppeditante ingenti potissimum inscriptionum cumulo; verum ea fere sola personarum locorumque nomina inserta sunt, quae aliquid momenti haberent. Sed haec etiam pauca breviterque ut plurimum, si oportuerit, illustrata, uti proposito meo fieret satis; secus volumen ita increbuisset, ut operis majoris molem superaret. Ceterum de iis consuli possunt tot Sylloges, corpus magnum Inscriptionum, Thesaurus praesertim linguae latinae, complurium eruditorum virorum opera et studio concinnatus in Germania et quidem locupletissimum, non ita tamen ad unguem, ut nihil in eo sit, quod reprehendi queat. Hoc autem in justam excusationem verti licet Forcellino nostro; nam si post tantum studiorum progressum magni quoque latinitatis cultores in scopulos impegisse dicuntur, sique ab iis perfectiora expostulantur, mirum profecto non est, quod quaedam in illo minus recta occurrant, aliis deficientibus litterariae eruditionis adminiculis seu fontibus postea

repertis. Ceterum nunquam non litteratis hominibus deerunt obtrectactores, qui inolito omnia carpendi vitio, ubi plura nitent, paucis, si quae sunt, maculis offendantur ac fidem illis auctoritatemque derogare non vereantur, in quo quidem studio tantum praestat indoctorum scientia debiliumque vis; idque etiam, aliam tamen ob causam, docti vel ipsi, praesertim exteri, plerumque peccant, qui nostratium opera laudatissima (uti Forcellini nostri eorum magistri *) nusquam in suis lucubrationibus memorant, superbo silentio damnata atque compressa.

Supervacaneum porro est, ut ad rem nostram redeamus, a qua parumper divertimus, admonere, quod per se patet, nostram hanc Appendiculam eo tendere ut non solum vocabula quaedam in Lexico et Onomastico omissa, vel citata, non autem suo loco posita atque illustrata, vel ex lapsu memoriae neglecta, aut alia postmodum inventa hic inserantur; sed etiam, quod pluris interest, errata corrigantur sive nostro aliquando sive saepius typothetarum defectu illapsa et falsae quaedam auctorum latinorum lectiones emendentur.

Quod itaque opus pro viribus dare potui, minusculum quamvis, boni consulant qui legerint, ac si quid peccet, veniam tribuere velint.

JOS. PERIN

*) In Lapide, qui memoriae tanti luminis, de quo nulla aetas conticescet, Seminarium Patavinum nuperrime omnem litteratissimi viri laudem laconica brevitate complectens, sollemnem ortus III. saecularis B. Gregorii Barbadici nostri occasionem nactum erexit, haec leguntur:

AEGIDIO · FORCELLINI
LEXICOGRAPHORVM · PRINCIPI
B · GREGORII · BARBADICI · CARD · EP ·
NATALI · III · SAECVLARI · REDEVNTE
SEMINARIVM · PATAVINVM
ALVMNO · SVO
P.
XIV · K · IVL · AN · M . DCCCC . XXV.

---

NB. — Verum tamen superest hoc saltem animadvertendum, Appendices, quindecim iam ante annos conscriptas, atque Auctore vita functo cum essent edendae, novissimis subsidiis iuxta Georgii Goetz Corpus Glossariorum necnon ea omnia, quae in Thesauro L. L. et in Lexico Georgiano hucusque edita sunt, fuisse diligenter recognitas, emendatas et auctas.

# APPENDIX

## AD

# LEXICON TOTIUS LATINITATIS

## A

**A A A**, vox dolentis et obsecrantis (Hebr. *ahah*, lat. *ah! ah!*). Occurrit apud *Vulg. Jer.* 1. 6. et 14. 13. — Cum dat. *Ioel.* 1. 15. « A a a diei! » quasi dicas: Veh diei! Cf. *Ezech.* 9. 8. et 11. 13. « Heu, heu, heu Domine Deus! ».

**A, AB, ABS, AF, AU**, præpositiones vel adverbia inter se confusa — Derivatur *ab* (in *a* decurt.) a gr. ἀπό; goth. *af*; ind. *ava*; ut *abs* a gr. ἄψ; *Au* ab hibern. *ua* et sclavon. *u*, V. *Deelbrück Vergl. Synt.* II, 176. 9. *Th.* (*Gloss.* ἀπό, ὑπέρ, παρά, χωρίς) et *Rolfe, Archiv.* 10 (1898) 465-505. — ¶ 1. *A* præponitur vocibus incipientibus a littera conson. et *ab* iis, quae a vocali incipiunt. Sunt tamen, qui *a* præponunt, si vox incipit ab aspirata, ut *a Hieronymo* pro *ab Hier.*, in sua lingua aspirandi consuetudini assueti, sed a Romanis neglectæ (Cf. *avena, erus* etc.) vel nobis parum cognitæ (Cf. *mihi, nihil*). V. *Wölfflin, Helmüth, Zumpt, Osann, Langen, Zangemeister, Pezzi*, al. — Item *ab* ponitur etiam ante voces a *b* incipientes, quo ingrate sonant, ut ap. *Varron.* 5. *L. L.* 73. « ab bello ». — ¶ 2. *A* postponitur etiam relativo, ut *quo a* (pro *a quo*): sic *quo de, quos inter* (*Plaut. Asin.* 119.); vel separatur a suo substantivo (ut in *Ovid. Art. am.* 3. 568. « indicio probor ab ipse meo »); et ἀπὸ κοινοῦ duorum membrorum alteri adiicitur (*Plaut. Asin.* 163. « Solus solitudine ego ted atque ab egestate abstuli ») — ¶ 3. *Ab* construitur cum abl., sed recentiori tempore etiam cum accusativo, *C. I. L.* 6. 4355. (lib. Drusi) « ab conservas ». Adde: 10. 6954 (p. Chr. a. 240.) « a Nuceriam » 11. 3281-3283. etc.; *Itala* (Cf. *Rönsch* p. 409.) ut *Ioh.* 5. 13. « declinavit a turbam », etc. — Cum genetivo est graecismus. *C. I. L.* 5. 18846. « Galatæ filio ab Danahes ». Adde *C. I. L.* 6. 2234. etc. — ¶ 4. In comparatione pro *quam*, qui usus non in Africa natus est, neque a Punica origine neque a Semitica petendus, sed videtur ex notione quadam separationis ortus. (V. etiam *Serv. gramm.* 4. 407. 27): Exempla; *Plin.* 18 *N. H.* 126. « Alius usus praestantior ab iis non est ». *Interpr. Iren.* 1. 26. 1, 2. 13. 9, 2. 2. 4. 2. 34. 2. « inferior ab illo ». *Serm. ant. rel.* 10. *M.* 13. 636. « homo prætiosus ab angelis », pro *prætiosior*. Sic *Vulg. Luc.* 18. 14. « Descendit hic iustificatus... ab illo ». Adde *Iul. Val.* 3. 17, *Lact.* 1. *inst.* 21. 16.; *Porphyr. Hor. Sat.* 2. 5. 56. — Cum adverbiis *longe, una, semel, olim* etc. *Vulg. Matth.* 26. 58. « Sequebatur a longe ». Adde *Pelagon.* 387. etc. — *A, ab* præpositio significat etiam: ¶ 1. *coram*. *Vulg. Ps.* 17. 22. « Nec impie gessi a Deo meo ». Chaldaica hebraismum solvunt: « Coram Deo meo ». Item: ¶ 2. *præter, extra*. *Vulg. Ps.* 72. 25. « Et a te quid volui super terram? », h. e. nihil præ Deo cupio, nihil præter Deum opto. Item: ¶ 3. *propter*. *Vulg. Eccli.* 42. 11. « Ne quando faciat te opprobrium venire inimicis a detractione in civitate etc. » h. e. propter publicam domus tuæ infamiam. — ¶ 4. Denique præter alia quæ in Lexicis habentur *a, ab* inservit officiis designandis servorum vel ministrorum. Hinc in libris et monumentis epigraphicis hæc alia inveniuntur exempla, quæ in Lexico adnumeratis addimus, ut: *ab accidentibus, ab actis, ab admissione* v. *admissionibus, ab ægris, ab ærario, ab alimentis, ab apotheca, ab auctoritate, ab cardine, ab cyato, ab indicibus, ab instrumento* v. *instrumentis, ab opera publica, ab sacrario, ab unguentis, a balneo* v. *balneis, a bibendo, a calamistro, a calendario* v. *calendariis, a caliculis, a calida, a cancellis, a cellariis, a cena, a copiis, a custodia armorum, a dactyliotheca, a diplomatibus, a flammeis, a frumento, a gemma, a Jano, a jumentis, a laguna* v. *lagena, a lapidicinis, a legatis, a libellis, a locis cubiculorum, a loricata, a marmoribus, a Minervae opere, a militiis, a mundo muliebri, a patrimonio, a pendice, a plumbo, a punctis, a purpura, a quæstione* v. *a quæstionibus, a sacris, a sandaliis, a secretis, a sede, a statuis, a supellectile, a tabernaculis, a theatro, a veste, a vinis, a voluptatibus.*

**A, AH**, interiectio. V. *Ah* in Lexico.

**ĂBALTĔRŬTRUM**, adv. (*ab* et *alteruter*) seorsum. *Hygin. de Munition. castrorum* § 43. « (Milites) non plus quam tripertiti esse debebunt non longe abalterutrum », h. e. alteri ab alteris. Adde *Greg. Tur.* 6. *Hist. Franc.* 31. p. 271. 5.

**ABANĒT**, indecl. (Hebr. *abnêt* « tractum »), genus vestimenti *Hieronym. Ep.* 64. 12. « Tertium genus est vestimenti (*sacerdotum Hebræorum*); quod illi appellant abanet, nos cingulum, vel balteum, vel zonam possumus dicere ». Et *Isid.* 19. *Orig.* 21. 2. « Abanet (*var.*) cingulum sacerdotale rotundum ».

**ĂBANGUSTUS**, a, um adiect. idem ac angustus v. brevis. *Diosc.* 4. 71 « (Mandragora herba) folia habet abangusta (στενώτερα) a lactuca et minora », ubi *ab* comparationis initium indicans bis ponitur.

**ĀBANTŌNĬA**, æ, f. 1. (Cf. germ. *ambaht* "*Amt*"?) ancilla, ut videtur, operaria *Lex. Sal. capit. VI.* 5.

**ĂBARTĬCŬLĀMENTUM**, *i*, n. 2. (ab *et* articulus) superior artus. *Placit. de Med.* 23. 2. abarticulamenta aquilæ.

**ĂBAUDĬO**, ire, 4. idem quod audio v. exaudio. *Itala, Exod.* 7. 4. (*cod. Lugd.*) « Non abaudiet vos Farao (sic) » (*Vulg.* audiet).

**ĂBĂVOS**, ἀρχαικῶς pro abavus *C. I. L.* 1. 1198 « Mes(sius) abavos patris mei » *Plaut. Pers.* 57. « Pater avos proavos abavos atavos tritavos ».

**ABBÆTO**, is, ĕre (ab *et* bæto), abire. *Plaut. Truc.* 96. « Ne quis adventor gravior abbætat quam adveniat ». Ita ed. *Spengel*; abætat *Schoel.* (*Prisc. gramm. III* 425. legit: *abeat*).

**ABBAS** et etiam *abba* ap. *Venant.* 4. 4. 10.; imo *Greg. Tur.* solam hanc formam agnoscit, quae etiam in titulis christianis legitur.

**ABBRĔVĬĀTOR**, ōris, m. 3. qui breviat. *Isid. Proēm. nov. et vet. test.* 89. « Marcus abbreviator Matthæi ».

**ABDĔCET**, non decet, dedecet. *Pelagon.* 2. *de equis*: « Cauda longa et non setosa.... abdecet ». *Gloss. V.* 343. 30. et V. 435. 10.

**ABDĬCANDUS**, i, m. 2. proprie partic. v. abdico, quod absolute tamquam nomen usurpatur a *Quint. Declam. in lemmate* « Abdicandus cum gladio ». *Id. ibid.* 330. *in lemmate* « Abdicandus qui alit adulteram matrem ».

**ABDĬTŪDO**, inis, f. 3. idem quod absconsio. *Virg. gramm.* p. 83. 4. « Cælum quia celat et celatur, abditudine sua rectissime nomen accipit ». Alii tamen aliter legunt.

**ABDORMĬO**, ἀφυπνῶ. *Gloss.* II. 254. 9. III. 399. 32. ἀποκοιμᾶται abdormit: item explicantur in *Gloss.* formæ « abdormivi, abdormisti, abdormivimus » (Cf. *abnocto*), ut sit extra domum dormire.

**ABDUCTA**, æ, f. 1. (*subaud.* mulier) titulus comœdiæ Afranii, cuius fragmenta extant apud grammaticos veteres, ut *Fest.* p. 454. 28. (*L.*) « Afranius in Abducta ». Adde *Non.* 6. 48. et 378. (*M.*).

**ABDŪMĔN**, inis, n. 3. idem ac abdomen. Ita scribitur a *Charis. Gramm.* I. 38. 9. et passim in *Gloss.* Abdumen, λαπάρα, ὑπογάστριον, λίπος, ilium, pinguedo.

**ĂBĔMO**, is, ĕre, auferre. *Paul. ex Fest.* 4. 18. *Gloss.* II. 3. 29. « abemit, ab eam (sic!) accepit: ἔλαβεν ».

**ĂBĔO**, is, imper. *abei* in *Anthol. Lat.* 1276. 8. *Meyer.* — Genet. gerund. *abiendi* ut *Plaut. frg.* ap. *Prisc.* II. 24. Præteriti 1. p. *abi* ap. *Stat. Ach.* 2, 152. (*V. Neue Formenl.* II. 409.).

**ĂBHINC**, adv. ab v. ex eo loco et translate ab v. ex eo tempore. Præmittitur vero semper, quod sciam, nomini numerali acc. vel abl. ut *abhinc multos annos*, non *multos abhinc annos*, uti fere a pluribus vel classicæ latinitatis studiosis haud recte fieri solet. V. allata in *Lexico* exempla ad h. v.

**ĂBĬES**, ĕtis, f. 3. nom. arboris notæ translate in admirabili suo vaticinio usurpat *Zach.* 11. 1. sgg. « Comedat (Libane) ignis cedros tuas (sc. principes gentis). Ulula, abies, quia cecidit cedrus etc. (sc. sacerdos, collective pro sacerdotes).

**ĂBĬĒTĀLIS**, e, adiect. ad abietem pertinens, abiegnus. *Serv.* ad *Virg.* 11. *Aen.* 667. « "longa abiete": hasta abietali » (*al.* abetata).

**ĂBĬGĔO**, as, āvi, ātum, āre vel abigo, are, idem ac abigo. *Cypr. Ep.* 71. 2. « Ovem abigeatam et errabundam in ovile suum pastor recipiat » *Lucif. De non parc.* 3. « Redi ad Dei Ecclesiam, a qua te per Arianos abigavit coluber etc. » hoc est diabolus.

**ĂBINDĔ**, adv. — ¶ 1°) De loco est ab vel

ex eo loco. *Comm. Apol.* 350. « quasi sumat abinde ». (de cruce) et 496. « descendebat abinde ». *Paul. Nol. Carm.* 23. 365. « abinde navis promovenda longius ». ¶ 2.°) De tempore. *Paul. Nol. Ep.* 6. 2. « iam abinde... ex quo te cognovimus ».

**ABJĬCIO**, is, ēci, jectum, ĕre, a. 3., aliter a communi usu sonat apud *Vulg. Eccli* 27. 25. « Adnuens oculo fabricat iniqua et nemo eum abjiciet », h. e. a clandestinis eius machinationibus dimovebit.

**ABJUNCTUM**, n. 2. (*ab* et *jungo*) brevis vel concisus dicendi modus. *Carm. de Figur.* 55. p. 65. *Halm.*

**ABLĂVO**, as, āvi, āre, 1. a. — *Charis. exc. gramm.* I. 564. 14. « lavo lavi, ablavo ablavi ». *Gloss.* II. 239. 25. « ablavo, ἀπονίπτω ».

**ABLĬGURRĬO**, sync. imperf. abligurribam. *Apul. Met.* 10. 14.

**ABLINGO**, is, ĕre, lingendo auferre, lingo omnino, abligurrio. *Marc. Empir.* 8.

**ABLŪTUS**, part. fut. *ablúturus*, ap. *August.* 6. *Confess.* 16. 26. *Abluiturus* ap. *Prud. apoth.* 684. *Ablūta* est ap. *Sedul.* 4. 269.

**ABNĔGANTĬA**, æ, f. 1. idem ac abnegatio. *Herm. Past. mand.* 8. « Oportet abstineri... ab abnegantia (abnegatione *vulgo*, ψεύσματος) et mendacio » καταλαλιᾶς, versio recentior « a mendacio et a detractione ».

**ABNĔGĬTO**, as, āre, a. 1. frequent. a *nego*, saepius abnego. *Gloss.* V. 435. 28. et 559. 2.

**ABNORMIS**, e, adject. (*ab* et *norma*). *Gloss.* ἄρυθμος, innumerabilis. — Translate: *Horat.* II. *Sat.* 2. 2. « quæ præcepit Ofellus rusticus abnormis (abnormi αγ) sapiens crassaque Minerva » ubi *Schol.* « ultra normam philosophiæ peritus ». Cf. *Cic. Lael.* 5. « ad istorum normam fuisse sapientes ».

**ABNŬENTĬA**, æ, f. 1. (abnuo) abnuitio (= ἀπόφασις), ut fig. rhet. *Augustin de Reth.* p. 144. 2. *ed. Halm.*

**ĀBŎLĬTĬO**, ōnis, f. 3. huic voci addimus ad majorem antiqui moris perspicuitatem nomina eorum, qui reis adnumerarentur, relata fuisse in tabulam, quæ publice in ærario suspendebatur, donec *abolitio* fieret. Unde in illa rei pendere dicebantur. *Cic. Cluent.* 31. 86. et *Suet. Dom.* 9. Hinc. in *reos referre* et *rei nomen recipere* locutiones vulgatæ. Abolitione autem facta, tabula refigebatur, h. e. reus de reorum numero eripiebatur; hinc item locutiones *de reis eximere* v. *eripere* usurpatae. Cf. *Cic. Suet. Cod.* et *Paul.* Ita *De-Vit.*

**ĀBŎLĬTUS**, a, um, adject. (aboleo), vietus, antiquatus. *Fortun. Rhet.* 3. 6. « quæ (*verba*) non adeo sunt abolita, ut sunt in XII. tabulis et saliari carmine », et 9. « ut (*verba*) splendida sint, non dura... non abolita ».

**ĀBŎLĬTUS**, us, m. 4. idem ac abolitio. *Cassiod.* 4. *Var.* 41. 2. « in abolitum missa sententia, quæ a vicario urbis Romæ, super hac parte cognoscitur promulgata » (Cf. *In Psalter. Migne* 70. 618. « in abolitionem transmissum »). Ita *Bannier.*

**ABRĔNUNTĬĀTĬO**, ōnis, 3. f. (abrenuntio), actus abrenuntiandi. *Cassian.* 4. *Inst.* 34. « Abrenuntiatio nihil est aliud quam crucis ac mortificationis iudicium ». *Cassian. Coll.* 3. *de trib. abrenunt.* 3. 6. « Tres esse (*abrenuntiationes*) patrum traditio et scripturarum sacrarum demonstrat auctoritas, quasque unumquemque nostrum omni studio oportet implere. Prima est qua corporaliter universas divitias mundi facultatesque contemnimus. Secunda, qua mores ac vitia affectusque pristinos animi carnisque respuimus. Tertia qua mentem nostram de præsentibus universis ac visibilibus evocantes futura tantum modo contemplamur et ea quæ sunt invisibilia concupiscimus ». Adde *August. c Iul.* 2. 224. et *Ps. Aug. Serm.* 99. 1.

**ABREPTĬO**, ōnis, f. 3. (abripio), actus abripiendi. *Isid. Quæst. reg.* 1. 8. tit. de abreptione Saulis a spiritu nequam. Adde *C. I. L.* 6. 142 *b.*

**ABREPTUS**, us, m. 4. (abripio), raptus puellæ. *Schol.* in *Caes. Germ. Arat.* p. 396, 4. *Eyss.*

**ABSCISSĬO**, ōnis, f. 3. (abscindo) abruptio, obtruncatio. *Cassian. Cœn. Inst.* 1. 4. abscissio manicarum. Cf. *Ambros. poen.* 10, *Leo M. Ep.* 155. 2. et 169. 12. Sed probabiliter sunt falsæ lectiones pro *abscisio*, sicut abscissus pro abscisus etc.

**ABSCONDĬTĬO**, ōnis, f. 3. (abscondo) idem ac absconsio, *August.* in *Iob.* 7. « Absconditio Adae a facie Domini ». Cf. *Vulg. Is.* 4. 6. « tabernaculum erit... in absconsionem ».

**ABSCONDĬTUS**, a, um, partic. v. abscondo, aliquando sensum habet a communi diversum: sc.; Privationem exprimit, ut « *consolatio abscondita* » ap. *Vulg. Os.* 13. 14. h. e. non solatium occultum sed privatio solatii. Item « *absconditum peccatum* » *ibid.* 13. 12. h. e. non occultum Deo sed in diem judicii suppliciique dilatum.

**ABSDO**, dĕdi, dăre, a. 1. (*abs* et *do*), quod datum est aufero, vel mihi datum, aut a me possessum, do, it. *dar via.* Ita *Nov. Atell.* 34. *Ribbeck.* « Non multo post sonarium accepit, absdedit ».

**ABSENS**, entis, (absum) nom. v. adject. — De absentibus plura constituta sunt in iure tam civili quam criminali. *De requirendis vel absentibus damnandis.* V. *Dig.* 48. 17. *Cod.* 7. 43. et 8. 5., 2. 50. et 54. — Absentes in petitione honorum lege pompeia summovebantur. V. *Lexicon* ad h. v.

**ABSENTĀTĬO**, ōnis, f. 3 (absento) actus absentandi, absentia. *Desid. Ep.* 1. 11. *M.* « ut post diutinam corporis absentationem refocillemur mutua confabulatione ». *Gloss.* ἀποστήθισις, ἀπὸ στόματος (*var.* σώματος) absentatio *Scalig.*

**ABSENTĀTUM**, i, n. 2. (absinthium) vinum absinthio conditum, absinthiatum. *Lamprid. Heliog.* 21. *Peter* et *Hohl* (absinthatum *Iordan*).

**ABSŎLŪBĬLIS**, e, adject. (absolvo), qui absolvi potest, absolvendus. *Ambros.* in *Ps.* 118. *serm* 12. § 7.

**ABSŌNO**, as, āre, 1. n. (ab *et* sono), dissono. — Deest in *Lexico* perf. *absonui* et est in *Gloss.* II. 5. 19.: absonu(i) ἀπήχησα. Cf. *Gloss.* II. 235. 9., II. 5. 18.

**ABSORBĬTĬO**, ōnis, f. 3. (absorbeo), actus absorbendi. *Ambrosiast.* 1. *Cor.* 6. 18. « Ipsa submersio et absorbitio libidinis et concupiscentiæ carnalis ». (Totus hic locus idem qui *August. Serm.* 162).

**ABSQUĔ**, praep., saepe ap. *Vulg.* idem est ac praeter *Is.* 44. 6. « Absque me non est Deus ». Cf. *Gen.* 31. 50. *Os.* 13. 4. etc.

**ABSTENSUS**, us, m. 4. (abstineo), abstinentia. *Plac. Med.* 30. 3. « Abstensus... a vino diebus decem caducis remedium est ».

**ABSTERSĬO**, ōnis, f. 3. (abstergeo) actus abstergendi. *Vindic. Epist.* (*Marc. med.* p. 22.) « sudoris eius abstersionibus laboravi ».

**ABSTIRPO**, as, āre, a. 1. (ab *et* stirps) exstirpo. *Gloss.* IV. 302. 27. « abstirpat, aberruncat ».

**ABSTRACTUS**, a, um, adject. (abstraho) ad incorporeum abductus, incorporeus. (V. voc. in *Lexico*). Addimus *Claud. Mam.* p. 130. 7. « de specie corporis corporeo sensu abstracta ». *Cassiod. gramm.* VII. 214. 3. « A mathematica vero est scientia, quae abstractam considerat quantitatem. Abstracta... quantitas dicitur, quam intellectu a materia separantes vel ab aliis accidentibus sola ratiocinatione tractamus ». Et *art* 4. (*Migne* 70. 1204 *D*) « Intentio arithmeticæ est docere nos naturam abstracti numeri ».

**ABSŪMĒDO**, inis, f. 3. (vox per iocum ficta ab *absumere*) quasi assumptio. *Plaut. Capt.* 904. « Quanta sumini absumedo (codd. – *endo*), quanta collo calamitas *veniet* ». *Absumedo* coll. *calamitas* probabilior videtur lectio.

**ĀBUNDĀBĬLIS**, e, adject. (abundo) idem ac valde abundans. *Cass. Fel.* 38. p. 84. « Plethoricum corpus... quod nos latino sermone abundabile dicimus ».

**ĀBYSSUS**, i, f. 2. proprie accipitur pro loco sine fundo v. profundissimo; sed: a) minus proprie pro humore terram liberaliter irrigante *Vulg. Gen.* 49. 25. « Omnipotens benedicet te... benedictionibus abyssi ». b) Translate pro copiosissimis gravibusque ærumnis. *Ps.* 41. 8. « abyssus abyssum invocat ». c) Pro amplis divitiis diu repositis. *Am.* 7. 4., *Ezech.* 4. 31. s.

**ĀCĀTĀLEXIS**, is, f. 3. (ἀκαταληξία) *Aud. gramm.* VII. 333. 18. « Acatalexis... est cum versus legitimo fine idest pleno temporum numero terminatur », cui *catalexis* opp.

**ACCENSĬBĬLIS**, e, adject. (accendo), qui accendi potest. *Vulg. Hebr.* 12. 18. « accensibilis ignis ».

**ACCENTĬO**, ōnis, f. 3. (accino) actus accinendi *Eulog. in Cic. Somn. Scip.* p. 15. 15. *Hold.* « ubi (*soni*) nimius incitatiorque pulsus est, accentio vocitatur... Ex accentionibus ratione musicae cantio temperata symphonia dicitur », V. *Völlflin, Archiv.* 8. (1893) 17.

**ACCĬDENTĀLIS**, e, adject. (accidens) qui ad accidens pertinet. *Victorin. rhet.* p. 211. 40. « rem aut substantialem... aut accidentalem » (*al.* accidentem) *August. Cognit. ver. vit.* 19. « Illa (vocabula) sunt ei (*Deo*) secundum se substantialia, ista secundum nos ei accidentalia ». Adde *ibid. spirit. et anim.* 13. « Habet accidentalia (anima) et ipsa non est ». *Boet. Porph. B. Migne* 64. 118. *ibid.* 129.

**ACCINCTĬO**, ōnis, f. 3. (accingo) actus accingendi. *Itala* (*Hieronym. Ep.* 122. 1. et 147. 3). *Is.* 22. 12. « accinctionem ciliciorum (*Vulg.* cingulum sacci) ». *Hieronym. Epist.* 78. « Vicesima nona mansio interpretatur "nuntius" sive "expeditio" et "accinctio" ». *August. in Ps.* 92. 3. « Quid est accinctio gladii circa femur? ». *Cassian.* 1° *Inst.* 11. 2. « accinctio lumborum ».

**ACCINCTUS**, us, m. 4. (accingo) idem quod accinctio. *Hieronym. in Ezech. hom.* 10. « Ut.... in expeditionis accinctu manifestemus caritatem nostram ».

**ACCĪSĬO**, ōnis, f. 3. (accido) actus accidendi. *Paul. Nol. Ep.* 23. 10. « Peccata nostra, quibus super capillos capitis nostris multiplicatis animam habemus impexam, non accisione medii tondeantur, sed ad vivum quasi novacula radente perimantur ».

**ACCLĪNĀTŌRĬUM**, ii, 2. n. (acclino) fulcrum dorsuale, it. *spalliera*, ap. *Ambros. de Virg.* 3. 5. 21. « acclinatorium lecti ».

**ACCŎLĀTUS**, us, m. 4. (accolo) actus accolendi. *Augustin.* in *Ps.* 104. « Incolatus vel accolatus non indigenam sed advenam ostendit ».

**ACCŬBĬTOR**, ōris, m. 3. (accumbo) qui accumbit. *Porphyr. Horat.* 1. *ep.* 18. 10. « Imi lecti accubitorque Dei ». *Inscr. Christ. De Rossi* II. p. 258, *adn.* $^3/_4$ « Sancte Iohannes, accubitorque Dei » (Cf. *Ev. Ioh.* 13. 23).

**ĀCĒDĬŌSUS**, a, um, adject. (acedia), acediæ nimis indulgens. *Ps. Augustin. Spec. pecc.* 7. « piger et acediosus ad opus divinum accedis ».

**ĀCERBĀTRIX**, tricis, f. 3. (acerbo) quæ acerbat. *Salvian. Gub. Dei* 3. 4. « Ecclesia... acerbatrix Dei ». (*opp.* placatrix).

**ĀCERBĬTER**, adv., (acerbus) idem quod acerbe. *Ps. August. Cogn. veræ vitæ* 1. « Virus diu sub livido corde concretum in me acerbiter evomit ».

**ĀCĒTŌSUS**, a, um, adject. (acetum), valde acidus. *Schol. Pers.* 6. 17. « vapida dicit acetosa ». *Gloss.* III. 256. 19. « τὰ ὀξυκύαμα, fabæ acetosæ ».

**ĀCHĀRĬTER**, adv. (acharis), ingrate. *Augustin. Spec.* p. 133. 16. « Stultus achariter improperabit ». (*Codd. Optt.*).

**ĀCĬERIS**, is, f. 3. (– ē – ?) (acies) ænea securis, quæ in sacrificiis adhibebatur. *Paul. Fest.* 10. *Gloss. Scal.* V. 590. 63. « Acieres genus securis ». Cf. *Gloss.* II. 13. 9. « accerea » (sic!) ἀξίν(η) ἱεροφάντου, ὡς Πλαῦτος (?) ». V. *Büchler Rhein. Mus.* XLVI (1891) 233.

**ĀCŒMĒTENSIS**, e, adject. (ἀκοίμητος), insomnis, idem ac acœmetus, dictum de monachis insomnibus. *Avell.* p. 326. 23. « De acœmetensi monasterio fuit ». (*Cod. Iustin.* 1. 1. 8. 31.). *Vict. Tonn. Chron. min.* III. p. 203. 552. *Ibid.* p. 191. 487. « per monachos monasteriorum acœmetensium ».

✠**ACŌRA** et **ACHORA**, æ, f. 1. (ἀχώρ), ¶ 1. *Th. Prisc. Eup.* 13. « Achoras papillas dicimus quæ per cavernas brevissimas humorem pingu...

simum mittunt». Adde *Gloss.* III. 597. 6. ¶ 2. Est etiam porrigo. *Cass. Fel.* 2. p. 10. «Tineas capitis Græcis achoras vocaverunt».

ĀCŎRŌTĬCUS, a, um, adject. (acor) acoro affectus. *Diosc.* 5. 84. de vino acorotico, idest acri.

ACQUĪSĪTOR, ōris, m. 3. (acquiro) qui acquirit. *August. Serm.* 302. 7. «Huius ergo vitæ amatores martyres fuerunt et huius vitæ acquisitores sunt».

ACRĪVOX, vōcis, adject. (acer *et* vox) voce acuta præditus. *Arnob.* 3. p. 108. *Alii aliter leg.*

ĀCRŎĀMĂTĬCUS, a, um, adject. (acroama) cantui, musicæ, lectioni inserviens, ut acroamatica serva in *C. I. L.* VI. 8693. ubi legitur «*acroamat.*» sed intelligendum «*acroamatica*», non autem «*acroamataria*» ut interpretatur *Orellius Inscr.* n. 2885. Cf. *C. I. L.* VI. 8760.

ACRŎPŎLIS, is, f. 1. (ἀκρόπολις) arx. *Gloss.* III. 487. 12., 506. 22. «Acropolis initium (munitio *conjicit* Leo) civitatis».

ACTĬŌSUS, a, um, adject. (actio) actioni deditus. *Varro* 7. *L. L.* 66., ut vocem *axitiosus* explicaret hanc finxit: «ut ab una faciendo factiosæ, sic ab agendo actiosæ dictæ». *Cassiod.* tamen 11. *Var. pr.* 4. «Ne quis forsitan possit offendi, quod in prætoriano culmine constitutus sic omnimodis actioso (*i. e.* negotioso) pauca dictaverim».

ACTĪVĬTAS, ātis, f. 3. (activus) significatio activa (verbi). *Prob. gramm.* IV. 39. 31. et 40. 1. cui opponitur *passivitas* eiusd. 39. 32.

ĂCŪDENS, entis, f. 3. (acuo). *Schol. Bern.* app. II. *ad Virg. Georg.* 2. 69. („Inseritur vero ut nucis arbutus horrida fetu") quidam dicunt quod pro acudente posuerit illud Virgilius, quæ est ispida et spinosa sicut et rumex, ut sit sensus: inseritur vero arbutus horrida sive acudens». (*Klotz*).

ĂCŪTIANGŬLUM, i, n. 2. (acutus *et* angulus). *Ps. Boet. Geom.* 378. 18. «Oxygonium.... idest acutiangulum, in quo tres anguli sunt acuti».

AD, præpos. de loco, de relatione, de tempore. V. *Lexicon.* Addimus peculiarem recentiorum temporum usum, ut: ad solvendum non esse *pro usitatiore* solvendo; ad deum immolare *pro* deo; ad aliquem donare *pro* alicui; item: ad aliquem servire, ad aliquem commendare; contra: alicui accedere *pro* ad aliquem; alicui loco se conferre *pro* ad aliquem etc. — Item variatur inter *ad* et *cum* (*Vulg.* 2. *Cor.* 6. 14).; inter *ad* et *a*, *ab* (*Optat.* 13. 8.). V. *Bonnet, Bourciez al.*

ĀDĀMĀTŌRĬUS, a, um, adject. (adamo), amatorius ἐρωτικός. *Gloss.* II. 7. 44, 564. 26. «Adamaturius (sic!) puellarum amator». *Fronto* p. 19. 17, *N.* «(fl)ammæ adamato(riæ)».

ĀDAUCTĪVUS, a, um, adject. (adaugeo) ad auctionem pertinens, qui auget. *Donat. Ter. Andr.* 663. «interturbat.: "inter" modo nominis non exigit additamentum; est enim adauctiva particula». Et 694.: «adiuro: "ad" adauctiva particula est ut "acadmirabiliter" valde mirabiliter».

ĀDAUDĬO, is, ire, a, 4. (ad *et* audio) prope audio, hinc probe intelligo. *Schol. Pers.* 4. 17.

ADBLANDĬOR, īris, iri, 4. dep. (ad *et* blandior), valde blandior. *Hil.* in *Ps.* 140. 6. «Mulier.... adblandiens pellexit et in voluptatem coēgit» *Anth.* 931. (*poet. min.* V. 108). 21. «ut facili amissos adblandiar ore favores». *Alii* ablandiar v. eblandiar.

ADDICTOR, ōris, m. 3, (addico), qui addicit. *Augustin. Op. imperf. c. Iul.* 1. 48. «Pande igitur quis est iste innocentium addictor».

ADDO, is, īdi, itum, ĕre, a. 3. aliquando usurpatur pro jurare, imprecari, ut in illa locutione S. Scripturæ: «Haec faciat Deus (*mihi* v. *tibi*) et haec addat, si etc.». (*Vulg.* 1. *Reg.* 3. 17, et 2. *Reg.* 3. 35.) h. e. graves pœnas (de me v. de te) Deus expetat, si etc.

ADDUCTŌRĬUS, a, um, adject. (adduco) qui attrahendo est aptus. *Dioscor.* 2. 67. «Virtus est ei... epispastica i. e. adductoria». — Hinc subst *adductorium* h. e. *velum*. *Itala Ex.* 26. 36. «Facies adductorium (ἐπίσπαστρον, *Vulg.* tentorium)». *Itala* (*August. Quæst. hept.* 2. 8.) *ibid.* ad *q. l. Aug. Quaest. hept.* 2. 19. «Quod ostium (*tabernaculi*) ingresso occurrebat velum, quod ad ostium fuerat oppositum... quod velum cum faciendum præciperet, adductorium vocavit, credo quod curreret ducendo et reducendo, cum operiret atque aperiret ingressum».

ĀDĔO, pf. *adivi* ap. *Flor.* 3. 1. 11. etc. — *adii* v. *adi* apud *Val. Fl.* 5. 502; *adisti Cic.* 2. *Rosc.* 12. *Virg.* 10. *Aen.* 460. etc. — *Plaut. Trin.* 931. bod. *adiisti.* — *Adisse* ap. *Caes.* 6. *B. G.* 25. etc. — Ἀρχαϊκῶς infin. *adiese*, et plusquam perf. *adieset* in *C. I. L.* 1. 196. — Pass. ἀρχ. *adeitur* in *C. I. L.* 1. 1215. — Parag. infin. præs. pass. *adirier* ap. *Enn. Trag.* 306. *R.* (*Müller* 312. *adiri*).

ĀDESCĀTĬO, ōnis, f. 3. (adesco) valida nutricatio v. saginatio. *Ps. Soran. Quæst. med.* 31.

ĀDESPŎTOS, on, adject. (ἀδέσποτος) generatim domini expers, speciatim vero (liber) ignoti auctoris. *Serv. auct. Georg.* 1. 227. «In quodam adespoto græco sic positum est φασκοὺς δὲ καὶ φάσηλον κτλ.».

ĀDHAESĪBĬLIS, e, adject. (adhaereo) ut lentus amor adhaesibilis, ap. *Schol. Hor.* 3. *Od.* 19. 28.

ĀDHOC, pro adhuc leg. in codd. optt. e antiquissimis: *Sen. Contr.* 2. 4. 3. et 7. 8. 4.; *Nat.* 4. 8. 1.; *Epist.* 124. 5. et 8.; *Rhet. Her.* 2. 30. 48.; *Colum.* 11. 3. 18.; *Plin.* 35 *N. H.* 159; *Quint. Decl.* 333. p. 312. 30.; *Hyg. Astr.* 4. 19. p. 120.

ĀDHŪMĔRĀLIS, e, adject. idem ac humeralis, ut *lapides* (prætiosi) *adhumerales* in *Itala Exod.* 35. 27.

ĀDĪPISCENTĬA, æ, f. 1. (adipiscor), actus adipiscendi, acquisitio. *Cassian. Nest.* 5. 11. 4. «Quia profundiora... non capiunt... faciliora cognoscant, ut... planioris... rei adipiscentia sit.... profundioris via».

ADJĀCENTĬA, æ, f. 1. (adjaceo), id quod adjacet. *August. Nat. et grat.* 54. «Ubi..... est inseparabilis possibilitas ei accidere non potest voluntatis infirmitas vel potius voluntatis adjacentia et perfectionis indigentia». — Hinc etiam *adjacentia* n. pl., h. e. ea quae adjacent, rerum aut personarum adjuncta. V. voc. in *Lexico.*

ADJŪVĀMEN, īnis, n. 3. (adiuvo), adjumentum. *Ps. Cypr. Sing. cler.* 19. «Emolumenta mutuis adjuvaminibus subministrans».

ADJŪVĀMENTUM, i, n. 2 (adiuvo) idem ac adiumentum. *Greg. Tur. Virt. S. Martini* 3. 21. *Isid. Eccl. off.* 1. 18. 13. (adjumenta *Augustin. Enchir.* 110.).

ADMĔMŎRĀTĬO, ōnis, f. 3. (*ad* et *memoro*), indicatio, significatio, proprie actus quo aliquid memorandum significatur. *August. Ep.* 59. 1.

ADMENTĬOR, iri, a. 4. idem ac mentior, comminiscor. *Interpr. Iren.* 2. *Hær.* 30. 9.

ADMĪNĬCŬLA, æ, f. s. idem ac adminiculum. *Venant. Vita S. Radeg.* 19. 44.

ADMĪRĀTĪVUS, a, um, adject. (admiror) ad admirationem pertinens. *Isid. rhet.* p. 519.

ADMĪRĀTOR, ōris, m. 3. (admiror) qui admiratur, v. veneratur, v. suspicit. — a) De personis. *Senec. Contr.* 2. 2. 8. «Latronis admirator erat»; *Fedr.* 4. 22. 21. «Eratque absentis admirator maximus»; *Tac. Dial.* 19 «admirator antiquorum». *Quintil. Inst.* 9. 2. 46. *Plin.* 36. *N. H.* 39. b) De rebus. *Vell.* 1. 13. 3. «Omnisque doctrinæ et auctor et admirator». *Sen. Dial.* 11. 8. 4. «animus contemplator admiratorque mundi». *Val. Max.* 2. 10. 2. «virtutis».

ADMŎDŬLANTER, adv. (admodulor) harmonice. *Venant. Carm.* 6. 1. 1.

ADMŎNĬTĬUNCŬLA, æ, f. 1. (admoneo), nom. demin., parva admonitio. *Cassian. Collat.* 18. 11. 4.

ADMŪNĬO, is, ire, a. 4. (ad *et* munio), addo murum vel muro circumdo = προστειχίζω. *Dosith. gramm.* VII. 434. 21.

ĀDŌPĔROR, ari, n. 1. (ad *et* operor), sacrificium celebro, sacrum facio. *Solin.* 2. 26. «adoperantes... insultant». Sed in *codd. optt.* leg. «id operantes».

ĀDŎPERTĬO, ōnis, f. 3. (adoperio), actus adoperiendi. *Paul. Nol. Epist.* 3. 10. «Mors enim vera virtutis adopertio est».

ĀDOPPĔRĬOR, īris, iri, 4. a. idem ac opperior *Heges.* 3. 18. «alieni nutus sortem adopperiri».

ĀDOPTŬLUS, i, m. 2. (adopto) filiolus adoptivus. *Eutych. art. Gramm.* V. 453. 33. *Gloss.* V. 615. 9. «Adopto est eligo, inde, adoptulus dicitur electus».

ĀDORDĪNĀTĬO, ōnis, f. 3. (ad *et* ordino) idem ac ordinatio, it. *assestamento. Interpr. Iren.* 5. *Hær.* 36. 2.

ĀDOXOS, on, adject (ἄδοξος), idem ac humilis. *Fortunat. rhet.* 2. 13. p. 109. 5. «adoxos idest humilis». *August. rhet.* (p. 150. 25.) 21. «in adoxo idest in humili genere materiæ».

ĀDULTŬLUS, a, um, adject. demin. ab *adultus. Paul. Nol. Epist.* 44. 3. «Parvuli sive etiam adultuli Babylonis filii».

ĀDŪNĀTRĪX, trīcis, f. 3. (aduno) quæ adunat. *Chalcid. Tim.* 17. «Utitur... ratione ac remedio continui conpetentis, propterea quod natura eius conjugabilis est et adunatrix distantium limitum».

ĀDŪNĬO, is, ivi, itum, ire, 4. a., idem quod unio v. valde unio. *Interpr. Iren.* 1. *hær.* 30. 14. «Ignorantes adunitum esse Iesum Christo». Adde 2. 12. 2. *Avell.* p. 269. 23. «(*carnem*) sibi ex ipsa conceptione adunivit».

ÆDĬTŪUS, i, n. 2., minister v. famulus templi, aliquando vero adhibetur pro ipso sacerdote. *Vulg. Os.* 10 5.

ÆGRĪMŌNĬUM, ii, n. 2. (æger) idem ac ægrimonia. *Interpr. Iren.* 2. 18. 2. — Plur. *Itala* (*Veron.*) *Matth.* 8. 17. «ægrimonia nostra portavit». Adde *Auct. de idiom. gent.* (*Gramm.* IV. 582. 37.) (ægrimonium νόσος). *Gloss. passim* «ægrimonium ἀρρωστία ἀσθένεια νόσος». *Lœwe gloss. nom.* n. 62. (ægrimonium, ægritudo).

ÆMŪLĬTAS et ĒMŬLĬTAS, ātis, f. 3. (æmulus) idem quod æmulatio *Virg. gramm.* p. 17. «quae non tam emulitatem quam curiositatem prætendunt».

ÆQUĀNĬMIS, e, adject. æquanimus. *Herm. Past.* 2. 12. 1. Cf. it. *equanime.*

ÆQUĬANGŬLUS, a, um, adject. (æquus *et* angulus) habens æquales angulos (ἰσογώνιος). *Ps. Boet. Geom.* 392. 10. «Circa datum circulum quinquangulum æquilaterum et æquiangulum designare».

ÆQUĬPĔRĀTĪVUS, a, um, adject. (æquipero) ad comparationem pertinens, comparativus, comparabilis. *Prisc. gramm.* III. p. 272, 27.

ÆQUĬSŎNĀTĬO, ōnis, f. 3. (æque *et* sonus) idem ac æquisonantia. *Boet. de Music.* 5. 12.

ÆQUOR, ἀρχ. *æcor* ap. *Varr. Sat. Menipp.* 288.

ÆRĀNEUS, a, um, adject. (æs) colorem habens æris v. cupreus. *Isid.* 12. 1. 53., ubi tamen nunc legitur *æranem.*

ÆRĬCRĔPĬTANS, antis, (æs *et* crepito) ærisonus. *Acc. Trag.* 238. Ita *Ribbeck* 3. ed. Alii aliter legunt: R. 2. *æricrepans* (gr. χαλκόκροτα). Codd. *acricrepantes, acricrepitantes.*

AERĪVĂGUS, a, um, adject. (aer *et* vagus) in aere v. per *aëra* vagans, *Chalcid. interpr. Tim.* 15.

ÆRŪMÆRŪMA, n. pl. 2. utensilia ampliora. *Paul. Fest.* 26. p, 24. *Lindsay.* Alii aliter leg.

ÆS, ἀρχ. gen. sing. *aerus* in *C. I. L.* 4. 2440.; ἀρχ. dat. *ære* in *C. I. L.* 3. 6076., *Cic. Ep.* 7. 13. 2., *Liv.* 31. 13. 5., ἀρχ. *airid* in *C. I. L.* 1. 61.

ÆSCŬLOR, āris, āri, n. 1. idem ac ærusco v. pecuniam colligo = χαλκολογῶ. *Dosith. gramm.* VII. 430. 4. et *Gloss.* II, 475. 3. — Hinc *æsculator*, æris elector, seu conlector, ut conjicit *Loewe Gloss. Nom.* n. 83.

ÆSTĬMĬÆ, ārum, f, pl. 1. (æstimo), existimationes *Paul. Fest.* 26. 8. Cf. *æstimium*, sequioris ævi.

ÆSTĪVĬTAS, ātis, f. 3. (æstivus), tempus æstivum. *Venant. carm.* 3. 12. 30.

ÆSTĪVŌ, adv. (æstivus) æstive, æstivo tempore. *Apul. philos., liber de mundo* XI. *Thomas* tamen ibi legit *æstivus* ut in *ed. Ald.*

ÆSTĪVŎLUM, i, n. 2. (æstivus). *Gloss.* V. 615. 17. «Æstivolum est æstivum tempus» et IV. 11. 45. et V. 164. 18. «Æstivolum æstiva tempora».

ÆSTĪVŌSUS, a, um, adject. — Superlat. æstuosissimus ap.: *Plin. N. H.* 34. 116. «Æstivosissimis diebus». Ita *cod. Bamb.* et alii sed in *ed. Mayoff.* «æstuosissimis diebus».

ÆSTŬOR, āris, ātus sum, āri, 1. n. (æstu) calorem experiri. *Vulg. Eccli* 51. 6. «In medio ignis non sum æstuatus». Translate est animo pertur-

bari. *Cassiod. Div. litt.* 8. 3. « inter sollicitudines... æstuatus ».

**ÆSTŪŌSĒ**, adv. In *Lexico* legendum est *æstuosa absorbet* ap. *Plaut. Bacch.* 471. (Cf. *Gloss. Placid.* 12. 1. « anus æstuosa, quod in modum æstuantis maris idest biberit ») ubi *Vulg.* habet « quæ acerrume atque æstuose absorbet » pro « atque ea (*meretrix*) acerrume æstuosa absorbet ». V. *Æstuose* in *Lexico*.

**ÆTERNĀBĪLIS**, e, adject. In mss. *æternabilem.* (*Acc. Trag.* 264), sed *Ribbeck* ed. 3. ibi legit *alternabilem. Ambros. Inst. virg.* 17. 144.; *cod. Theod.* 11. 20. 3. (a. 400.); 5, 14. 8.

**ÆTHĒRĀLIS**, e, adject., (æther) idem quod ætherius v. aereus. *Gild.* in M. G. H. XIII. *chron. min.* 3. p. 66. 71. « Iniquorum terræ imbres adimens ætherales ».

**ÆTHĒRĪUS**, a, um, adject. Hanc formam, ut in *Lexico* dicitur, recentiores scribendam esse censent, alia *æthereus* rejecta. Habent tamen *Plaut. Trin.* 820, R. et Br. *Iul. Val.* 3. 24. ed. Paris. sync. æt(h)reus ap. *Virg. gramm.* p. 3. 10. et 15., p. 4. 6. et 15, p. 21. 20. — Falsa vero est lectio compar. *ætherior* ap. *Iul. Val.* 3. 43. *Mal.* In sua ed. Paris. 3. 24. leg. « fulgore æthereo ».

**ÆTERNĀLĪTER**, adv. (æternalis) æterne, cui opponitur *temporaliter.* Apud *August.* 10, *de Dei* 15.

**ÆTERNUS**, a, um, adject. — Sync. gen. pl. *æternūm* ap. *Pacuv. Trag.* 295. — Compar. *æternior* ap. *Plin.* 14. 9., *Lact.* 68. §§ 22. et 23. — Aeternus dicitur qui perpetuo durat nec unquam cessat; aliquando tamen usurpatur pro valde longo. Hinc illa phrasis ap. *Ex.* 15. 18. in Cantico Moysi « Dominus regnabit in æternum et ultra », h. e. in sæculum et in æternum, sc. Dominus regnum obtinet et huius sæculi et futurorum, Dominus est et temporis et æternitatis.

**ÆVŌSUS**, a. um, adject. (ævum) idem ac annosus. *Gloss.* V. 618. 53.

**ÁFFĀTIO** (*adfatio*), ōnis, f. 3. (affari) actus affandi. *Interpr. Iren.* 2. *præf.* 1, « Affationes eorum (*Marcosiorum*) et mysteria » et 2. 6. 2. « Iudæi usque nunc hac ipsa affatione dæmonas effugant ».

**AFFĀTĪVUS**, a, um, adject. (affari) qui affatur, affandi proprius. *Diff. Suet.* p. 278. 14. *ed. Reiff.* « "Mi" aliquando ponitur pro adverbio affativo, ut "vale mi frater carissime mihi" ».

**AFFĀTOR**, ōris, m. s. (affari). *Gloss.* IV. 12. 53. « affator, optime loquens ».

**AFFĀVĒO**, es, ēre, n. 2. (ad *et* faveo), idem ac faveo, v. valde faveo. *August. Serm.* 312. 2.

**AFFECTĀTĪCIUS**, a, um. adject. (affecto), affectatus, artificiosus, it. *ricercato, affettato*, ap. *Cassian. Cœn. inst.* 4. 24. 1. affectaticia virtus, et *coll.* 17. 17. simulatio.

**AFFECTĪŌNĀLIS**, e, adject. ad affectionem pertinens it. *sentimentale*, ap. *Augustin. c. Iul.* 6. 8. 54. « Affectio est timere, affectionalis timidum esse. Sicut aliud est iratus, aliud iracundus, aliud ebrius aliud ebriosus : illae affectiones istae affectionales sunt qualitates ».

**AFFECTŌRĪUS**, a, um, adject. (affectus) influens v. vim exercens in aliq., afficiens aliq. it. *influente, che esercita influenza*, ut *affectoria vis*, apud *August. de Gen. ad litt. imperfect. lib.* 16. (Alii, fort. verius legendum putant EFFECTORIA q. v. infra).

**AFFESTĪNO**, as, āre, a. 1. (ad *et* festinare) accelero. *Ps. Soran. de Puls.* p. 278 *R.*

**AFFIRMĀTĪVĒ**, adv. adfirmando. Technice ut affirmativus in grammaticis, dialecticis, rhetoricis scriptis. (*Diom.* I. 395. 11.). *Prisc. gramm.* III. 248. 22. « Optem, εὐχοίμην ἄν, affirmative dixit ». Adde *eundem* 246. 15. 18. etc. *Serv. ad Virg.* III. *Aen.* 47. — *Boet. Herm. pr.* 1. 7. p. 84. 24. M. « (*In adfirmatione universali*) universale universaliter prædicatur affirmative » (cui 2. 13. p. 185. 4. *negative* opponitur).

**AFFLĀTĪO**, ōnis, f. 3. (afflo) actus afflandi. *Th. Prisc. Eup.* 54. « Si afflatio oris fuerit, quod... aphtam appellamus... ».

**AFFLUCTĪO**, onis, f. 3. (affluo) affluentia. *Plac. Gloss.* V. 4. 19.

**AFFLŪĪTAS**, atis, f. 3. (affluo) abundantia, copia. *Hieronym.* in *Iob* 38. « Affluentissima affluitas largitasque divinae gratiae ».

**AFFURCILLO**, as, āvi, āre a. 1. (ad *et* furcilla), aufero fulcrum, vacillantem efficio, infirmo. *Placid. Gloss.* V. 6. 25. « adfurcillavi, subrui, labefactavi, concussi ».

**AGGĔNĪCŬLĀTĪO**, ōnis, f, 3. (aggeniculor) genuum submissio, flexio. *Hieronym. Quæst. hebr. in Genes.* 41. 43.

**AGNA**, æ, f. 1. abl. plur. *agnabus* in *Itala Gen.* 31. 41. (apud *Augustin. Retract.* 2. 55. 1.).

**AGNELLĪNUS**, a, um. adject. demin. ab *agnellus*, ad agnellum pertinens, agninus, ut *agnellinae carnes* ap. *Anthim.* 5.

**AGNĪCŬLA**, æ, f. 1. dem. ab *agna* idem quod agnella. *Ambros. Inst. virg.* 16. 103. « quasi bona agnicula.... rumines in ore tuo præcepta divina ».

**AGNĪTUS**, us, m. 4. idem quod agnitio. *Paul. Nol. Ep.* 16. 9. « Divinae veritatis agnitu id quoque, ut nosmetipsos noverimus, adsequimur ».

**AGNOMĪNĀTĪVUS**, a, um, adject. (agnomino *inus*.) ad agnomen pertinens v. agnomen signans. *Serv. gramm.* IV. 536. 5. et *Consent. gramm.* V. 339. 15.

**AGNOSCENTĪA**, æ, f. 1. (agnosco) agnitio. *Priscill. Tract.* 11. 142. p. 103. 7. « ut in te uno (*Deo*) et invisibilitatis plenitudo, quod Pater Filio, et visibilitas agnoscentiæ, quod Filius Patri in operatione Sancti Spiritus deberet, ageretur ».

**AGNŌTĪNUS**, a, um, adject. (agnosco) agnitus v. qui agnosci facile possit. *Diom. gramm.* I. 388. 7. — Vox suspecta.

**AGNŬLUS**, i, m. 2. nom. demin. ab *agnus*, agnellus. *Ps. Cassiod. de Orat.* p. 562. (b) *ed. Garet.* et *Diom. gramm.* I. 325. 32.

**ĂGŌNĪZĀTĪO**, ōnis, f. 3. (agonizo) actus agonizandi. *Greg. Tur. Vit. patr.* 7. *prol.* « quos... aut flos castitatis adornat aut martyrii agonizatio certa coronat ».

**ĂGRESTIS**, e, adject. — Abl. sing. etiam *agreste* ap. *Sall. frg.* 1. 116. (119.). Sync. gen. plur. *agrestūm* ap. *Virg.* 1. *Georg.* 10., *Culex* 21. *Propert.* 3. 13. 25. etc.

**ĂGRESTĪVUS**, a, um, adject., idem ac agrestis. *Commod. Instr.* 2. 26. 7. *D.*

**ĀLABRUM** et **ĀLIBRUM**, i, n. 2 (ala) arcus ad filum glomerandum, *arcolaio*, ap. *Isid.* 19. 29. 2, ubi alibrum alii legunt.

**ĂLĂPĪZO**, āre, a. 1. alapas do. *Lib. geneal. chron.* 1. p. 184. 450. « (*Concubinam*) (subject.) alapizantem regem de manu sinistra ». *Paul. Diac. Hom.* 73. « alapizandus, conspuendus, flagellandus Christus ». *Osbern.* p. 53 « alap(al)izare alapas inferre ».

**ĀLĬĀMENTUM**, i, n. 2. (alium) odor seu putor alii. *Hieronym. Ep.* 121. *præf.* p, 851. *ed. Vall.*

**ĂLĬCĂCĀBUM**, i, n. 2. (ἁλικάκαβον) planta cuius sucus somnifer est vel, ut opium, soporem inducit. *Th. Prisc.* 4. 1.

**ĂLĪCĒ**, is, 3ª et alicum, i, n. 2. idem ac alica (halica), quam voc. V.

**ĂLĬĒNĬGĔNA**, æ, m. 1., sensum habet aliquando specialem ac proprium ap. *Vulg. Ps.* 86. 4., ita ut significet Philistæum, alioquin a Babyloniis, Thyriis, Aethiopibus, alienigenis utique et ipsis, distingui non poterat. Cf. *Ps.* 59. 10. et 107. 10. et 1. *Mach.* 3. 41. et 5. 68.

**ĂLĪMENTO**, as, āre, a. 1. alo. *Chiron.* 277. « exiguo cibo eum (*mulum*) alimentato ».

**ĂLĬQUĪCUMQUE**, quæcumque, quodcumque (alius *et* quicumque), alius quicumque, quilibet alius. *Aquil. Rom.* 42. « alioquocumque motu ».

**ĂLĬQUISVIS**, āliquāvis, āliquidvis (aliquis *et* volo) quicumque vis, aliquilibet, idem ferme ac quilibet. *Cassiod.* 1. *Var.* 4.

**ĂLĬUSMŎDĪ**, (alius *et* modus), aliusmodi. V. hanc. voc. in *Lexico*, ubi citatur *Cic.* 2. *Inv.* 6. 21. « Res aliusmodi est quam putatur ». Verum in *optt. mss. legitur* alio modo. *Cf. Merguet: Lexikon zu den Reden des Cicero.*

**ALLĀTĬO**, ōnis, f. 3. (affero) actus afferendi. *Itala Exod.* 35, 21. (*Wirc.*) « attulerunt allationem » (ἀφαίρεμα *Vulg.* primitias), ubi est id quod affertur. *Ps. Matth. Evang.* 8. (*Migne* 30. 303. A) « post allationem » (*virgae ad altare*); (*plane alia in Tischendorfii codd. leguntur* V. p. 65.).

**ALLĀVO**, as, āre, a. 1. (ad *et* lavo) humecto. In *Grammat. vet. L.* p. 52. 12. legebatur « Adlababat ». Iuxta tamen ed. rec. *Thulin* p. 44. 29. (*Agenn. Urb.*) « adlavabat » (*Cod. G.* alluebat).

**ALLECĀTUS**, a, um, (alleco *inus*) conditus cum allec (hallec). *Apic.* 7, 288. *G.* et *V.* « Ius in elixam allecatum ».

**ALLECTŌRĪUS**, a, um., adject. (allicio), alliciens, attrahens. *Plin. Val.* 4. 29. catapotia... allectoria.

**ALLĒCŬLA**, (hallecula), nom. demin. ab allec. *Colum.* 6. 8. 2. — Plur. *Colum.* 8. 17. 12.

**ALLĒGŎRĪCOS**, adv. (allegoricus) allegorice. *Porphyr. Hor. od.* 2. 10. 4. et 9.; *Schol. Iuvenal.* 14. 246.; *Serv. in Virg. Buc.* 1. 29. Gr. ἀλληγορικῶς.

**ALLĒGŎRŪMĔNOS**, a, um, adject. (ἀλληγορούμενος), ad allegoriam pertinens. *Hil. in Ps.* 62. 8. « quia litteræ ac legis allegorumena præscriptione cessante, Deus vivæ intelligentisque hostiæ sit laudibus honorandus ».

**ALLĒLŪJA**, (hallelujah), vox hebraica composita ex *hallelu* (laudate) et *jah* (*yah*) (Dominus). V. hanc voc. in *Lexico*, ubi litteræ hebraicæ ex typothetarum ignorantia et oscitantia male scriptæ sunt. Corr. itaque : הללו (*hallelû* = laudate), unde הללו יה (hallelûyâh = laudate Dominum, hebr. יה (*yâh*) Dominus). — Hinc **ALLELUJATICUS** (hallelujaticus) adject. ad alleluja pertinens. *August. Ps.* 105. 1. « allelujatici psalmi » — Sunt sex psalmi (CXII-CXVIII) qui omnes a voce *alleluja* incipiunt et constituunt *Hallel magnum Iudæorum*, quod diebus festis præcipuis sollemniter canebantur, sc. Neomeniae, Pentecostes, Dedicationis templi, Tabernaculorum et Paschatis, de quibus probabiliter intelligendum est quod dicunt *Matth.* 26. 30. et *Marc.* 14. 26. narrantes cœnam dominicam : « hymno dicto, exierunt in montem Olivarum ». — Non hi tamen dumtaxat ab illa voce incipiebant, sed alii quoque, ut hic, quem citat *August.*, h. e. *Ps.* 105. « Alleluja. — Confitemini Domino, quoniam bonus etc. ». *Gregor. Tur. Vit. patr.* 6. 7. « Allelujatico cum capitello expleto consummavit matutinos ».

**ALLĒLŪJĀTĪCUS**, (Hallelujaticus). V. voc. præc.

**ALLĒVĀTĪCIUS**, a, um, adject. (allevo, as), ad allevandum pertinens, allevans, seu efferens, extollens. *Interpr. Iren.* 1. 30. 2. « in superiora » *sc.* in cœlum.

**ALLŎCŪTĬO**, ōnis, f. 3. pro consolatione accipitur in illo *Vulg. Sap.* 3. 18. « (*Malorum parentum mali filii*), non habebunt spem nec in diem agnitionis (*sc.* iudicii) allocutionem (*sc.* solatium) ». Adde *Sap.* 8, 9. *et* 19. 12.

**ALLŎCŪTĪVUS**, a, um, adject. (alloquor), allocutioni v. sermoni inserviens. *Anecd. Helv.* 161. 13.

**ALNUS**, i, f. 2. Habet etiam gen. masc. *Epit. Vitr.* 12, p. 297. 20. *Rose.*

**ĂLŎGĬOR**, āri, dep. n. 1., alogum esse, ratione carere, *it.* essere irragionevole ἀλογοῦμαι. *Dosith. gramm.* VII. 430. 4.

**ALSĬTO**, as, āre, n. 1. (algeo *freq.*) semper v. crebro v. valde frigeo. *Max Victor. art. gr. Gramm.* VI. 200. 3.

**ALTER**, a, um, pron. de quo. V. *Lexico*. — Addimus hic declinat. ampliorem. — Dat. sing. etiam *altero* in *Carm. epigr.* 192. 3. *Inscr. Grut.* 938. 9. *Cic. de Nat. Deorum* 2. 66. ed. *Schœm.*, sed edd. *Baiter* et *Müller*, habent *alteri*, ἀρχ. *alterei. C. I. L.* 1. 198. 76. — Dat. sing. fem. etiam *alteræ* ap *Plaut. Rud.* 750., *Ter. heaut.* 271. et *Form.* 298., *Cæs.* V. *de B. G.* 27. *Nep. Eum.* 1., *Colum.* 5. 11. 10., *Gell.* 7. (6.) 6. 1., *Vulg. Joël.* 1. 3., *vulg.* Abl. pl. *alteribus et Soran. Lat.* p. 33. 18. In versu sync. *altrius, altri, altris.* V. *Lorenz* ad *Plaut. Capt. prol.* 8., *Ribbeck Comic. coroll.* p. X. 37., *Röper Philos* 15. 294. — De quantitate vero penultimæ genet. sing. est quæstio. In versu omnes concedunt esse longam et brevem, ut *illīus* et *illĭus* etc., sed in prosa oratione disputatur. Sunt enim qui *alterīus* semper efferunt, sunt contra qui *altĕrĭus*. Si

ratio spectetur a *Prisciano* allata, cur *alterius* efferri debeat, lis dirimitur. « Sciendum (inquit), quod in "*jus*" terminantium genetivus producit penultimam, nisi poetica auctoritas eam corripiat; *excepto* "*alter alterius*", quod ideo magis correptam habet penultimam, quod duabus syllabis vincit genetivus: quod igitur crevit syllabis, minuit tempore ». *Prisc.* l. VI. 37. (*Gramm.* II. 228. K). Id confirmat *Ritter, Elem. gr. lat.* p. 160. « Semper *alterius* in vulgari sermone dicebatur ». Cur vero *Ritscht, Op. phil.* II. p. 669. contrarium defendat, cum in carminibus utrumque adhiberi nemo infitietur, pace eruditi viri, equidem non video.

ALTERNĀBĬLIS, e, adject. (alterno) variabilis. *Acc. Trag.* 264 R³.

ALTESCO, is, ĕre, n. 3. (altus), idem ac altus fio, augesco. *Cassiod.* in *Ps.* 91. 5. « tanto plus hanc æstimationem altescere quanto etc. ». Cf. *Bährens Archiv.* 2. (1885.) 473.

ALTĬBŎANS, antis, adject. qui alte boat, clamat *Gloss. Plac.* V. 7. 18. (= 46. 15.) et 490. 43. « alteboans, ex alto sonans ».

ALTĬFĬCO, as, āre, a. 1. altum facio. *Itala Ioh.* 12. 34. « Quomodo dicis tu, quod filium hominis oportet altificari? » ὑψωθῆναι. *Vulg.* exaltari.

ALTĬFRONS, ontis, adject. (altus *et* frons) qui altum habet frontem = qui altum habet cornu, gr. ὑψίκερως « cervom altifrontum cornua...» in *Carm. epigr.* 1526. C. in *C. I. L.* 2. 2660.

ĀLUMNA, æ, f. 1. dat. plur. *alumnabus* in *C. I. L.* 5. 1685.

ALVĔĀRĬUS, ii, m. 2. (alveus) ad alveum pertinens. *Gloss.* II. 432. 46. « σκαφηφόρος, alvearius ». — Plane alio sensu. *Gloss.* III. 309. 36. « σκαφιδοποιός alvearius ».

ALVĔUM, i, n. 2. (alvus) idem ac alveus m. quod plerumque usurpatur. *Isid.* 20. 6. 8. *Paul. Fest.* p. 168. 3. (in voc. *Naustibulum*). *C. I. L.* X. 797. Plur. *alvea* apud *Gromat. vet.* 317. 27. et 323. 15., *C. I. L.* VI. 8718.

ĀMĀNĔO, es, mansi, ēre, 2. n. ¶ 1. Est foris pernocto (ἀποκοιτῶ). *Gloss.* IV. 308. 10. « amanet, extra manet ». ¶ 2. Est etiam expecto. *Gloss.* IV. 405. 35. et V. 591. 11. « amansit, expectavit ».

ĀMĀRĔFĂCĬO, is, ctum, ĕre 3. amarum facio. *Itala Apoc.* 10. 9. « liber amarefaciet ventrem tuum ». *Vulg.* « faciet amaricari ». Cf. *Plaut. Truc.* 180.

ĀMĀRĬCĀTĬO, ōnis, f. 3. (amarico) actus amaricandi, exacerbandi. Semper translate. *Itala Ps.* 94. 9. « Nolite obdurare corda vestra sicut in amaricatione (παραπικρασμῷ : *Vulg.* irritatione = exacerbatione). *August.* in *Ps.* 104. 31. « Non loquitur de amaricatione illorum in quibus non est beneplacitum Deo, sed de fide electorum ».

ĀMĀRĬFĬCO, as, āre, a. 1. idem quod amarefacio. *Isid.* 17. *Orig.* 8. 6.: « adulteratur (*bdellium*).... admixto gummi, qui non ita amarificat gustum.

AMBĀGES, is, f. s. In recto sing. *Tac.* 5. *Hist.* c. 13. 29. H. coll. *Prob. cath.* (*Gramm.* IV.) 10. 19. 1. *Charis. Gramm.* I. 40. 1., *Plotin. Sacerd.* 475. 17. — Cert. abl. sing. *ambage* et plur. *ambagibus.* Genet. pl. *Ambagum Ovid.* 7. *Met.* 761.

AMBĬDESTER, a, um, adject. (ἀμφιδέξιος), habens ambas manus dextras, vel laeva uti dextra utens, *ambidestro*. In *Itala Iudic.* 3. 15. Cf. *Vulg.*

AMBĬGENTER, adv. (ambigens) ambigue, ambigenti v. fluctuanti animo. *Hieronym. c. Pelag.* 2. 14. « Sententiam ambigenter exprimebat ».

AMBĬGŬŌ, adv. (ambiguus) ambigue, ambigenter. *Ambros.* 3. *Off.* 4. 43.

AMBĬTUM, i, n. 2. (ambio) idem ac ambitus. *Tertull. Apol.* 26. codd. (*Oheler* ambitus).

AMBLYŌPĬA, ae, f. s. (ἀμβλυωπία) « obtunsio visus ». *Cass. Fel.* 29. p. 56. 18. *Gloss.* III. 597. 40. « ampliopia: caligo oculorum ».

AMBRŎSĬĀLIS, adject. (ambrosia), ambrosiam administrans. *C. I. L.* 11. 2095: dii ambrosiales (*sc.* Mercurius, Hebe et Ganymedes).

AMBŪBAJA, æ, f. 1. Vox aramaica. Cf. aram. *'abbûb(â)* tibia, (arab. *'unbub*), *'abbûbay*, nomen tibicinis cuiusdam. Est autem videnda vox in *Lexico*, ubi tamen emendanda occurrunt vocabula arab. et chald., sive puncta vocalia in v. arabica, sive consonantia in chald., in quibus ter כ (caph) pro ב (beth) legitur errore typothetæ. Addimus a *Porphyr. Hor. sat.* 1. 2. 1. vocem ita explicari: « Ambubajae... sunt mulieres vagæ ac viles quibus nomen hoc casu vanorum et ebrietate balbutientium verborum videtur esse inditum. Nonnulli tamen ambubajas tibicines Syra lingua putant dici ». Malum tamen sensum habere docet *Suet. Ner.* 27.

AMBŪLĀTŌRĬUM, ii, n. 2. (ambulo), locus ambulationis, v. ambulatorius. *Gloss. Plac.* V. 131. 60. « peripatos, ambulatorium ».

AMBUSTĬO, ōnis, f. 3. (amburo) læsio ab igne v. combustio. Adde *Lexico* loc. *Cypr. Test.* 3. 1. p. 112. 24. H. et *August. Ep.* 147.: ambustio æterna, *sc.* æternus ignis.

ĀMĒN, indecl. (V. voc. in *Lexico*). Addimus quod ad quantitatem syllabarum attinet, haud recte primam corripuisse *Paulin. Nol.* 17. 117. Apud solum *Ioh.* (*evang.*) pluries repetitum occurrit, *amen amen*, initio *sermonis*, quod nonnulli ut formulam iurandi accipiunt, sed falso; non est enim nisi modus asseverandi aliquid firmissime, ut sit idem ac *certissime, verissime*,

ĀMĔTRŎS, ŏn, adject. ἄμετρος, sine metro v. mensura, solutus, dictum de oratione, cui opponitur *ligatus Charis. gramm.* I. 288. 2.

ĀMI, ĕos vel indecl. n. (ἄμι), genus seminis. *Plin.* 20. *N. H.* 163. « Est cumino simillimum quod græci vocant ami ». (*Seq.* descriptio). Et *Apic.* 1. 29. "ammeos unc. IS".

ĀMĪCIRCŬLUS, i, m. 2. idem ac hemicirculus. *Gromat.* p. 250. 8.

ĀMICTOR, idem ac gr. περιβάλλομαι, me (veste) circumdo v. operio, amicio. *Dosith. gramm.* VII. 433. 9. Vox suspecta.

AMMA, æ, f. 1. — ¶ 1. Est spiritalis mater; fort. a voce hebr. אֵם ('em) *mater*, vocali mutata, sicut *Abba* ab אַב ('abh) *pater*. *Pallad. Hist. mon.* 1. 21. — ¶ 2. Item bubo *Isid.* 12. 7. 42. « Hæc avis (*strix*), vulgo amma dicitur ab amando parvulos etc. ».

AMNĀLIS, e, adject. (amnis) ad amnem pertinens, amniens, cui opp. *marinus. C.I.L.* 14. 364.

ĀMŒNĬFER, fĕra, fĕrum, adject. (amœnus *et* fero) idem ac amœnus v. amœnitatem ferens. *Venant. Vita S. Mart.* 4. 4.

ĀMŌLĪMENTUM, i, n. 2. (amolior), amuletum *Gloss.* II. 473. 49. (gr. φυλακτήριον).

ĀMŌR, oris, m. 3. V. voc. in *Lexico*. Hic sequentia addenda nobis videntur. — *Amōr* primitus longam *o* habere in recto, apparet etiam ap. *Plaut. Merc.* « facit amor incendium », et *Mostell.* 142. « amor advenit »; *Trin.* 259. ubi ne ipse *Plaut.* amos *pronuntiavit*, ut calos, honos (*Phot.* 1. 376. ἔμωρ). — Amōr *ante vocalem in cæsura* ap. *Virg.* 10. *Ecl.* 69 et 11. *Aen.* 323. et 12. 668., *Calp.* 2. *Ecl.* 92. — Cadit sub lege jamborum *Plaut. Cist.* 69. et 70., *Most.* 163. etc.; item in versibus dramaticis pro pyrrichio. *Octav.* 162. *Senec. Oedip.* 630. *Herc. Oet.* 452. — Corripitur in dactilicis v. lyricis non ante *Virg. Ecl.* 3. 101., *Horat. Sat.* 1. 107. *Propert.* 13. 14. *Tibull.* 2. 3. 28. *Ovid.* 1. *Am.* 6. 37. *Prud. Psych.* 353., *Cypr. Gall. gen.* 1400. — *Amur* pro *amor* in *C. I. L.* 13. 2483. in amure et 2478. (sæc. VII.) frater plenus amure. — Inepta doctrina *Comm. Einsidl. gramm. suppl.* 244. 23. « Amores in malo pluraliter ponuntur, singulariter vero in bono » ducta a *Servio* ad *Virg.* 1. *Aen.* 350. et 5. 334. (*Thes.*). — Alia plura V. in *Lexico*, quæ præter hæc ibi omissa, relinquimus, ne actum agamus.

AMPHĬCŌLUS, a, um, adject. (ἀμφίχωλος) ex utroque latere claudicans, mutilus. *Plot. Sacerd. gramm.* VI. 523. 10. « Fit hoc modo cum ex utraque parte jambici trimetri, prima et novissima clodum (= *claudum*) sit metrum ».

AMPHISCII, ōrum, m. plur. 2. (ἀμφίσκιοι), qui ex utroque latere umbram habent, biumbres. *Gloss.* V. 591. 38.; 626. 1. (Cf. *Ambros. Hexaëm.* 4. 5. 23.). Ita vocantur zonæ torridæ, quæ dicitur, habitatores.

AMPHĪTHEĀTER, tri, m. 2. idem ac amphitheatrum. *Petr.* 45. 6. *Chronogr.* ed. *Mommsen* p. 646. 7. — *Amphitheatrum* est in *C. I. L.* 4, 1421. non imit.

AMPLA, æ, f. 1. ansa — ¶ 1°. Proprie in scuto *Ammian.* 22. 2. 1. « Cum... Cæsar Iulianus quatiens scutum variis motibus exerceretur in campo, axiculis, queis orbis erat compaginatus in vanum excussis, ampla remanserat sola ». Adde *Serv.* ad *Virg.* 7. *Aen.* 796. — ¶ 2°. Translate. *Ammian.* 18. 5. 4.; 19. 3. 2.; 21. 16. 8. « Invenit amplam nocendi ». Adde *Cic. Verr. act.* 2. § 61. « Ista amplam [occasionem calumniæ *add. codd. recc.*] nactus... asseverat etc. ».

AMPŌTIS, is, f. 3. (ἄμπωτις = ἄμπωσις) refluens maris cursus, reciprocatio, *la bassa marea*. Occurrit ap. *Ambr. Hexaëm.* 4. 7. 30.

AMPŪTATRIX, īcis, f. 3. (amputo), quæ amputat. — Translate. *Ambros. de Iob et David* 4. 3. 2. « Amputatrix vitiorum ».

AMULA, æ, f. 1. pelvis, malluvium. *Vulg.* 3. *Regg.* 7. 40. et 45.

ĀNĂBĬBAZON, ontis, m. 3. surgens luna 1. = *prima fase lunare*. Habet *Tertull. adv. Marc.* 1. 18.

ĀNACLĪTOS, on. adject. (ἀνάκλιτος) sella v. sedes brachiali fulcro munita, it. *sedia a braccioli*, ap. *Schol. in Cæs. Germ. Arat.* p. 399. 2. *E.*

ĀNĂDĬPLŪMĔNUS, a, um, adject. (ἀναδιπλόω), duplicatus, repetitus. *Atil. Fortunat.* 290. 1. K. metrum.

ĀNAGNŌRĪZŎMĔNĒ, es, f. (ἀναγνωριζομένη = agnita, it. *la Riconosciuta*) fragmentum palliatæ pœtæ Iuventii. *Fest.* p. 298. M. (V. *Ribbek Comic. Rom. fr.* p. 92. *ed.* 3.).

ĀNĂLŎGĬUM, ii, n. 2. (ἀναλογεῖον) pluteus anagnostæ = *leggio. Gloss.* V. 412. 27. *Isid. Orig.* 15. 4. 17. *Greg. Tur. Glor. mart.* 93.

ĀNAMNĒSIS, is, f. 3. (ἀνάμνησις) commemoratio eius rei quam nos oblitos fuisse fingimus. Fig. rhet. *Isid.* 2. 21. 37.

ĀNĀPAUŎMĔNOS, i, n. 2. (ἀναπαυόμενος = quiescens). Satyrus a Protogene depictus tenens tibias (*Plin.* 35. *N. H.* 106.). Hinc fem. *anapauomene*, quiescens, quam pinxit Aristides Thebanus. *Id. ibid.* 99.

ĀNARCHŎS, ŏn, adject. (ἄναρχος) sine principio. *Ambros. Hexaëm.* 1. 3. 8.

ĀNASCEUASTĬCUS, a, um, adject., refellendo aptus gr. ἀνασκευαστικός. *Fortun. Art. rhet.* 1. 13.

ĀNĂTŎLĬCUS, a, um, (ἀνατολικός) orientalis *Th. Prisc.* 1. 4. cyminum.

ĀNAXO, ĀNXO et AXO, as, ātus, āre, a. 1. nomino *Paul. Fest.* p. 7. 37. *Gloss.* II. 17. 2. « anxaut, ὀνομάζουσιν » (anaxant, *h. e.* anaxant + axant). *Gloss.* IV. 206. 28. « Anxati, vocati nominati ».

ANCILLO, as, āre, a. 1. idem ac ancillam compedio v. subjicio, *Ps. Cypr. Sing. cler.* 30. « Clerici... mulierum nexibus ancillatum recusare non valent caritatem »; et 40.: « (*Virginitas*) se sola contenta cupidinem domat mentemque castigat, concupiscentiam subjigit, desideria ardoris extinguit, artus debilitat, corpus ancillat et ita carnalia crucifigit ».

ANCĪPES, pro *anceps* ἀρχ. ap. *Plaut. Rud.* 1158. Cf. *Charis. gramm.* I. 89. 12. et 120. 14. *Prisc. gramm.* II. 7. 46. — Abl. sing. semp. *ancipiti* ut ap. *Lucil., Catul., Lucret. Varr. Cic. Cæs. Sall. Nep. Virg. Ov. Liv.* In *Lexico* excipitur *Gell.* 12. 2. 14.; sed ibi *Hertz-Hosius* leg. *ancipiti*.

ANCȲLA, æ, f. 1. (ἀγκύλη), genuum flexus. *Ambros. Hexaëm.* 6. 5. 31.

ANCȲRŎMĂGUS, i, m. 2. (ἄγκυρα, *et* ago) scapha velaris seu velis celeriter acta. *Gloss.* V 589. 34. Cf. *Isid.* 19. *Orig.* 1. 16. (ubi *anquiromacus*).

ĀNĒTĬUS et ĀNÆTĬOS, a, um, adject. (ἀναίτιος) innocens. *Itala Act.* 16. 37. cod. Bezae: anetios cæsos nos. Rectius coll. cum voc. gr. scribendum videtur cum dipht.: *anætios*.

ANGĔLUS, i, m. 2. (ἄγγελος) nuntius de qua voce V. *Lexicon*. — Speciatim usurpatur de caelestibus spiritibus, de quibus haec ibi dictis addenda cen-

semus. — Imprimis animadvertimus eos, qua uti nuntii mittuntur, angelos dici, ita ut nomen sit officii proprie non naturæ; cum vero sint spiritus, materia et forma non constant, idcirco eiusdem non sunt speciei nec corruptioni obnoxii, quia simplices omnino, quamvis corpora assumere eos non dedeceat; nec intelligunt per species a rebus acceptas sed per eas, quae sibi sunt naturaliter congenitæ; probabilius creati cum ipso universo in gratia sed beatitudine mere naturali, ad supernaturalem diverso gradu merendam; multitudine denique innumera. Distincti præterea ex sacris litteris cognoscuntur in novem ordines, in Angelos, stricto sensu, ut videtur, dictos, Archangelos, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Thronos, Cherubim, Seraphim. — Porro ex iis alii Deo fideles perstiterunt, alii superbi rebellarunt, ita ut iterum distinguantur in bonos et malos. — *August.* 5. *Civ. D.* 9. « Angelorum... voluntates dico seu bonorum, quos angelos Dei vocamus, seu malorum, quos angelos diaboli vel etiam dæmonas appellamus ». *Chalcid. Comm.* 133. « Angeli... partim Dei ministri... partim adversæ potestatis satellites ». Adde *Isid.* 7. *Orig.* 5. 5. — I°. De bonis. — ¶ 1. Proprie. *Hieronym. Ep.* 124. 14. « Angeli et potestates ceteræque virtutes ». *Avell.* 284. 12. « Angeli et universa cœlestis militia » *Paul. Nol. Ep.* 21. 3. et *Augustin.* 2. *Civ. D.* 14. « Angelis immortalibus beatis ». *Lact.* 1. *Inst.* 7. 8. « Ostendit ministros Dei non deos, verum angelos appellari oportere ». Adde *Ambros. Virg.* 11. 63. *Tertull. Spect.* 27. *Vulg. Hebr.* c. 1. et alibi pass. — ¶ 2. Translate: *a*) De homine pietate eximio. *Avellin.* 566. 8. « Nos vestro sancto angelo (*tibi, papa*) dignum est passiones exponere ». *b*) De quodam emplastri genere, *Plin. Val.* 3, 14. « emplastrum podagricum, quod dicitur angelus ». — *c*) De ipso Messia. Sic illa locutio « *Angelus faciei divinæ* » ap. *Vulg. Isid.* 63. 9. « Angelus faciei eius salvavit eos.... ipse redemit eos », allegorice est Messias, litteraliter vero unus ex angelis Deo adstantibus. — II°. De malis. — *Augustin.* 9. *Civ. D.* 15. « Misera multitudo angelorum malorum ». *Ps. Apul. Ascl.* 23. « Fit deorum ab hominibus dolenda recessio, soli nocentes angeli remaneut ». *Vulg. Ps.* 77. 49. « Immissiones per angelos malos ». *Coripp. Ioh.* 1. 252. « mente malignus angelus ipse fuit claro dejectus Olympo » et *Prosp. Epigr.* 62. 2. « letifer angelus » i. e. diabolus.

**ANGĬTŪDO**, ĭnis, f. 3. (ango) angustia v. angustiæ. *Gloss. Paris.* 104. p. 11. 77.

**ANGŬLĀRĬTER.** adv. (angularis) in angulo. *Boet. Art. geom.* 417. 2. et 427. 16. *Fr.*

**ANGŬLUS**, i, m. 2. Sensu improprio: *a*) dicitur de principibus; et quidem ingeniose; ut enim anguli ædificium, ita principes populum continent ac firmant. (*Vulg.* 1. *Reg.* 14. 38.). — *b*) pro turribus quæ in murorum angulis ædificantur. *Soph.* 1. 16.

**ANGUSTĬŌSUS**, a, um, adject. (angustia), Valde angustus. *Gloss.* « Bithalassum angustiosum.... locum » et *Greg. M. Comm.* I. *Reg.* 5. 4. 9. « Tristitiæ angustiosum malum ».

**ANGUSTĬPORTUM**, i, n. 2. (στονωπος) idem ac angiportum. *Gloss.* II. 437. 20. (gr. στενωπός).

**ĀNĪCĒTUS**, a, um, adject. (ἀνίκητός). Invictus *C. I. L.* 7. 543. « Soli Apollini aniceto ». Adde *C. I. L.* 3. 1436.

**ĀNĬMÆQUĬTAS**, atis, f. 3. (animæquus) idem ac æquanimitas. *C. I. L.* 6. 11259. Est etiam cognomen mulieris. *Ibid.* 10. 3594.

**ĀNĬMAL**, antiqua forma *animale* ap. *Lucret.* 3. 633.: Cf. *Charis gramm.* I. 25. 15. sqq., *Liv.* 23. 19., *Pelag. Vet.* 20. p. 26. etc.

**ĀNĬMĀLĬTAS**, atis, f. 3. (animal) animæ affectio prava. *Mytogr. Vat.* III. 6. 16. « Animæ superior vis est rationalitas, spiritus, domina mens, animus: inferior est quæ voluptatibus corporis consentit vocaturque sensualitas, animalitas, famula mens ». *August. Spir. et an.* 38. « Sensualitas sive animalitas animæ est inferior vis eius ».

**ĀNĪTAS**, ātis, f. 3. (anus) senectus. *Gloss.* anitas, senium, senatum, multitudo senum ». *Anth.* 19. 4. « Antistat gerras meas anitas diributa ».

**ANNĬHĬLĀTĬO**, ōnis, 3. f. (annihilo) destructio contemptus. *Hieronym. Ep.* 106. 27. una cum aliis similibus, inter vocabulorum portenta, hoc etiam recenset, quæ tamen habet *Gloss.* II. 304. ut annihilatio, ἐξουθενισμός; annihilator, ἐξουθενητής; et annihilo (adnihilo), ἐξουθενῶ.

**ANNĪVERSĀLIS**, e, idem qui anniversarius. *August. c. Faust.* 19. 6. « Azimorum anniversale jus » et 23. 3. « Testamenti veteris anniversale sacrum ».

**ANNŌMĬNO**, (adnomino) as, āvi, āre a. 1. (ἐπονομάζω) denomino. *August.* 2. *locut. in heptat.* ad *Exod.* 20. 24. p. 558. 17.

**ANNŌNO**, as, āvi, āre, a. 1. (annona) provideo v. suppedito alicui annonam, cibos, cibo nutrio. *Ps. August. Serm.* 29. « (*populum hebr.*) per XL. annos panibus angelicis annonavit ». (*Mai: Nova Patr. bibl.* 1. 63.). — *Deponens: Ambros. Act. Seb.* 43. « si ergo non annonantibus sed imperantibus homines quod annonantur adscribunt ».

**ANNULLĀTĬO**, ōnis, f. 3. (annullo vel adnullo) destructio. *Hieronym. Ep.* 106. 67. *V.* ANNIHILATIO.

**ANNULLO**, (adnullo) as, āvi, āre, a. 1., ad nihilum redigo, dextruo. *Itala Ps.* 68. 34. (*cod. Med.*). « (*Dominus*) vinctos suos non annullavit ». (*Vulg.* despexit). *Chalc. Tim. Transl.* 20. « res gestas.... annullatas evanuisse ». *Optatus* p. 45. 12. « sacerdotium... annullare ». *Vulg. Eccli.* 21. 5. « annullabunt substantiam ». Cf. ANNIHILATIO.

**ANNŪTĀTĪVUS**, a, um, adject. (annuo), intensurus, vim addens. *Dosith. gramm.* VII. 422. 20. « adnutativa et compromissiva ».

**ANNŪTĪVUS**, a, um, adject. (annuo), idem ac præc. *Gloss.* II. 8. 24. annutivus κατωμοτικός. *Diom. gramm.* I. 417. 17. « modo adnutiva et promissiva ».

**ĂNŌREXĬA**, æ, f. 1. (ἀνορεξία), cibi nulla v. pauca appetentia, *anoressia*. *Gloss.* III. 605. 7. σιχχασμόν. *Soran.* 2. 1. « Frequentius et anorexia eis (*feminis, quibus retinentur menstrua*) occurrit ».

**ANQUĪRŌMĂCHUS**, V. ancyromachus.

**ANSĀRĬUM**, ĭi, n. 2. (subint. vectigal) (ansa) vectigal pro statione in portu, *ancoraggio*. Occurrit in *C. I. L.* 6. 1016 et 6. 8594. Vide *P. W.* I. 2335.

**ANSĒRĀ**, æ, f. 1., anser fem. *Gloss.*: ansera χήν.

**ANSIS**, v. anses, pl. m. 3., semidei apud Gothos *Iord. Get.* 78. « Gothi..' proceres suos, quorum quasi fortuna vincebant, non puros homines sed semideos, idest ansis (*v.* anses) vocaverunt ». Eodem vocabulo quo Northmannos summos deos *aesir*, Anglosaxones *ês* appellaverint, Gothos eos *anseis* vocavisse rectissime iudicavit Jac. Grimmius. (*Muellenhoff*).

**ANTĂNĀPÆSTUS**, i, m. 2. (ἀντανάπαιστος), pes metri qui *anapæsto* (— ⏑ —) opponitur « ex brevi et duabus longis et duabus brevibus temporum septem ». *Diom. gramm.* I. 481. 29.

**ANTĂPŎDŎTĬCĒ** ode. *Schol. Hor. od.* 3. 9. *inscr.*: ad Lydiam meretricem antapodotice, id est. amœbæa.

**ANTĔCANTĀTĬO**, ōnis, f. 3. *Schol. Hor. epod. præf.*: « "proodon" quasi antecantatio (*dicitur*) ».

**ANTĔCĀPO**, as, āvi, ātum, āre, 1. a. idem quod antecapio, *anticipo*. *Greg. Tur.* 4. *Hist. Franc.* 26.

**ANTĔCELLO**, is, etiam passive adhibetur, ut *antecelluntur* ap. *Cornif. Rhet.* 2. 48.

**ANTĔCĒNĬUM**, V. ANTECŒNIUM in *Lexico*.

**ANTĔCŎLUMNĬUM**, ĭi, n. 2. (ante *et* columna), locus vel spatium ante columnas. *Ps. Ascon. Verr.* 1. 51. p. 171. B. Cf. intercolumnium. Vox suspecta.

**ANTĔLONGĬOR**, ōris (ante *et* longus) compar. valde longus, prælongus. *Boet. Arithm.* 2. 27. « Non vocabitur hic numerus altera parte longior, sed antelongior ».

**ANTĔMĔRĪDĬEM**, adverb., (ante *et* meridies), tempore antemeridiano, cui opponitur postmeridiem; ap. *Charis. gramm.* I. 187. 34. — Vox *antemeridie* in *Not. Tir.* p. 74. expungenda.

**ANTĔNŎVISSĬMUS**, a, um, adject. pænultimus *Mar. Victorin. de Rat. metr. gramm.* VI. 218. 25. « pes... huius versus ».

**ANTĔRĬTAS**, atis, f. 3. antiquitas. *Gloss. Virg. Epist.* 7. p. 175. 25. anteritate (Cf. posteritas).

**ANTĔTEMPŎRĀNĔUS**, a, um, adject. ante tempus factus. *Claudian. Mam. Anim.* 2. 12.

**ANTHŎRISTĬCUS**, a, um, adject. (ἀνθορίζω) ad contrariam seu ad antitheticam definitionem pertinens, ab ἀντί *contra* et ὁρίζω *definio*. Occurrit ap. *Fortunat. Art. rhet.* 1. 13. « (*Definitio*) anthoristica dicitur... cum duas res diversas definiunt litigantes ».

**ANTHRŌPĬĀNI**, ōrum, m. pl. 2. (ἄνθρωπος), secta hæreticorum qui Christum hominem dumtaxat fuisse asserebant, de quibus Bünem. *Lact. Inst.* 4. 30. 10.

**ANTHRŌPŎMORPHOS**, (a), on, adject. (ἀνθρωπόμορφος), qui formam habet humanam. *Cassian. Coll.* 10. 3. 4. « Quod illam antropomorphon imaginem deitatis.... aboleri de suo corde sentiret ». — Pro *anthropomorphita Gennad. Eccl. dogm.* 4.

**ANTĪTȲPUM**, i, n. 2. (ἀντίτυπον) typo oppositum, it. *antitipo, copia*, ap. *Marc. Merc. Nest. Serm.* 2. « ... panem hunc cuius est ipsum corpus antitypum ». Et *Did. Apost.* 78. 10. « Accepisti quasi antitypum sanguinis Christi ». Cf. *ibid.* 74. 6.

**ĀNŬLUS**, minime *annulus* ut est in *Lexico*; nam illa scriptio in optt. mss. tantum invenitur. — V. *Ellent, Not. crit. ad Cic. orat.* 3. 127, *Madvig ad Cic. fin.* 5. 3., *Fritzche, ad Horat. sat.* 2. 7. 53., *Sehneider, Lat. Gr.* I. 2. p. 422.

**ANXĬOR**, āris, atus sum, āri, dep. 1. (*anxius*) tristitia afficior. *Arnob.* in *Ps.* 80. super aliquo. *Tertull. Pœnit.* 10... aliqua re. Adde *Vulg. Ps.* 60. 3. et 142. 4. *Apul. Metam.* 4. 27.

**ĀNYMPHA**, idem ac innupta. *Gloss.* V. 615. 47.

**ĀPÆTĒSIS**, is, f. 3. (ἀπαίτησις) restitutionis postulatio, *fig. rhet. Isid.* 2. 21. 38. « apætesis est cum id, quod in animos judicum quasi deposueramus, opportune reposcimus ».

**ĀPELLO**, is, ĕre, a. 3. (a *et* pello = ἐκβάλλω), ejicio, expello. *Itala Evang. Ioh.* 6 37., *Gloss.* II. 21. 44. et V. 267. 8. Hoc verbo usi sunt auctores tantum post Ciceronem, sed rarissime; veteres autem adhibuerunt ASPELLO, quod V. in *Lexico*.

**ĀPERTĪLIS**, e, adject. (aperio), apertibilis. *Gloss* II. 228. 19. « apertilis, ἀνοικτός » et 267. 15 apertus.

**ĀPHRŎDĪSĬĀCUM** metrum, genus quoddam jambici metri. *Mar. Victorin. Art. gramm.* 2. 6. 8. (*Gramm.* VI. p. 86. 34. *K.*). Alii minus recte leg. *aphrosidiacum* vel *aproasiacum*.

**APHTHÆ**, ārum, f. pl. 1. (ἄφθαι) genus ulcerum. V. *Lexic.* Est tamen etiam in singul. num. *aphtha* usurpatum ap. *Th. Prisc. Eup.* 54 *Rose* (ubi codd. afatham).

**ĀPĪCĬŌSUS**, (cf. apica) adject. calvus. (V. *Ribbeck ex vett. gloss. exc.* p. 318. *Löwe Prodr.* p. 424.).

**APLĂNES**, V. voc. in *Lexico*. Addimus usurpari etiam translate. *Chalcid. Tim.* 95. « Erit ergo animæ aplanes ratio ».

**ĀPŎCLĬSIS**, is, f. 3. (ἀπόκλισις) in acc. apoclisin, declinatio, evitatio, fig. rhet. *Charis. gramm.* I. 286. 17. « per apoclisin ».

**ĀPŎCŎPA**, æ, f. 1., figura grammaticorum ab ἀποκόπτω, amputo, sc. amputatio, de qua V. *Lexic.* ubi forma *apocope* tantum; cui addimus aliam, quæ est *apocopa*, usurpatam a *Prisc.* 1. 25.

**ĀPŎCŬLO**, āre, a. 1. (fortasse derivatum a voc. *ab* et *oculus*) invisibilem facio seu incertum reddo. Iuxta Bücheler derivatur a gr. ἀποκαλεῖν, nominare, appellare. *Petron.* 62. 3. et *ibid.* 67. 3. (ubi *cod.* apocalo).

**ĀPŎDĔRĬNUS**, a, um, adject. (ἀποδέρω = *pellem detraho, decortico*), ut *apoderinum insicium* ap. *Apic.* 2. 53. in quo sunt nuclei et amygdala depilata. Giarr.–Vollm leg. *apothermum*. Cf. APODERMUS in *Lexico*.

**ĀPŎLŎGISMŎS**, i, m. 2 (ἀπολογισμός) plena causarum ac rei adiunctorum expositio: fig. rhet. *Charis. gramm.* I. 285. 7.

**ĀPŎPHĂRĒTA**, plur. in *Lexico*; sed etiam apo-

*pharetum* in sing. num. habent *Augustin. Ep.* 150., et *Symm. Ep.* 5. 56. (54.) *Seeck*.

**ĂPŎPHŸSIS**, is, f. 3. (ἀπόφυσις), quod nom. in *Lexico* omittitur et pro eo est *apophygis* v. *apothesis* ex lectione *Schneider*: ponitur eodem sensu ap. *Vitr.* 4. 7. 3., coll. 4. 1. 11.

**ĂPORRĬA**, æ, f. 1. (ἀπόρροια) defluvium. *Gloss.* V. 4. 19. « affluxio vel derivatio vel fæces vel reliquiæ ac sordes elementorum, quæ in ære purgantur ». Cf. *Gloss.* V. 266. 57. et IV. 201. 27.

**ĂPOSTĂTĬCUS**, a, um, adject. qui apostatæ est V. *Lexic.* Alio sensu: ad suppurationem pertinens, suppuratorius, purulentus. V. *Pelagon. vet.* 98.

**ĂPOSTŎLA**, æ, f. 1. femina quæ apostolico munere fungitur. *August. Serm.* 132. 1, *Mai.* « quæ post modum Apostolorum apostola meruit nuncupari ».

**ĂPOSTRŎPHO**, as, are, 1., alloquor. *Gramm. suppl.* p. LXV. « apostrophat qui de absente, tamquam præsens sit, loquitur ». *Gloss.* « Apostrophat, transitum facit ».

**ĂPŎTACTĪTÆ**, ārum, m. 1, genus quoddam hæreticorum, de quo *Cod. Theod.* 16. 5. 11., ubi alii leg. *apoctatæ*, ut in *Lexico*.

**ĂPŎTĔLESMĂTĬCĒ**, es, f. 1. (ἀποτελεσματική) ars astrologica seu consulendi stellas in alicuius nativitate. *Fulgent. Virg. contin.* p. 84. et *Myth.* 3. 10. (*Helm.* p. 78. 4.).

**ĂPŎTĔLESMĂTĬCUS**, a, um, adject. (ἀποτελεσματικός) ad apotelesmaticen pertinens. *Fulgent. Myth.* 3. 10. (*Helm.* p. 79. 1.).

**ĂPŎTHĔSIS** v. **APOPHYSIS**.

**APPĀGĬNĔCŬLI**, orum, m. plur. 2. ornamenta. *Vitr.* 7. 5. 3.

**APPĂRĀMENTUM**, i, n. 2. (apparo) apparatio, id quod apparatur, v. apparatum est. *C. I. L.* 12, 1567.

**APPENSĬO**, ōnis, f. 3. (appendo) appendendi actus; sed translate, iudicium, sententia. *Augustin. Op. imperf. c. Iul.* 1. 71.; 2. 140. et 141.; 6. 16. *Hieronym. in Dan.* 5. 25.

**APPĔTĪTĪVUS**, a, um, adject. qui appetit. *Ps. August. Spir. et an.* 20. « Vis (*animæ naturalis*) dividitur in... appetitivam, retentivam, expulsivam et distributivam. Appetitiva, quæ sunt necessaria corpori, appetit ».

**APPĔTĪTŌRĬUS**, a, um, adiect. qui ad appetitum pertinet, appetitivus. *Dion. Exig. Transl. Greg. Nyss. de creat. hom.* 31. « nostra natura... cibis et potibus indigentiam suam supplere contendit, appetitoriam quamdam vim eius rei quæ deest... corporibus inserens ».

**APPLĬCĬOR**, ōris, adject. compar. (applico) magis applicatus v. adhærens. *Apul. Met.* 10. 22. « Appliciore nexu inhærebat ».

**APPRĔHENDENTĬA**, æ, f. 1. apprehensio. *Augustin. Fratr. erem.* 42. « Vel meritum vitæ vel apprehendentiam meritorum vitæ (*petere debes*) ».

**APPRŎBĀBĬLIS**, e, adject. (approbo) qui approbari potest. *Ps. Cypr. Sing. cler.* 6. « Non est in hac societate sinceritas adprobabilis ».

**APPRŎBĀMENTUM**, i, n. 2. (approbo) idem ac argumentum probabile. *Ps. Ambros. Dign. sac.* 5. « Ne quid de approbamentis veridicis nos prætermisisse videamur ».

**APPRŎBĀTĪVUS**, a, um, adject., qui approbat. *Prisc. gramm.* III. 97. 4. « (*Conjunctiones*) approbativæ sunt quæ approbant rem: Virgilius in XII. (931.): etenim merui, nec deprecor, inquit ». *Ibid.* 93. 14.

**APPUNCTUS**, a, um, adject. (ad *et* pungo), puncto notatus, ut obelo, asterisco, limnisco etc. *Isid.* 1. 20. 4. Cf, *ibid. de Positura* « ubi... iam sensum præstat, sed adhuc aliquid superest de sententiæ plenitudine fit *colon* mediamque litteram puncto notamus et mediam distinctionem vocamus, quia punctum ad mediam litteram ponimus ». Add. *Serv. Cass. Virg. Aen.* 1. 21. Cf. *Steup., de Prob. gramm.* p. 90. et 93. A. 16.

**APRĔPĬA**, æ, f. 1. (ἀπρέπεια) indecentia. *Sacerd. gramm.* VI. 454. 29. « aprepia est absurda et indecens verborum structura ut: o Tite, tute, Tati tibi tanta... ».

**APTĀBĬLIS**, e, adject. (apto) qui aptari potest, conveniens. *Interpr. Iren.* 2. 13. 10. « Aptabile esse magis... emissioni, uti veri simile, ex Homine Verbum, sed non ex Verbo Hominem emissum ». Comp. *aptabilior* ibid. 2. 30. 3. « Tamquam meliori hoc (*demiurgo*) et aptabiliori ad faciendam voluntatem suam... usa est ».

**APTĀBĬLĬTAS**, ātis, f. 3. (aptabilis) aptandi habilitas. *Interpr. Iren.* 1. 4. 5. « Sic aptabilitatem (ἐπιτηδειότητα) et naturam fecisse in eis, ut in congregationes et corpora venirent ».

**APTĀBĬLĬTER**, adv. (aptabilis) utiliter, opportune. *Interpr. Iren.* 1. 16. 3.

**ĀPŪLĬAE**, ārum, f. pl. 1. pannus seu velarium, quod ad arcendos solis radios in theatro tendebatur. *Tertull. de Spect.* 20. (V. *Oehler* p. 526.

**ĀQUÆDUCTUS**, us, m. 4. tantum in *Lexico*; sed est etiam *aquæductum*, *i*, n. 2. in *C. I. L.* 8. 2728. 76. C. = *Wilm. Inscript.* 785. 32.); plur. *aquæducta* quoque *Aspr. Suppl.* in *Anecd. Helv.* 47. 12. — Item *aquæductium* in *C. I. L.* VII. 142. et *Gloss.* II. 462. 5. ὑδραγώγιον, aquiductium = aquæduction.

**ĂQUĀLĬUM**, ii, n. 2. (aqua) vas aquæ recipiendæ inserviens. *Plin.* ap. *Charis. gramm.* I. 118. 33. « Aqualium an potius aquarium dici debeat, quærit Plinius Secundus et putat ut laterale laterarium... proin aquale aquarium dici ».

**ĂQUĬLENTĀNUS**, a, um, adject. (aquilo) aquilonaris v. borealis. *Chalcid. Tim.* 67. — *Aquilentana*, *orum*, n. plur. regiones boreales, opp. *australia Chalcid. Tim.* 69. Ita *codd. et ed. princ.*, sed alii melius leg. *aquilonianus*, ut in voc. seq.

**ĂQUĬLŌNĬĀNUS**, a, um, adject. (aquilo), borealis (opp. *australis*). *Chalcid. Tim.* 67. « Differentia regionum aquilonianæ itemque australis ». *Isid.* 69.

**ARBĬTRIX**, tricis, f. 3. (arbiter) idem ac arbitra. *C. I. L.* VI. 10. 128. « imboliarum (= *emboliarum*) arbitrix ».

**ARBŎRŌSUS**, a, um, adject. (arbor) arboreus. *Dioscor.* 4. 113. « Frutex est arborosa ». Gr. δενδροειδής.

**ARBUSCŬLŌSUS**, a, um, adject. *Gloss.* II. 444. 39. « σύνδενδρος, arbusculosus ramosus ».

**ARBUSTĬCŎLA**, æ, m. 1., (arbustum *et* colo), arborum cultor, hortulanus. *Anth. Lat.* 682. 9. Ita emendavit *Herstzbergius*.

**ARCELLA**, æ, f. 1. nom. demin. arcæ. — ¶ 1. Est parva arca, capsula. *Diom. gramm.* I. 326. 6., *Paul. Fest.* 25. 3. — ¶ 2. Item parva mensura quadra ad signandos terminos agrorum. *Gromat. vet.* p. 227. 5.

**ARCELLŬLA**, æ, f. 1. nom. demin. arcellæ, exigua arcella v. capsula, *cassettina* ap. *Diomed. gramm.* I. 326. 7.

**ARCESSĬO**, ōnis, f. 3. (arcesso) vocatio, *chiamata*, ap. *Charis. gramm.* I. 44. 32.

**ARCHĬDĬĀCŎNĀTUS**, us, m. 4. archidiaconi ordo, v. officium. *Leo M. Ep.* 113. 1. « Ab officio archidiaconatus... movetur ».

**ARCHĬMARTYR**, yris, m. 3. (ἀρχιμάρτυρ), martyrum caput. *Maxim.* ap. *Augustin.* ep. 16. 2.

**ARCHĬPŎSĬA**, æ, f. 1. (ἀρχιποσία), munus eius, qui præsidet convivio. *Porphyr. Horat.* 2. *od.* 7. 27. « Archiposian in convivio talorum iactu sortiri solebant ». Et 2. *sat.* 2. 123. « libere potare.... idest sine archiposia ».

**ARCHĬTECTŎNOR**, āris, ātus sum, ari, dep. 1. architector. *Itala Exod.* (*August. Quæst. hept.* 2. 138. *Vind.* 28. 3. p. 180. 2.) 31. 4. « Quid est, quod Beseleel... dixit eum se " replevisse spiritu divino.... in omni opere excogitari et architectonari " ». (Vulg. *fabrefieri*).

**ARCHĬTECTŬLUS**, i, m. 2. demin. ab architectus in *Inscr. parietaria C. I. L.* 4. 2000.

**ARCĬFER**, fēri, m. 2. (arcus *et* fero) qui fert arcum. « τοξοφόρος ». *Gloss.* II. 457. 15; sagittarius V. 491. 54.

**ARCĪVUS**, a, um, adject. (arceo) impediendo aptus. *Gloss.* II. 286. 35. et 257. 32. « κωλυτικός, arcivus ». Cf. *Ibid.* V. 440. 62. et V. 561. 48.

**ARCŎLĔON**, ontis, m. 3. nom. fortasse ab ἄρκος (= ἄρκτος), *ursa* et λέων, *leo*, ursaleo = pilosus v. villosus leo. *Capitolin. Gord.* 33. *ed. Peter* (ubi *Salmas.* argoleontes, ab ἀργός, candidus, splendens et λέων, *candidus leo*).

**ARCŬĀTŪRA**, æ, et **ARQUĀTŪRA**, f. 1. (arcuo) structio in arcum, arcuatio v. arcus flexus, *la volta dell'arco*, ap. *Frontin. Aquæd.* 5. *cod. Cass.* Cf. *arquaturæ forfices* in *Gloss.* ... (*fornices* in *Mai* 7. 552.).

**ĀRĔPO**, vox Gallica, ut videtur *C. I. L.* 12. *202. « sator arepo tenet opera rotas » (*versus recurrens*). Cf. *Dietrich. Reg. Mus.* 56. 1900. 92.

**ARGILLĔUS**, a, um, adject. (argilla) idem ac argillaceus. *Fulg. Serm. ant.* 51. « Antidamas.... ait... " Averruncassit D(eus) tam aricinas hominum mentes "... dicitur.... averruncare eradicare aricinas testeas vel argilleas ».

**ARGŪĬTĬO**, ōnis, et **ARGŪTĬO**, ōnis, f. 3. (arguo) actus arguendi. — ¶ 1. Est correptio, increpatio, opprobrium. *Augustin.* in *Ps.* 72. 14. « Argutio correptio est; qui arguitur, corripitur ». *Interpr. Iren.* 18. 1. « arguitionem... inferre ». ¶ 2. Item fort. argumentatio. *Tertull. Res. carn.* « Hinc jam illa vulgaris incredulitatis argutio etc. » (*al. alit. leg.*).

**ARGŪMENTŌSĒ** v. **ARGUMENTŬŌSĒ**, adv. *Gloss.* IV. 22. 12. « astute: callide, argumentose » sc. multis argumentis. *Gramm. Suppl.* 55. 15. « argumentuose ».

**ĀRINGUS**, i, m. 2. arinca. *Ps. Gargil. Mart. de med.* 62. Cf. *Rose* in *Herm.* VIII. 224. sqq.

**ARISTŎLŎGĬA**, æ, f. 1. idem ac aristolochia et aristolocia. *Chiron.* 129, *Diosc.* 3. 4. etc.

**ARMĀTOR**, ōris, m. 3. (armo) qui armat. *Prisc. gramm.* III. 463. 11. « Fac nomen verbale a participio præteriti temporis: armator, armatrix ». *Gloss.* II. 385. 25. « ὁπλιστής, armator ».

**ARMĀTRIX**, tricis, f. 3. V. voc. præc.

**ARMĬFACTOR**, ōris, m. 3. (arma *et* facio) qui arma fabricat. *Vict. Pers. Vand.* 1. 30.; *Cassiod.* 7. *Var.* 18.; *Novell.* 86. 1. ubi alii *armificatores* leg.

**ARMĬFACTŌRĬUM**, ii, n. 2. (armifactor), fabrica armorum. *Novell.* 86. 1. « qui in publicis deputati sunt armifactoriis » (*iuxta al.* armificatoriis).

**ARMILLĀRĬUS**, ii, m. 2. (armilla) qui armillas facit. *Gloss.* II. 25. 33. « armillarius, ψελοποιός ».

**ARMUS**, i, m. 2. V. voc. in *Lexico*. Adnotamus tantum non satis aliquando perspici, utrum ad *arma* vel ad *armos* sensus referatur. (V. *Prisc. gramm.* III. 462. 8. et *Asper. Suppl.* 47. 3.). Cf. *Schol.* et *Serv.* ad *Virg.* 4. *Aen.* 11. et 10. *ibid.* 767. et 11. 640.

**ARTĬCŬLĀTOR**, ōris, m. 3. (articulo) qui articulat, h. e. qui in membra concidit. *Gloss.* II. 23. 39. « articulator, μελοκπόος ».

**ARTĬFĬCĀLIS**, e, adject. idem ac artificialis. *Consent. gramm.* V. 343. et *Gramm. suppl.* 85.

**ARTĬFĬCĪNA**, æ, f. 1. (ars *et* facio) locus in quo artes exercentur. *Gloss.* V. 590. 51. (*Glossæ Scaligeri*).

**ARTĬGRĂPHĬA**, æ, f. 1. (artigrafus) nom. ab ars et γράφω, scribo et est liber grammaticam et rhetoricam docens. *Anecd. Helv. Gramm. Suppl.* 174.

**ARVĒNA**, æ, m. 1. ἀρχαϊκῶς pro advena (*Prisc.* 1. 45. in *Gramm.* II. 35.) sicut *arveho* ab *adveho*, *arvenio* ab *advenio*, *arvoco* ab *advoco* etc.

**ARVENĬO**, is, īre, 4. n. ἀρχ. pro advenio. *Diomed. Gramm.* I. 452. 29. et *Gloss.* V. 7. 34. (*Placidi*). Cf. v. præced.

**ARVĬPENDĬUM**, ii, n. 2. (arvum *et* pendo) videtur mensuræ genus ap. Aegyptios in usu quod Graeci vocant σχοῖνος. *Gloss.* II. 23. 52. arvipendium, σχοῖνος γεωμετρικός. Cf. *ibid.* 19. 6. « arbipendium ».

**ARVŎCĬTO**, are, a. 1. ἀρχ. pro advocito. *Thom. Thes.* 56.

**ARVŎCO** et **ARVŎLO**, ἀρχ. pro advoco et advolo. *Prisc.* 1. 45. in *Gramm.* II. 35.

**ĀSELLĬFER**, fĕra, ferum, adject. (asellus *et* fero) qui fert asellum, cancer, (figura astri). *Anthol. lat.* 761. 57. *R.* Cf. *Hygin.* 2. *Astr.* 23.

**ĀSĬFŎLĬUM** v. **ASSIFŎLĬUM**, n. 2. genus herbæ, fort. ab *assus* et *folium*, quod varie scribitur. *Ps. Apul. Herb.* 77. « Latini gramen, alii assefolium ».

**ĀSĬNĀRĬCĬUS**, a, um, adject. ad asinum pertinens. *Itala Marc.* 9. 42. « mola asinaricia ». (*Vulg.* asinaria).

ASINASTRA ficus, ignotum genus quoddam fici. *Croat.* ap. *Macr.* 3. *Sat.* 20. (2. 16.). 1. — *Alii alit. leg.*

ASPERGEN, inis, f. 3, idem quod aspergo (inis). Agnoscitur a *Mar. Victorin.* 1. 3. 23. *Gloss.* II. 24. 20. « Aspergine περικλύσματι ».

ASPERNĀMENTUM v. ADSPERNĀMENTUM, i, n. 2., (aspernor). — ¶ 1. Est aspernatio, contemptus. *Tertull.* 4. *Adv. Marcion.* 14. et *Pudic.* 8. — ¶ 2. Pro ipsa re contemnenda. *Coll. leg. Mos.* et *Rom.* 5. § 1. = βδέλυγμα (V. *Rönsch, Itala* p. 22.

ASPĪCIĀLIS, e, adject. (aspicio) qui aspici v videri potest. *Gloss.* II. 386. 17. « aspicialis, ὁρατός ».

ASPĪRĀTĪVUS, a, um, adject. (aspiro) aspirationi inserviens. *Cassiod. Orthogr.* 1. in *Gramm.* VII. 153. 15. et *Virg. gramm.* p. 170. 18.

ASPRĀTŪRA, æ, f. 1. (aspero) sync. pro asperatura, negotiatio nummulariorum sive ipsa pecuniæ commutatio, collybus. *Gloss.* II. 22. 1. « aspratura κόλλιβον ».

ASSACRĬFĬCIUM et ADSACRĬFĬCIUM, ii, n. 2. (sacer *et* facio) aliquid videtur sacrificio adjectum, oblatum v. sacrificio simile. *Tertull. de Idol.* 16., ubi *alii alit. leg.*

ASSENTĀNĔUS et ADSENTĀNĔUS, a, um, adject. (assentio) consentiens, consentaneus. *Gloss. Scal.* V. 589. 31. et *Thom. Thes.* 58.

ASSENTĬÆ, ārum, f. plur. 1. I. (assentio) assentationes. *Placid. Gloss.* V. 4. 14.

ASSERTRIX et ADSERTRIX, tricis, f. 3. (assero) quæ defendit. *Iulian.* ap. *Augustin. op. imperf. c. Iulian.* 6. 5. « juris diabolici assertrix ».

ASSĔVĒRANS, antis, part. præs. (assevero), cuius compar. adjectivorum more, *asseverantior* et *asseverantius*, habet *Donat.* ad *Terent. Andr.* 1. 1. 73.

ASSIGNĬFĬCĀTĬO, et fere ADSIGNĬFĬCĀTĬO, ōnis, f. 3. (adsignifico) actus adsignificandi seu cumulandi. *Carm. de fig.* 184. « Si plenum cumules, adsignificatio, ut "mihi non placet hoc animo" », ubi *animo* si aufertur stat sensus, si additur, auget.

ASSIGNĬFĬCO et fere ADSIGNĬFĬCO, as, āvi, ātum, āre, a. 1. indico. *Varr.* 6. *L. L.* 36. « Cum verborum declinatuum (— tium *codd.*) genera sint quattuor: unum quod tempora adsignificat etc. ».

ASSĬMĬLĬTŪDO, v. ADSĬMĬLĬTŪDO, inis, f. 3, idem ac similitudo. *Tertull. adv. Hermog.* 34., ubi alii legunt *ad similitudinem* pro *adsimilitudinem*.

ASSISTENTĬA, æ, f. 1. assistendi actus, auxilium. *Ps. Augustin. Quæst. test.* 115. « Dei nostri assistentia imploranda est ad tutelam ».

ASSŎNĀTĬO et ADSŎNĀTĬO, ōnis, f. 3. (adsono), consonantia, concordia, concentus. Plur. num. *Cassiod.* in *Ps.* 1. 1. p. 10. *Garet.*

ASSULTĀTĬO, ōnis, f. 3. actus assultandi. *Dionys. Exig. Gregor. creat. hom.* « assultatio equi exordium superbiæ facta est ».

ASSŪMENTUM et ADSŪMENTUM (assuo) panni segmentum v. frustum, *toppa*, in *Itala Matth.* 9. 16. *Vulg. Marc.* 2. 21. « Nemo adsumentum panni rudis adsuit vestimento veteri ». *Hieronym. Ep.* 148. 27. « horrentibus pannorum assumentis tegi ». *Gloss. Salom.* « Assumentum, additamentum sive pars assuenda ». (Cf. *Loewe Prodr.* p. 150.).

ASSUMMĒ et ADSUMMĒ, adv. i. a. adprime. *Acta sanctorum vit. S. Protadii.* 3. « adsumme eruditus ».

ASSUMMO et ADSUMMO, as, ātum, āre (ad *et* summa) summam colligo, conficio, *sommare.* Occurrit ap. *Hultsch. metrol.* p. 1. 13. 7. « Sextula bis assummata duellam facit ». (*Isid.* 16. *Orig.* 25. 15., ubi Otto legit *assumpta*). *Not. Tir.* 21. 10.

ASSUMPTRIX et ADSUMPTRIX, tricis, f. 3. (assumo) quæ aliquid assumit. *Ps. Augustin. Serm.* 246. 1.

ASSURRECTĬO et ADSURRECTĬO, ōnis, f. 3. actus assurgendi. *Ambros. Abr.* 2. 7. 39. « Non corporalem assurrectionem significat sed spiritalem ».

ASTĔRŎSCŎPĬA, æ, f. 1. (ἀστεροσκοπία) astrorum inspectio. *Schol.* ad *Hor. od.* 1. 28. 1.

ASTĬPŬLOR, āris etc., dep. 1. V. voc. in *Lexico.* Addimus usurpari etiam passive. *Claud. Mam. Stat. anim.* 2. 9.

ASTRŎLAPSUS, us, m. 4. et ASTRŎLAPSUM, i, n. 2. (astrum *et* labi) aliquid ex astro habens, v. astri cursus. Occurrit masc. ap. *Auct. inc. Exc. mathem.* 1. 8. et 2. 3. *Ianius* (*Macr.* v. 1. p. 218. et 225.). — Neutr. *Schol.* ad *Macr. Somn. Scip.* 1. 20. 9. (*Ian.*, *Macr.* v. 1. p. 219. 6. *Ian.*). — Sive *Schol.* ad *Macr.* sive *Exc. math.* medio ævo videntur confecta; hinc vox non tuto admittenda.

ĀSYMMĔTER, tra, trum, adject. (ἀσύμμετρος, haud metricus). *Boet. Arist. Anal. pr.* 1. p. 487.

ĀSYNDĔTŌS, adv. (ἀσυνδέτως) modo asyndeto, sine copula. *Pompej. comm. art. Donat.* § 28. p. 264. 22. *K.* ubi alii leg. *asyndete.*

ĀTRĀMENTĀLE, is, n. 3. (atramentum) atramentarium, calamaria theca. *Gloss.* II. 22 31. *Caper gramm.* 7. 108. 3.

ĀTRĀMENTĀRĬŎLUM, i, n. 2. nom. demin., parvum atramentarium. *Thom. Thes.* 48. a.

ĀTRĬTŪDO, inis, f. 3. (ater) nigredo, μελανία. *Gloss.* II. 366. 49.

ĀTRĬUNCŬLUM, i, n. 2. demin. ab *atrium*, parvum atrium. *Valer. Abb.* opusc. *Migne* 87. p. 154[D] « Atriunculi locus opificum labore versus in planum ».

ĀTRO, as, āre, a. 1. (ater) atrum facio. *Damas. Eleg. in Hieronym.* 44.

ATTONSĬO, ōnis, f. 3., actus attondendi. *Hieronym. in Mich.* 1. 2. p. 450. *Vall.* « Si quid deinceps renatum pilorum fuit, alia deinceps rasura et ottonsione truncatum est ». Adde *Ps. Rufin. in Am.* 2.

ATTRACTĪVUS, a um, adject., qui attrahit v. attrahendo aptus. *Cassiod. Anim.* 6. « Prima (*pars animæ*) est attractiva, rapiens de naturali, quod sibi necessarium sentit ». Adde *eund.* 10. *Var.* 294.

ATTRĬBŪTOR, ōris, m. 3., qui attribuit. *Hieronym. Didim. Spir. S.* 4. « Iste vero non tantum non est capax sanctificationis alienæ, sed insuper attributor est et creator ».

ATTRŎPO et ADTRŎPO, as, āre, 1. a., tropice expono. *Arnob. jun.* in *Ps.* 37. « Bene quidam voluit adtropare in beati Iob passione istum psalmum exponendo; sed qui passionem Iob legere et scire desiderat, melius facit, si ipsum ejus librum discutiat ».

ATTŪRĀTĬO et ADTŪRĀTĬO, ōnis, f. 3. (atturo a *tus*) sacrificium, oblatio v. cærimonia sacrificalis seu turis incensio. *Gloss.* II. 22 45. λιβανωτικὰ θυσία, atturatio.

AUCA, æ, f. 1. (=avica, avis), anser, χήν, *oca* in *Gloss.* II. 45 45.; V. 266. 20; *Avian. Apol.* 38. p. 80. *Fr.* Cf. *Gloss.* V. 615. 40. « Anser est occa ».

AUCELLUS, i, m. 2. demin. ab *avis*, avicula, it. *augello, uccello* (alit. *il passero*). *Gloss.* II, 25. 42. *Schol. Iuv.* 6. 7. *Lex Sal.* 7. 4. add. 6.

AUCEPTOR, ōris, m. 3. (avis *et* capio), qui aves capit. *Gloss. Vat.* in *Class. auct. ed. Mai*, 6. 509. et 7. 532.

AUCTĬŌNĀTOR, ōris, m. 3. (auctionor), qui auctionem facit, mercator. *Hilar. Arel. Vit. S. Honorat.* n. 11. Adde *Gloss.* IV. 312. 45.

AUCTĪVUS, a, um, adject. (augeo) ad auctionem pertinens. *Fortunat. Art. rhet.* 3. 20. *Diomed. gramm.* I. 417. 29. et *Dosith. gramm.* VII. 422. 23.

AUCTŌRĀBĬLIS, e, adject. (auctoro) auctoritatem habens. *Schol. Lucan.* 1. 454. et *Schol. Vindob.* ad *Horat. ars* p. 191.

AUCTŌRĀTĬCUS, a, um, adject. (auctoro), auctorabilis = authenticus. *Schol. Bern.* p. 12.[b] *Gloss.* II. 250. 47.

AUDĪTRĪX, tricis, f. 3. (audio), quæ audit. *Prisc. Inst. de nom.* § 71. *K.*

AUFŪGO, as, āre, a. 1. idem ac fugo. *Vict. Vit.* 1. 14. « ut episcopos atque laicos nobiles de suis ecclesiis vel sedibus... aufugarent ». *Ps. Venant. Carm. sp. app.* 5. 22. « Iota mente sacro fonte aufugantur crimina ».

AULON, ōnis, m. 3. et AULŌNA, æ, f. 1. — αὐλών proprie est locus imus, vallis, sed varia significat: ¶ 1. *Gloss.* « aulones, ἔναυλοι, alvei ». ¶ 2. *Hieronym. Quæst. hebr. in Gen.* p. 33. 7. « campi vel aulones ». ¶ 3. *Itala Iudith* 7. 3. « in aulona », ἐν τῷ αὐλῶνι sc. in valle v. plano. ¶ 4. *Itala ibid.* 10. 10. in atrio v. in atrium v. portam « per aulonem ».

AUMĀTĬO, ōnis, f. 3. *Virg. gramm. epit.* 14. p. 87. « Autumnus dicitur de aumatione fructuum, quod colliguntur », quasi sit collectio.

AURĀMENTUM, i, n. 2., id quod est aurum v. ex auro factum. *Itala* 1. *Mach.* 11. 58. « Et misit illi auramenta (χρυσώματα) ». (Vulg. « vasa aurea »).

AURĔŌSUS, a, um, adject. idem ac aurosus. *Ps. Cassiod. in Cant.* 5. 11. « Rami (*palmarum*) productiores et excellentiores interdum aureosi coloris ».

AURĬCÆSOR, ōris, m. 3. (aurum *et* caedo) idem qui aurifossor. *Edict. Diocl. C. I. L.* III. p. 1951. 30. 4. αὐρικαισωρίβους = auricæsoribus. Cf. *Archiv.* VI. (1889.) 586.

AURĬFĬCĪNA, æ, f. 1. (aurifex). *Gloss.* II. 568. 43. « χρυσοχοεῖον, aurificina, ubi funditur » (sc. aurum). *Cassian. Coll.* 21. 15. 1. « Medicinæ, aurificinæ, vel ceterarum artium... disciplinæ ». *C. I. L.* VII. 265. « utere felix tabernam aurificinam ».

AURĬLĔGUS, i, m. 2. (aurum *et* lego), idem qui aurilegolus. *Nicet. Symb. frg.* 3. « Nec sacrilegus ante aurum mittit in sacculum, nisi prius terram vel limum laverit universum ».

AURIS, is, f. 3. V. voc. in *Lexico.* — Accipitur præterea auris pro corpore. *Vulg. Ps.* 39. 7. « Sacrificium et oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi ». Id confirmatur *Hebr.* 10. 5. « Hostiam et oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi ». *Auris* vero illic ponitur, pars pro toto, ad significandam obœdientiam, quæ ex auditu oritur; hic *corpus* ut significetur integrum corporis sacrificium. Locus est de David litteraliter; figurate de Christo, qui et prompte mandato Patris obœdivit: *tunc dixi: ecce venio*; et corpus tradidit in holocaustum cruci affixum. Sunt tamen qui illud « aures autem perfecisti », (seu *aptasti* mihi, uti est in hebr.), accipiunt de more servorum, quibus si servitutem pergere voluissent, auris ad postes ianuæ perforabatur, in perpetuæ servitutis signum (*Exod.* 21. 6.). Quo ritu obœdientia et famulatus Christi erga Patrem aptissime significari nemo non videt.

AURĪVESTRIX, stricis, f. 3. (aurum *et* vestio) quæ vestes aureas facit. *C. I. L.* VI. 9214. « Sella Epyre de sacra via aurivestrix ».

AURŌRO, as, āre, n. 1. (aurora). *Varro Men.* 121. « Aurorat ostrino hic indutus supparum, coronam ex auro et gemmis fulgentem gerit luce locum afficiens ». *Gloss.* V. 270. 3. « aurorans, illuminans colore rutilo ».

AURŌSUS (AURŪSUS), a, um adject. (aurum) idem ac aureus. V. voc. in *Lexico.* Addimus: aurosus (ab *aura*), auræ expositus v. obvius, apricus. *Oribas. Syn.* 5. 37. « Facere debent in locis aurosis (ἐν τόποις εὐπνόοις) ».

AUSCŬLUM, idem quod osculum. V. hanc voc. in *Lexico.*

AUSO, as, āre, n. 1. idem quod audeo. *Gramm. suppl.* 50. 24. « Neutralia verba...: resurgo, auso, ructo », it. *osare.*

AUSPĬCĀLĬA, ium, n. plur. 3., nomen diei sollemnis. *Pol. Sil. Fasti Ian.* 3. « Dies auspicalium ». Usurpatur tamen ut nomen proprium.

AUSPĬCĀTĬO, ōnis, f. 3. (auspicor), actus auspicandi, auspicium. *Gloss.* V. 442. 6. « augurium signum auspicatio ».

AUTŎGENNĒTOR v. AUTŎGĔNĬTOR, ōris, m. 3. (αὐτογεννήτωρ), per se genitor, qui per se gignit. *Interpr. Iren.* 1. *Hær.* 14. 3. « Sublimis allevans sensus intelligentiam autogenitora et patrodotora verbum ab ore Veritatis audi ». *Skutsch, de Nom. Latin. comp.* p. 13.

AVELLĀNA, nux, V. voc. in *Lexico.* Olim vero Abellana ap. *Cat. R.* 8. 2., *Plin.* 12. *H. N.* 100., *Scribon.* 120. et 135., *Priap.* 51. 12. *Macrob.*

3. *Sat.* 18. 5. — *Avallana* ap. *Oribas. Fragm.* 2. 27.

ĀVENTĬA, æ, f. 1. (hab – *codd.*) ut industria, sapientia, concordia. Claudius (*Quadrig. Hist. frg.* 61.) libro septimo « animos eorum haventia inflarat » ab eo quod est havere. *Non.* 119. *sub* litt. *h. Gloss.* V. 642. 25. « habentia ab habendo ». Idem itaque videtur ac lætitia, v. vehemens delectatio, gaudium, ab *aveo* (*haveo*, v. *habeo*), vel desiderium ardens. V. *aveo* in *Lexico*.

AXO, as, āre, v. ANXO, as, āre, nomino. *Paul. Fest.* 8. 9. Hinc « axamenta... ea carmina saliaria », in quibus singuli versus facti erant a nominibus deorum, ut Iunonis, Mercurii etc.

AXUNGĬO, as, āre, 1. a. (axungia) axungia linio. *Chron.* 661. « Curato cottidie (ab) axungiare pedes v. aliata confricare ». *Pelag.* 470. « Axungiantur animalia apud Venetos sic ». Cf. *Bücheler Rhein. Mus.* 59. p. 2.

# B

BACANUM, i, n. 2. (βάκανον) genus herbæ. *Marcell. Med.* 22. 43. « ad jecoris dolorem: bacani unciæ II. ».

BĀCĀTUS, a, um, adject. ex partic. usurpatum. (V. *Prisc. gramm.* II. 562. 15.). *Gloss.* IV. 210. 4. « bacatum: gemmis ornatum in modo bacarum ». *Virg.* 1. *Aen.* 655. « monile Bacatum et duplicem gemmis auroque coronam ». V. *Lexic.* BACCATUS.

BACCHINON, i, n. 2., genus clipei cum duabus pateris ligneis. Ita *Greg. Tur.* 9. *Hist. Franc.* 28.

BACCHĬŌCHŌRĬOS, ii, m. 2. genus pedis ap. poetas. *Diom. gramm.* I. 482. 6. « (*Pes heteroplocus pentasyllabus est*) bacchioccorios ex duabus longis et brevi et longa et brevi, temporum octo ».

BACH, interjectio. *Explan.* in *Donat. gramm.* IV. 562. 20. « aut lætamur ut " bach ", aut dolemus ut " heu " ».

BĀCO, as, āre, a. 1. (baca), baca lauri aliquid aspergo. *Apic.* 11. 12.

BACUCEI dæmones (vox fort. Celtica). *Cassian. Coll.* 7. 32. 2. « Alios ita eorum corda quos ceperant inani quodam tumore videmus infecisse, quos etiam bacuceos vulgus appellat, ut semetipsos ultra proceritatem sui corporis erigentes nunc quidem se in quosdam fastus gestusque sustollerent, nunc vero velut adclines ad quemdam se tranquillitatis et adfabilitatis statum communes blandosque submitterent ».

BĀCŪLA, æ, f. 1., nom. demin. a *baca* ap. *Plin.* 25. *N. H.* 96. et *Arnob.* 2. 21. olearum baculæ.

BĂCŪLUS, i, m. 2. V. voc. in *Lexico*. Translate ap. *Vulg. Tob.* 5. 23. et 10. 4. — Elegans est metaphora *Lev.* 26. 26. « Postquam confregero baculum panis vestri, comedetis et non saturabimini ». Sic et *Ezech.* 4. 16. et 5. 16. In illo *Ps.* 104. 16. ubi nos habemus: *omne firmamentum panis contrivit*, hebraice est *omnem baculum panis*. — Locutio *baculus annuntians* in Scripturis sacris, sunt virgæ, quas, invocato *ligno*, jactabant, ex quibus divinationem captarent. Hanc rabdomantiam profani dixere cognatam toxomantiæ seu hariolationis, a sagittis, cujus exemplum occurrit *Ezech.* 21. 21.

BADDIM et BADIM, (Hebr. baddîm « collective, fila, a *bad*, filum lineum ». Gr. βαδδίν v. βαδδεῖν, vestis quædam, sacerdotum propria linea v. byssina, alio nomine feminalia. (*Vulg. interpr. Dan.* 10. 5.). Hinc *ephod bad*, ephod lineum. *Isid.* 19. 21. 8. « Badin, feminalia, idest bracæ usque ad genua pertingentes, quibus verecunda sacerdotis velabantur ».

BĀDISSO, as, āre, n. 1. (βαδίζω). Scribitur et *badizo*, sed præstat *badisso*, ut *atticisso* pro *atticizo*. Cf. *Prisc.* 1. 452. *P.* Teste Isidoro fuit hic scribendi modus usque ad Augusti tempora. Est autem a v. gr. βαίνω, *eo*, *incedo*: *cf. va-d-o* pro *ba-d-o*. — Badisso est idem ac eo, ambulo, incedo. *Plaut. Asin.* 706.

BADIZO, V. voc. præc.

BADO, as, āre, 1. n. *Gloss.* v. 601. 18. hippitare: oscitare, badare (*it.* badare, *franc. vet.* baer, *prov.* badar). V. *Wiener, Stud.* 25. p. 92.

BAETO, idem ac *beto* et *bito*. V. BETO in *Lexico*.

BĀFA, æ, f. 1. (βαφή) dealbatio. *Apic.* 3. 89.

BAIA, æ, f. 1. genus quoddam palmarum. *Hieronym. Adv. Iovin.* 2. 13. « Cubile eis de foliis palmarum, quas baias vocant, contextum erat ».

BĀLĀBUNDUS, a, um, adject. (balo) balans v. belans. *Cypr. Ep.* 45. 3. « balabundas et errantes oves ». Alii tamen legunt *palabundas*.

BĀLÆNA. Scribitur etiam in optt. mss. *ballæna.* (*Ovid.* et *Iuvenal*); serius *ballena* (*Veget.* et *Paul. Fest.*) et *baleno* (*Isid.*).

BĀLÆNĀCĔUS, a, um, adject. (balæna) ad assulam osseam balænæ pertinens. *Petron.* 21. 2. « Quartilla ballenaceam tenens virgam ».

BALBO, as, āre, n. 1. (balbus) balbutio, *balbettare*. Occurrit ap. *Isid.* 16. 29.

BALNĔUS, i, m. 2., idem ac *balneum*. *Petron.* 41. 11. *Itin. Burdig.* p. 585. 588., *Orib.* 15. 27., 19. 32. Cf. *C. I. L.* XIV. 4015. « *balineus* ». — *Balnea*, æ, f. 1. *Varro* 9. *L. L.* 9. 68. *Non.* p. 198. Vulg. *valneum* ap. *Front.* p. 88. 2. *N.*; « *valneas* » *C. I. L.* VI. 33899.

BALSĀMUM, i, n. 2. plur. *balsama*, non solum apud poetas, sed etiam ap. *Tac. Germ.* 45., *Solin.* 35., 5. *Apul. Metam.* 2. 8., 6. 11. et 24. *Spart. Hadr.* 19.

BARBESCO, is, ĕre, n. 3. (barba), incohat., barbam emittere incipio. *Gloss.* IV. 557. 63. pubescere, juvenescere, crescere, barbescere. Cf. *Gloss.* V. 442. 33. barbisco γενήζω.

BARBĬTONDĬUM, ii, n. 2. (barba *et* tondeo), *Schol. Pers.* 1. 15. « tonsuræ genus, quo juvenes tondentur unde sic tonsi *pexibarbi* vocantur »; cujus rei meminit Virgilius « Candidior postquam tondenti barba cadebat ».

BARBO, as, āre, a. 1. (barba) barbatos facio. *Carm. epigr.* 351. (Pompeis) « Barbara barbaribus barbabant barbara barbis », (nugatorium carmen aut nullius sensus aut talis: barbara *emplastra nigra*... barbabant *ora velut gladiatorum* barbaribus barbis. *Bücheler*).

* BARCĀLA (barcula), æ, f. 1. vox iocosa fortasse asinus stans, *ritto*, sc. homo stultus *babbaccio, babbione*, ap. *Petron.* 67. 7.

BĀRO, ōnis, m. 3. miles mercennarius, ap. *Isid.* 9. 4. 31.; vel strenuus miles. Cf. *Gloss.* baro: ἀνήρ. — Alio sensu V. in *Lexico*.

BATTĬTŪRA, æ, f. 1. (battuo) ictus mallei. *Veget.* 3. 26. 3. Cf. it. *battitura*.

BĒBO, as, āre (onomat) ba ba vocem edo sc. hircinam. *Suet. frg.* 161. p. 249. 3. *R.*

BELLĀRĬUS, ii, m. 2., bellariorum fabricator vel venditor. *Gloss.* III. 309. 49.

BELLĬCO, as, āre, n. 1. bellum gero, pugno. *Itala Is.* 2. 4. « Non assumet gens adversus gentem gladium, nec discent ultra bellicare » gr. πολεμεῖν.

BELSA, æ, f. 1. gramen. *Virg. gramm. epit.* 4. p. 20. 21. « Bellum nonnisi in belsa, hoc est in campo agitur, belsa enim ab hoc dicitur, quia belsa plurima, quæ sunt gramina profert ».

BELSAVIA, hoc est perversa, cum casus nominum modusque verborum transmutat, cuius exempla sunt hec (sic!), ut lex hoc est legibus et legibus hoc est lex etc. Ita *Virg. gramm. epit.* 15. p. 90. 12.

BĒMA, ătis, n. 3. (βῆμα, locus editus) dies festus Manichæorum. *Augustin. c. Ep. fund.* 8. p. 212. 11. « Cum bema vestrum, id est dies, quo Manichæus occisus est, quinque gradibus instructo tribunali... prosequamini... ».

BĔNĔDĪCIBĬLIS, e, adject. (benedico) cui benedici potest. *Ps. Augustin. App. serm.* 120.

BĔNĔDĪCO, is, dixi, dictum, ĕre, 3., quod verbum cum dat. a classicis scriptoribus construitur et a sequioribus etiam cum acc., significat etiam: *a*) benefacio. *Vulg. Prov.* 11. 25. « Anima quae benedicit impinguabitur, et qui inebriat, ipse quoque inebriabitur » h. e. homo beneficus beneficiis cumulabitur; et qui ubertim caritatis suæ officia implet, vicissim et ipse paria ubertim recipiet. — *b*) Pro maledico per antiphrasim. *Vulg.* 3. *Reg.* 21. 13. « Benedixit Naboth Deum ». *Iob* 1. 11., 2. 5. et 9.

BĔNĔDICTĬO, onis, f. 3. (benedico) in illo *Is.* 36. 16. « facite... benedictionem » est facite rem utilem, gratam quæ felicitatem afferat. Non est igitur hoc rogantis obsequium, favorem gratiam ac veluti beneficium, sed ut LXX habent: Si vultis benedici, *h. e.* felices esse etc. et hebraice: Facite (mecum) quod (vobis) est utile etc.

BĔNĔDŌRUS, a, um, adject. (bene *et* odorus) bene olens. *Carm. epigr.* 1569. 6.

BĔNĔFĪCO, as, āre, 1. bene facio. *Charis. gramm.* I. 293. 33. (*dat.* cognato). *Lindmann* leg. « benefit cognato ».

BĔNĔFRĀGRANTĬA, æ, f. 1. bonus odor. *Itala* 2. *Cor.* 2. 15. « Quia Christi bonus odor vel benefragrantia sumus ».

· BĔNĔNUNTĬŌ, as, āvi, ātum, āre, 1. a. (bene *et* nuntio): vox *Italæ* uno verbo ut gr. εὐαγγελίζεσθαι scribenda videtur. (*Vulg.* nuntiare, evangelizare); alicui aliquid, ad (in) aliquem, aliquem. *Itala Luc.* 1. 19. « Missus sum.... benenuntiare tibi haec ». Et 3. 18. « Multa... alia exortans benenuntiabat ad populum ».

BĔNĔŎLENTĬA, æ, f. 1. (bene *et* olens) bonus odor. *Hieronym. Didym. Spir.* 11. « Cum autem vas foris fuerit effusum emittit procul beneolentiam suam ».

BĔNĔSENTĬO, is, sensi, sensum, ire, n. 4. Construitur cum præpos. *in, de aliquo* (εὐδοκεῖν ἐν τινί), aut *sine casu; interdum sequitur infin.*, semel: ut *Itala Matth.* 17. 5. « Dilectus meus in quo benesensi ». (*Vulg.*: in quo mihi bene complacui); et *Matth.* 5. 25. « Esto benivolus sive benesentiens de adversario tuo »; *Luc.* 12. 32. « In quo (*grege*) benesensit Pater.... dare vobis regnum ». *Interpr. Iren.* 3. *Haer.* 6. 4. « Benesensisti in nobis ut te cognoscamus ».

BĔNESTĀBĬLIS, e, adject. qui bene stat. *Itala* 1. *Cor.* 7. 35. « ad honestum et benestabile Domino ».

BĔNĔVŎLENTER, v. BENIVOLENTER adv. idem ac benevole. *Vita Cypr.* 5. « Resistentibus (*quibusdam*) quam benivolenter indulsit ». *Augustin.* 8. *Civ. D.* 3. « De illo quidam benevolentius suspicatur ». Adde *Boët. Diff. top.* 4. p. 1213.

BĔNIGNOR, āris, āri, n. dep. 1. (benignus) jucundor, lætus sum, benignum se ostendere, præbere. *Vulg. append.* 3. *Esdr.* 4. 39. « Omnes benignantur in operibus suis ».

BESTĬĀLĬTER, adv. bestiali modo, instar bestiæ. *Augustin. Nupt. et concup.* 1. 4. 5. « Isto bono male utitur qui bestialiter utitur ». Adde *eund.* 12. *Civ. D.* 22. et *Ps. Rufin. in Ps.* 31. 9

BĒTĀCŪLUS, i, m. 2. (beta) parva beta rufa v. rubra. *Serv. in Donat. Gramm.* IV. 432. 17 « beta, betaculus ».

BĬBĬTĬO, ōnis, f. 3., actus bibendi. *Ps. Augustin. Serm.* 294. 8. « De qua bibitione non solum anima occiditur, sed etiam corpus debilitatur ».

BIBLĬŌGRĀPHUS, i, m. 2. (βιβλιογράφος), librorum scriptor. *Gloss.* III. 490. 57.

BĬCĪNĬUM, ii, n. 2. (bini *et* cano) duorum cantus. *Isid.* 6. *Orig.* 19. 6.

BĬCŎRIS, e, adject. (bis *et* coro) duplex pupula. *Chalcid. Tim.* 243.

BĬCOSTIS, e, adject. duplicem costam habens *Itala Iud.* 3. 16. « Gladium bicostem » (δίστομον) *Vulg.* ancipitem.

BIDENTO, fodio, *Gloss.* bidentat, fodit; sc. bidente glebas frango.

BĬFĪDO, as, āvi, ātum, āre, 1. a. (bifidus) in duas partes findo v. divido. *Potam. Tract.* 2. « Barbaries sectum a capite duabus eum (*Isaiam*) violento supplicio quasi offulis bifidavit ».

BĪLĪBRĀLIS, e, adject. (bilibra) duas habens libras, sc. ponderis. *Gloss.* II. 277. 53. bilibralis, διλιτριαῖος.

BĪLINGUĬTAS, ātis, f. 3. (bilinguis) ambiguitas *Cassiod.* in *Ps.* 15. « Simplicitas duplex et sine dolo bilinguitas ».

BĪMĀTŪS, (a, um) adject. (bimus), qui est duorum annorum. *Plin. Val.* 5. 28. « hædos anniculos bimatos ». Adde *Inscr. chr.* ap. *De Rossi* 1. 18. a. 291., ubi *vimatus*.

BĪPĔDĬUS, a, um, adject. (bis *et* pes) bipes. *Augustin. de Mor. Manich.* 9. § 17.

BISDĬĀPĀSON et *bis diapason*. Vox hybrida a *bis* et διὰ πασῶν, bis ex omnibus. *Capell.* 9. 950 = una doppia ottava. Adde *Boet.* 1. *Music.* 7. et *alibi*.

BISDĬĀTESSĀRON et *bis diatessaron*. Vox hybrida a *bis* et διὰ τεσσάρων *h. e.* per quattuor = una doppia quarta. *Boet.* 2. *Music.* 21. Cf. DISDIATESSARON in *App. Lexici*.

BĪTEMPUS, ŏris, adject., (bis *et* tempus) qui est duorum temporum, δίχρονος. V. BITEMPORIS in *Lexico*.

BĪTŪMĬNĀLIS, e, adject. (bitumen) bitumine mixtus, bitumineus. *Cassiod. Ios. c. Ap.* 1. 174. « palus, quæ dicitur Asphaltis idest bituminalis ».

BĪTŪMĬNO, as, (avi), ātum, āre, n. 1. (bitumen) bitumine linio, *incrostare di bitume*. Occurrit ap. *Ambros. Hexæm.* 6. 9. 72., *Augustin. de Unit. Eccl.* 5. 9., *Ruf.* vert. *Homil. Orig.* in *Gen.* 2.

BLANDĬŌSUS, a, um, adject. (blandus) valde blandus. *Gloss.* IV. 314. 21. et 306. 30. « affabilis, magni favoris blandiosus ».

BLANDĪTŌRĬUS, a, um, adject. (blanditor), idem qui blandus. *Fulg. Theb.* p. 180. 5. « Sub blanditorio poeticæ fictionis tegumento ».

BLASPHĒMĀTOR, ōris, m. 3. (blasphemo), qui blasphemat. *Pacian. Ep.* 3. 1. « Moyses deleri e libro pro blasphematoribus optat »; *Ps. Ambros. Act.* 21. 82. *s. Tiburt.* « Blasphemator deorum et reus atrocium injuriarum » *August. c. Adv. leg.* 1. 10. 13. « Indoctis blasphematoribus litterarum sacrarum ».

BLASPHĒMATRIX, tricis, f. 3. quæ blasfemat. *Cassian. Nest.* 7. 3. 1. « vel calumnia blasphematrix, vel blasphemia calumniatrix ».

BLASPHĒMĒ, adv. blasphemiter. *Cassiod. Ios. c. Ap.* 1. 4. « qui blaspheme (βλασφήμως).... conscripserunt ».

BLASPHĒMĬA, æ, f. 1. pro opprobrium accipitur apud *Vulg. Is.* 43. 28. « Dedi ad internecionem Iacob et Israel in blasphemiam » (chald. et gr. *opprobrium*).

BLASPHĒMĬTER, adv. cum blasphemia, blasphemando. *Mar. Victor.* adv. *Arrium.* 1. 16. « blasphemiter... dicere » et 1. 46. « blasphemiter intelligens meum dogma ».

BLASTOS, (βλαστός). *Dioscor.* 1. 11. « Est tertia cassia, quæ appellatur blastos » (βλαστὸς μοσυλῖτις).

BLĂTĔRĀTĬO, onis, f. 3. (blatero) actus blaterandi v. stulta et immoderata locutio (βλατταρισμός). *Gloss.* II. 540.

BLĂTĔRĀTOR, ōris, m. 3. qui blaterat. *Vit. Caes. Arel.* 1. 20.

BLATTĬLĔUS, a, um, adject. idem ac blatteus. *Ps. Diosc. Herb. fem.* 57. (56) « Delphinion.... florem habet blattineum ».

BLATTĬNUS, a, um, adject. (blatta) purpureus. *Eutr.* 7. 14. 1.

BLENNŌSUS, a, um, adject., blennus v. valde blennus. *Vindic. Med.* 32. « escas... crudas atque acidas seu blennosas ».

BOĬA, æ, f. 1., nomen piscis. *Dioscor.* 2. 60. « Boiæ sanguis perunctus capillos amputat ».

BŌLĀRĬUM (volarium), ii, n. 2. (βωλάριον), materies tinctoria. *Diom.* 518. 1. *Sept. Ser. Carm. fgr.* 21.

BŌLIS, idis, f. 3. (βολίς) perpendiculum nauticum seu funis, cui plumbum est alligatum, qui de prora jacitur et quo nautæ explorant profunditatem aliquorum locorum maris, it. *la sonda, lo scandaglio*. Occurrit ap. *Vulg. Act.* 27. 28. Alio sensu. V. *Lexicon*.

BŌLUS, i, m. 2. gemma ap. *Plin. N. H.* 37. 150., ubi *bolœ* plur. « Bolœ (βῶλοι) in Hibero inveniuntur glæbæ similitudine ».

BOMBĬO, is, īre, 4. bombum seu sonum apium edo, bombito (βομβεῖν). *Suet. frg.* p. 254. 1. « apum bombire (*al.* bombizare) vel bombilare. Cf. var. *Pol. Silv. Voc. anim. chron.* 1. p. 548. « apis bubbit ». *Gloss.* II. 258. 43. bumbio et *Gloss. Löwe gloss. nom.* p. 248. « apis bobit ».

BOMBĪSŌNUS, a, um, adject. (bombus *et* sonus) bombi sonum edens. *Schol. Pers.* 1. 99. « mimallones ministræ Liberi patris dicuntur bombisonæ ».

BOMBŬLĬO, ōnis, m. 3. idem ac bombylis v. bombylio. *Eustath. Hexæm.* 8. 8.

BŎNĀTUS, a, um, adject. bene moratus, fere id quod gr. εὐήθης. *Petron.* 74. « At ego dum bonatus ago et nolo videri levis ». V. *Gröber* in *ed. Petr. Friedl.* p. 314. sq.

BŎNĒMĔMŎRĬUS, a, um, adject. idem ac bonæ memoriæ. In titulis sepulcralibus christ. inde a sæc. IV. exeunte singula compositionis membra separatim sæpe scribuntur. *Inscr. chrét. de la Gaule* I. p. 135. *C. I. L.* 5. 1707. « bonememorius Severus »; et 12. 491. « bonememoria Urbeca filia bonememoriæ Squelioles ». Inde *bonomemorius* et *bonememoria C. I. L.* V. 5408. « hic requiescet en pace bonomemorio (sic) Eioybianos retos ». — Sæpe tamen legitur divisim *bene memorius*.

BŎNĬLŎQUUS, a, um, adject. (bonus *et* loquor) qui bene v. belle loquitur. *Ps. August. Serm.* 244. 3. *M.*

BORBOR, abl. *e*, m. 3. idem quod gr. βόρβορος fimus. *Ambros.* in *Luc.* 9. 25.

BŎRĪCUS, a, um, adject. (βόρειος), boreus, borealis, *Prisc. gramm.* III. 508. 6. « Oceanus Boricus »; quod *Keil* veluti nomen proprium scribit.

BŎTĂNĬCUS, a, um, adject. (βοτανικός) ad herbas pertinens. *Fulg. Virg. cont.* p. 83. 18. *Helm.* « botanicen (*pro* botanicam) dinamin ». Cf. *Isid.* 4. *Orig.* 10. 4. subst. neutr. *botanicum*.

BŎTRŌNĀTIM, adv. in modum corymbii. *Chiron.* 213 « (*Stercora conspissata in rotunditatem*) ex his locis in alterutrum cohærentia botronatim procurrunt » et 236. « Vermes botronatim (collectos *Veg. Mulom.* 2. 24. 1.) cohæsisse in singulis locis ».

BŎVĪLĬUM, ii, n. 2. idem quod bovile. *Gloss.* II. 258. 44. « βουστάσιον, bovilium ».

BRA(C)CHĬŎLĀRIS, e, adject. (bracchiolum, dem. a brac(c)hium) bra(c)chialis. *Chiron.* 19. centriæ brachiolares. (Cf. *Veg. Mulom.* 3. 1. 2. centriæ idest musculi brachiolares).

BRĀCHĬUM, ii, n. 2. translate usurpatur pro auxilio ac præsidio. Hinc *Vulg. Jer.* 17. 5. « Maledictus homo qui confidit in homine et ponit carnem brachium suum et a Domino recedit cor ejus » *h. e.* qui totam suam fiduciam in homine locatam habet ejusque præsidio ita utitur ut a Deo recedat. Similiter *Act.* 13. 17. « Deus... in brachio excelso eduxit eos (sc. *Hebræos*) ex ea (*Aegypto*) ». h. e. luculenta potentia inter prodigia, auxilio potentissimo.

BRĂCHȲCĂTĀLEXIS, pro βραχυκαταληξία (*Macr. exc. gramm.* V. 614. 32.) *Audax gramm.* VII. 333. 22. « brachycatalexis est cum pedem minus habet ». Adde *eund. ibid.* 19.

BRACTĔŎLĀTUS et BRATTEOLATUS, a, um, adject. (bracteola), bracteis aureis ornatus. *Lyd. Mag.* 2. 4.

BRACTOR, āris, āri, 1., fort. aspergor, humector. *Fulg. Æt. mund.* p. 162. 17. « Res potando lassatur, calore torretur, bractatur mero ».

BRĀDȲPŪS, i, m. 2. a vocibus βραδύς = lentus, et πούς pes « Apud Græcos vocatur avis, apud nos tarda, eo quod gravi volatu detenta nequaquam, ut ceteræ volucres, attollitur velocitate pennarum ». Ita *Isid.* 12. *Orig.* 7. 13.

BRATTĔUM et BRACTEUM, i, m. 2., idem quod brattea. *Cassiod. gramm.* VII. 179. 4. « bratteum, latebræ ». *Ps. Fulg. Rusp. Serm.* 11. « Stratis quodammodo purpuratis aurata bractea crepitabant ».

BRĔVELLUS, a, um, adject. demin. a *brevis* ut *brevellæ sententiæ* ap. *Virg. gramm. Ep.* 3. p. 131.

BRĔVĬĀLIS, e, adject. brevis. *Rufin. Symb.* 3. « Brevialis... sermo symboli ».

BRĔVĬĀTIM, adv. (brevis) breviter. *Isid. Eccl. off.* 2. 23. 5. « De totis... scripturis hæc breviatim collecta sunt ab apostolis ».

BRĔVĬGĔRŬLUS, i, m. 2., qui breve (i. e. *epistolam* v. *libellum*) gerit. *Gloss.* V. 592. 40.

BRIDUS vel BRIDUM, i, m. v. n. 2. vasa culinaria. *Anthim.* 43.

BRĪSO, as, āre, 1. a. (brisa). *Schol. Pers.* 1. 76. « Brisæus... cognominatus... ab uva, quia uvam invenerit et expresserit pedibus, (brisare enim dicitur exprimere) ». Ital. *pigiare, spremere.* (Cfr. francog. *briser*).

BRONTON, ontis, m. 3. (βροντῶν = tonans) cognomen Iovis. ap. *C. I. L.* VI. 432., 733., 2241.

BRŪMĀTĬCUS, i, m. 2. edax. *Isid.* 5. *Orig.* 35. 6. « Edacitas græce βρῶμα appellatur, unde et brumatici ».

BRUTA, æ, et BRUTES, is, f. 1. v. 3. (vox a Germanis tracta: goth. *bruths*, nurus; theodisc. *brut* sponsa, nova nupta). *C. I. L.* III. 4746., 12377., 12666. *Gloss.* V. 314. 32. nurus, bruta.

BŪBO(N), ōnis, m. 3. (βουβών) genus cancri. *Dub. nom. gramm.* V. 575. 16. « Cancer bubo ». Hinc BUBONACIUM ap. *Chiron.* 100.

BŪCĀLE, is, n. 3. (buca v. bucca) orea, *museruola (di ferro)*, in *Edict. Dioclet.* 10. 4.

BUCCŌSUS, a, um, adject. (bucca), magnam buccam habens. *Gloss.* III. 330. 51. « γνάθων, buccosus ».

BŪCŎLISMUS, i, m. 2. (βουκολισμός), carmen pastorale. *Diom. gramm.* I. 486. 26. « Pastores ex rure in urbem convenerunt et... pastorali carmine composito deæ honorem celebraverunt, unde et bucolismus dictus ».

BŪCRĬUS, ii, m. 2. (βούκριος) nomen bestiæ. *Iul. Val.* 3. 19. « Tigrides.... una elephantis et bu(c)riis ».

BŪDĬNĀRĬUS, ii, m. 2. (buda) qui storeas, v. funes v. aliquid aliud ex buda conficit. *Cyprian. Ep.* 42.

BURDĀTĬO, ōnis, f. 3. vectigal agro a fisco civili impositum. *Greg. M. Ep.* 1. 42. « Cognovimus quod prima inlatio burdationis rusticos nostros vehementer angustet, ita ut priusquam labores suos venundare valeant, compellantur tributa persolvere ».

BURDŎBASTA et BURDUBASTA, æ, m. 1. asinus lumborum dolore claudicans. *Petr.* 41. 11. *B.*

BUSTAR et BOSTAR, locus ubi cremantur mortuorum corpora. *Charis. gramm.* I. 38. 19. Cf. *Gloss.* V. 493. 6. « bostar ubi concremantur corpora mortuorum vel stabula boum », quæ altera significatio longe differt, ut patet, a priore. Fort. ex differentia etymi, prout a *bustio*, v. *bustum*, (v. [*buro*] *uro*), vel a *bos* (et *sto*) trahitur. Lindsay utramque significationem defendit.

BŪSTRŎPHĒDON, adv. (βουστροφηδόν a βοῦς bos, et στρέφω) vetus quædam scribendi ars, quæ sic a *Mar. Victor., gramm.* VI. 55. 25., explicatur: « Primis... temporibus, sicut quidam adserunt, sic soliti erant scribere, ut cum a sinistra parte initium facere cœpissent et duxissent ad dextram, sequentem versum a dextra parte inchoantes ad sinistram perducerent: quem morem ferunt custodire adhuc in suis liris rusticos. Hoc autem genus scripturæ dicebant bustrofedon, a boum versatione ».

BŪTȲRUM, i, n. 2. V. voc. in *Lexico*. Addimus haec: — *a*) Scriptio est varia, ut butirum, (*Gloss.* V. 332. 33. *Chiron.* 252. et passim, *Dioscor.* 2. 49. *Anthim.* 77. 82.); butirum (*Gloss.* II. 31. 51., *Varr.* 2. *R. R.* 16., *Itala Is.* 7. 15., *Comm. apol.* 409., *Pelagon.* 13., *Edict. Imp. Diocl.* 4. 50., *Dioscor.* 2. 51., *Ven. Fort. Carm.* 11. 22. 5.); botyrum (*Itala Deut.* 32. 14.); buterum (*Gloss.* V. 394. 5.); butrum (*Gloss.* IV. 567. 33.); butulum (*Itala Iud.* 5. 25.). — *b*) Declinatur in *recto* butyrus (*Oribas. Syn.* 1. 19. p. 824.) butur (*Ven. Fort. Carm.* 11. 22. 2.); *genet.* butyru (*Oribas. Syn.* 2. *add.* p. 843.). — *c*) Prima syllaba est longa. Male *Venant.* l. cit. būtyr et *Sidon. Carm.* 12. 7. bŭtyro. Secunda naturaliter longa sed accentus in antepenultima ponitur. *Gramm. suppl.* 176. 35. « Epirus, butyrus, romphea... naturaliter habent penultimam longam sed antepenultima habet accentum ». Cf. totum locum et *ibid.* p. 182. fr. 13. « ab *h* et *y* litteris... auferetur accentus in omnibus Græcis, ut... butyrum, sapphirus », V. etiam *Venant.* et *Sidon. locc. citt.* — Usurpatur, etiam allegorice *Ps. Orig. tract.* 2. « Butyrum lo-

hannis Baptistæ est prædicatio », et 20. 6. « (hæc prædicatio) est butyrum pinguissimum ». *Isid.* in *Gen.* 14. 9. « butyrum... uberrimum et pinguissimum euangeliorum est testimonium... nec lac legis sine butyro ».

BUXĬFER, fĕra, fĕrum, adject. (buxus *et* fero) qui buxum fert. *Catull.* 4. 13. « Cytore buxifer ».

BUXĬNUS, a, um, adject. ad buxum pertinens, buxeus. *Paul. Sent.* 3. 6. 67. *Gloss.* II. 31. 41.

BUXŌSUS, a, um, adject. buxeus v. valde buxeus. *Plin.* 12. *N. H.* 119.

BYRSA (bursa), æ, f. 1. (βύρσα) *Serv. ad Virg.* 1. *Aen.* 367. « byrsa græce corium dicitur ». *Claud. Don. Aen.* 1. 367. « (Byrsa) punica elocutione corium significatur ».

## C

CĂBALLA, æ, f. 1. fem. caballi. *Anthol.* 148. 7.

CĂBALLĀRIS, e, adject. (caballus), ad caballum pertinens. *Inscript. Acad. des inscr.* etc. (1906) p. 118. (*lac de Tunis*) « homo caballaris » (opp. *homo* pedester).

CĂBALLĀRIUS, ii, et CĂBALLĀRIS, is, (caballus) absolute usurpatum de eo — 1.°) qui caballorum seu equorum curam agit, *Gloss.* III. 467. 51. Caballarius, ὑπποκόμος. Item de eo — 2.°) qui eques est vel miles, qui equo militat. *Gloss.* II. 95. 50. caballarius, κέλης, ἱππεύς. Cf. *Thes. Gloss. emend.* ad v. *primivirgius*.

CĂBALLĬCO, as, āvi, āre, n. 1. (caballus) equito. *Anthim. Præf.* p. 8. 13. « Si quis caballicando... amplius potum præsumpserit... ». *Lex Sal.* 23. « Si quis caballum alienum... caballicaverit etc. ».

CĂBALLISTA, æ, m. 1., (caballus) *id.* quod eques vel desultor. *Ps. Prosp. prom.* 5. 14. 2. « habes quoque in sancto spectaculo... caballistarum loco Rebeccæ geminos mystice ludentes ».

CABANNA et CAPANNA, æ, f. 1. tugurium. Cf. it. *capanna*, fr. *cabane*, hisp. *cabana*. *Isid.* 15. 12. 2. ubi *capanna* a *capio* deducitur; sed origo incerta est, nisi mutatum est pro *cannaba*. Cf. *Isid.* 19. 27. 3. « cannabum a similitudine cannae vocatum ».

CĂBO, ōnis, m. 3. Caballus castratus. *Gloss. passim*: « Caballus, cabo, equus » *h. e.* capo equus ut *Barthius* intelligit, ex solita litterarum permutatione, atque hinc perperam ut videtur, ab aliis inducitur vox *cabo* simpliciter pro equo.

CACCĂBELLUS, i, m. 2. nom. demin. a *caccabus* in *Papyr. Marini* 80. 2. 11.

CACCĂBINUS, a, um, adject. (caccabus) in sartagine coctus. *Apic. excerpta* p. 77. et 78. *G.* et *V.*

CACCABOS, i, f. 2., nomen herbæ nimphææ. *Ps. Apul. Herb.* 67. *Gloss.* III. 557. 43.

CACCITUS, i, m. 2., puer venustus, alter Ganymedes. *Petron.* 63. 3. *codd.* et *B.*

CĂCILLO, as, āre, n. 1. glocito, glocio. *Anth. Lat.* 762. 25. *R.* (233. 25. *M.* gracillo) « gallina cacillat ».

CĂCŎCHȲMIA, æ, f. 1. (κακοχυμία) humoris malignitas. *Cass. Fel.* 42. Est etiam potestas movendi cacochymiam. *Oribas. Syn.* 4. 15.

CĂCŎCHȲMUS, a, um, adject. qui cacochymia laborat. *Cass. Fel.* 26. « (*Scrophæ*) nascuntur in cacochymis corporibus, idest malo humore possessis ».

CĂCŎDÆMŌN, ŏnis, m. 3. (κακοδαίμων), malus dæmon *Gloss.* V. 422. 63. — In astrologia. *Firm. Math.* 2. 27. « malum dæmonem, id est duodecimum ab horoscopo signum, cacodæmonem Græci vocant ». Adde *Rufin. Clement.* 9. 17.

CĂCŎPHĒMĬA, æ, f. 1. (κακοφημία), mala fama, idem ac dysphemia (opp. *euphemia*). *Sacerd. gramm.* VI. 461. 11. et 462. 15.

CĂCOSTŎMĂCHUS, a, um, adject., stomacho laborans. *Diosc.* 3. 22. Item stomacho inutilis. *Diosc.* 1. 78.

CĂCŎSYSTĂTOS, a, um, adject. (κακοσύστατος), qui non firmiter consistit. *Fortunat. Art. rhet.* 1. 3. p. 83. *H.*

CACUS, i, m. 2. idem quod *cacula*, demin., ut videtur, a cacus. Legitur tantum in *C. I. L.* VI. 1058. 7. 15. (Romæ a. 210. in laterc. cohortis vigilum).

CADMĪTIS, ĭdis, f. 3. Nomen gemmæ. *Plin.* 37. *N. H.* 151. « Cadmitis eadem est quæ ostracitis vocatur, nisi quod hanc cæruleæ interdum cingunt bullæ ».

CĂDO, is, cĕcĭdi, cāsum, ĕre, n. 3. V. voc. in *Lexico*. Præter alia — 1.° De precatione. *Vulg. Jer.* 42. 2. « Cadat oratio nostra in conspectu tuo », h. e. patere te exoravi, si Deus flecti se precibus sinat, vel valeat deprecatio mea. (*Jer.* 37. 19). — 2.° De re irrita *Vulg.* 1. *Reg.* 3. 19. « Non cecidit de omnibus verbis ejus in terram », h. e. nullum ejus vaticinium eventu frustratum est, ubi *cadere in terram* idem est ac deperire, irritum esse.

CĂDŪCĬTAS, ātis, f. 3. (caducus) caduca passio, epilempsia. *Chiron.* 330. *loco corrupto de jumentis caducis* « (cum) decrescet et minuet (*luna*) sic caducitas mentis dimidia ».

CÆCĬLINGUIS, est qui nec loquitur nec videt. *Gloss.* V. 617. 46.

CÆLĬBĀTUS, us, m. 4. (cælebs). ¶ 1. Ratio vitæ sine conjugio. V. *Lexicon.* ¶ 2. Alio sensu (cælum) vita cælestis v. divina. *Jul.* 3. 42. (24.). « Cœlibatum ago una cum diis ».

CÆLĬLŎQUĀX, ācis, m. 3. cœlestis locutor. *Comm. instr.* 2. 19. 3. « Cæliloquax Esaias.... detestatur... caritatem mundi sequentes ».

CÆLIO, ōnis, m. 3., idem quod cælum « ferramentum quo celantur vasa aurea vel argentea ». *Gloss.* V. 565. 9.

CÆLĬSPEX, ĭcis, m. 3. (cælum *et* spicio) qui cælum suspicit v. aspicit. *Reg. Urb.* p. 17. 4. « Apollinem cælispicem ». (*Curios. Urb.* 11. p. 16. 3.).

CÆRŬLŌSUS, a, um, adject. (cærulus) valde cærulus. *Sedul. Carm. pasch.* 3. *pros.* ad v. 219. p. 657. *M.*

CÆSPĬTO, as, āre, n. 1., incaute eo, offendo. *Ps. Quint. Decl. exc. Monac.* 2. p. 358. 19. « cum proprium sit cæci cæspitare ». Cfr. *Gloss.* V. 177. 32.

CÆSTĬCILLUS, « appellatur circulus, quem superponit capiti, qui aliquid est laturus in capite ». *Paul. Fest.* p. 39. 45.

CÆSUS, us, abl. -u, usurpatum in *Itin. alex.* 45. « Id primum explet cæsu frendium et adgestu humi saxorumve opere pervicaci ».

CĂLĂMĂGROSTIS, is, f. 3. (calamus agrestis) genus herbæ. *Ps. Apul. Herb.* 76. *Diosc.* 4. 29. *Hieronym.* in *Os.* 10. 3-4. p. 108.

CĂLĂMELLUS, i, m. 2. nom. demin. a *calamo*, parvus calamus. *Arnob. jun.* in *Ps.* 150.

CĂLĂMISCUS, i, m. 2. (καλαμίσκος), nom. demin. gr. positione a *calamus*, calamellus v. parvus calamus v. capulus. *Interpr. Iren.* 2. 24. 3. Cf. *Eucher. de Expos. var. rer.* 3.

CĂLĂTHOĪDES, is = καλαθοειδής, calatho similis. *Chalcid. Tim.* 90. umbra.

CALCĀNEUS, i, m. 2. aliquando translate accipitur pro opere, apud Hebræos (qui opera per pedes, gressus et similia significant). *Vulg. Ps.* 48. 6. « Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me » h. e. cur timebo die calamitoso ac periculoso, præsertim judicii? Nihil aliud me terrere et implicari poterit, quam iniquitas mearum operum, maxime si ad vitæ finem, quasi calcem, impius invenirer.

CALCEĀMENTĀRIUS et calciamentarius, ii, m. 2. (calceamen) sutor, qui calceamenta v. calceos conficit. *Gloss.* II. 466. 3. ὑποδηματάριος, calceamentarius.

CALDELLUS, i, m. 2. demin. a *calidus*, idem quod vasculum certam calidæ potionis mensuram continens. *Cæs Arel. Reg. virg.* « Cotidianis vero diebus ad prandium in æstate binos caldellos etc. ».

CALDĬCĔRĔBRIUS, a, um, adject. (calidus *et* cerebrum) dicitur de homine fervidi ingenii vel acrioris animi. *Petron.* 45. « Magnum animum habet et est caldicerebrius » et 58. « Sum natura caldicerebrius ». (*Iahn.* habet: *caldus cicer ejus H*).

CĂLENDÆ, arum, f. plur. 1. primus dies cujusque mensis et quidem solaris apud Romanos; sed lunaris apud Hebræos. Proprie est neomenia seu nova luna. Sic *Is.* 1. 13. legimus *neomeniam*, et in v. seq. 14. *calendas*. Hebraice autem et græce idem est in utroque versu vocabulum, quod novam lunam sive neomeniam significat. Lex enim mosaica Hebraeis annum et menses lunares reliquit, sacerdotes vero adstrinxit, ut secunda die Paschatis seu XVI. post neomeniam aprilis, maturum manipulum ad altare offerrent: qua ratione normam ei præbuit annos lunares ad solares redigendi; si enim ultimo anni mense viderent segetem stato tempore non fore maturam, coacti erant mensem intercalare quod fere tertio quoque anno accidebat.

CĂLĬCLĀRĬUM, ii, n. 2. (calix) sync. pro calicularium, calicum mensa. *Gloss.* II. 417. 46. « ποτηροθήκη, caliclarium ». Cf. 571. 11. « Calicarium ubi conduntur vasa ».

CĂLĬCLĀRĬUS, ii, m. 2. *Gloss.* III. 309. 53. « Caliclarius ὑελουργός », *sc.* vitrarius.

CALĬDO, as, āvi, āre, a. 1. (calidus) calefacio *Pelag. Veterin.* 7. p. 41.

CĂLIX, ĭcis, m. 3. V. voc. in *Lexico*, ubi desideratur illam translate acceptam fuisse pro *sorte* et quidem ambigue, ita ut modo fatum lætum et felix, modo acerbum et ærumnosum significet. Priori sensu usurpatum est illud *Ps.* 15. 5. « Dominus pars hereditatis (sc. *possessionis*) meæ et calicis mei ». Si latina consuetudine acciperetur sensus hic fieret, Deum esse quidem hereditatem et sortem Davidis sed ex parte tantum, ita ut præter Deum etiam alia speret et opperiatur. Sed hoc longe abest a sancto vate et a lingua Hebraica; significat enim totam suam hereditatem. Posteriore vero sensu intelligendum est illud *Ps.* 10. 7. « Ignis et sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum ». Adde *Ps.* 74. 9. Sic filiis Zebedæi a Christo petentibus ut sederent ad ejus latera in gloriam assumpti, respondit: « Potestis bibere calicem (sc. *pati*), quem ego bibo? At illi dixerunt ei: Possumus. Iesus autem dixit eis: Calicem quidem... bibetis; sedere autem ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare vobis sed quibus paratum est a Patre meo ». (*Matth.* 20. 21. sqq. et *Marc.* 10. 37.) — *Calix salutaris* (*Ps.* 115. 3.) dicitur de sacrificiis quæ grati animi causa offerebant, appellabantque *pacifica* et *sacrificia salutaria* sive *salutaris*, ut est ap. *Phil.* 1.° *de sacrif.*

CALLĬCŬLUS, i, m. 2. demin. a *callis* ap. *Ps. Augustin. cons. mort.* 1. 6. « Undique insidiæ a spiritualibus, a corporalibus inimicis, undique errorum calliculi sunt præparati ».

CALLĬTĬA, æ, CALLĬTĬES, ei f. 1 v. 5. (callum) callositas. *Chiron.* 659. « Componis ungulas usque ad vivum, ut... callicie(m) mollem intelligas ». *Ibid.* 662. 664. 699. 739.

CĂLŎPŎDĬA, æ, f. 1. genus formæ apud sutores. *Schol. Horat. Sat.* 2. 3. 106. « Scalpra: ferramentum est, quo fabricantur calopodiæ, id est formæ sutorum dictæ a ligno (i. κᾶλον) et pede ».

CĂLUMNĬO, as, āvi, āre, a. 1. (calumnia) calumnia utor, falsa crimina intendo. — *a*) Active. *Itala* (*Cant.*) *Luc.* 3. 14. et 19. 8., *Arnob.* 1. 13. *cod. P.* — *b*) Passive. *Staberius* ap. *Prisc.* 8. 18. (*Gramm.* 2. 385.). V. *Lexicon.*

CALVASTER, tri, qui calvam habet anteriorem partem capitis, recalvus. *Gloss.* III. 252. 42. « μιξοπόλιος, calvaster ». *Gloss. Scal.* V. 589. 29. « apiciosus, calvus, calvaster ». Cf. *Loewe Prodr.* p. 424.

CĀMĒLUS, i, m. 2., gr. κάμηλος, quæ vox significat *camelum* beluam, non autem *funem* seu *rudentem*. Christi effatum illud: « Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem in cœleste regnum intrare » (*Matth.* 19. 24. et *Marc.* 10. 25.) nonnulli multo commodius accipiendum esse putant de fune, non de camelo, cum hic per foramen acus transire omnino nequeat, ita ut significetur potius quod est difficile, quam quod fieri non possit. Qui autem de fune interpretantur leg. in t. gr. cum S. Cypriano κάμιλος (it *gomena*), pro κάμηλος. Sed hæc lectio

omnino reicienda videtur. (Cf. *Merk*: *Novum Test.* ad h. l.). Est insuper adagium vetus Hebraicum, a Thalmudicis quoque relatum: *Facilius camelus per acum*, cui est affine: *Elephas per acum*, utrumque de iis rebus quæ fidem superant, aut fieri vix aut ne vix quidem possint, divites enim terrenis facile hærent, cœlestium obliti.

CĂMENSIS, e, adject. (camus) ad camum pertinens (joco dictus pro pistore). *Titinii frg. inc.* XVIII[e] ap. *Paul. Fest.* p. 58. (45. *Lind*). *Ribbeck* in *Comic. Lat. rel.* p. 187. intelligit servum pistorem, qui camo indutus, molam currendo, velut camensis cursor, circumagat. Sic ex verbis *Paul. Fest. M.*: « Cammensem cursorem Titinnius pro pistore dixit ». Locus ab interpretibus satis vexatus. Cf. *Ep. Gloss. Plac.* V. 14. 26. voc. *carensis*, ad quod reduci videtur illud *Paul. Fest.* ex analogia cum voce osca *karanter* (vescuntur). V. *Bücheler*: *Rhein. Mus.* 33, 42. sqq.).

CĂMĔRĀRĬUS, ii, m. 2. (camera) quæstor ærarii it. *camerlengo*, ap. *Greg. Tur.* 4. *Hist. Franc.* 7.

CAMPĀNA, æ, f. 1. instrumentum sonorum ex ære factum. (*Ab ære campano nomen accepisse censet Wölfflin, Archiv.* 11. 538.). *Ferrand. Ep.* 11, « Ministerio (*monachos convocandi*) sonoram servire... campanam... statuit consuetudo sanctissima ». Alia significatione V. *Lexicon.*

CAMPĀNELLA, æ, f. 1., nom. demin. a *campana*, parva campana, tintinnabulum. *Anecd. Helv.* 182. 29. « "Nola" et "campanella" unum est ».

CAMPĀNŬLA, æ, f. 1. nom. dem. a campana, idem ac campanella. *Vita Fronton.* p. 9. (*Migne* 73. 412.[B]).

CAMPESTROR, āris, ātus sum, āri (campester) subligari induor. *August. de Nupt. et concup.* 2. § 62. — *Campestratus* part. pass. *August.* 14. *Civ. D.* 17. de juvenibus qui in campo nudi exercebantur sed verendis opertis. Item *c. Pelag.* 1. 16. 32. V. Voc. in *Lexico.*

CAMPSA, æ, f. 1. (κάμπτριον nom. demin. a gr. καμπτήρ), parva curvatura, flexus, angulus a κάμπω flector. Occurrit ap. *Auct. inc. de idiom. gen. Gramm.* IV. 581. 25. *Gloss.* II. 545. 16. Etiam pro *capsa* scribebatur a Latinis græcissantibus, sicut *campsarius* pro *capsarius*. V. CAMPTER in *Lexico.*

CANDĒLŬLA, æ, f. 1. nom. demin. a *candela*, ap. *Greg. Tur. S. Mart.* 3. 50. « Reperitque ibi duas candelulas ex cera ac papyro formatas ».

CANDĬDĀTĬO, ōnis, f. 3. (candido) actus candidandi, candor. *Augustin.* in *Ps.* 71. 18. « Nomen ipsum (Libani) interpretatur candidatio ». Cf. *Cassiod.* in *Ps.* 103. 16.

CĂNĬCĂPĬTUS, i, m. 2. (canis *et* caput) animal caninum caput habens, idem ac gr. κυνοκέφαλος. *Cassiod. Ios. c. Apion.* 1. 254. « Qui... sollemnes erant, bovem et hircum et crocodilos et canicapitos volebat inspicere ».

CĀNISTRĀRĬA, æ, f. 1., quæ canistrum in sacris portat. *Inscr. Dessau.* II. 4438. (Romæ a. 259.). *C. I. L.* VIII. 9337. (a. 183).

CĀNISTRĬFER, a, um, adject. (canistrum et fero), qui canistrum fert. *Carm. epigr.* 1233. 19. « Canistriferæ Naides ». V. *adn. Bücheler.*

CANNĀLIS, e, adject. *Schol. Pers.* 3. 14. « Fistula pro cannali calamo ».

CANNŌSUS, a, um, adject. cannae similis. *Dioscor.* 4. 5. « Poligonon... virga habens, molle et cannosa » (gr. καλαμοειδής).

CĂNŌNĬCĀRĬA, æ, f. 1. (canonicus) officium canonicariorum, eorum nempe qui publicum canonem a privatis exigebant. *Cassiod.* 3. *Var.* 8.

CANTĀBRĀRĬUS, ii, m. 2. (cantabrum) vexillifer, qui cantabrum fert. *Cod. Theod.* 14. 7. 3.

CANTĀMENTUM, i, n. 2. genus cantus v. carminis. *Virg. gramm. epit.* 4. p. 17. « Quædam carminum genera, quæ quamquam extraordinaria esse videantur, tamen a rhetoribus... usurpantur, ut sunt cantamenta et cantatellæ ».

CANTĬCA, æ, f. 1. (cano), idem ac canticum. *Venant. V. S. Radeg.* 36. 82. *Oribas. Syn.* 1. 5.

CANTĬCUM, i, n. 2. (cano v. canto) aliquando accipitur pro ludibrio, ut apud *Vulg. Lament. Jer.* 3. 14. « Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die ». Sic *Ezech.* 33. 31. « Audiunt sermones tuos et non faciunt eos, quia in canticum oris sui vertunt illud » *h. e.* irridendi causa te ac sermones tuos versiculis et modulis illigant et mordacem in te satyram canunt.

CANTĬLĀTRIX, īcis, f. 3., quæ cantilat. *Soran.* p. 48. 14. « Aliæ mulieres exercitio vocis... purgationem consumunt, hoc est cantilatrices et virile corpus habentes ».

CANTĬLĒNŌSUS, a, um, adject. cantilenæ proprius. *Sidon. Ep.* 3. 14. 1. « nugas... poetarum stylo cantilenosas ».

CANTĬLO (cantillo), as, āvi, ātum, are, a. 1. demin. a canto. V. *Lexicon.*

CANTĬUNCŬLA, æ, f. 1. nom. demin. a cantio, brevis cantio, canticulum. [*dub. Pompon. Atell.* 118. « Haec... in colubras callet cantiunculam ». *Passeratius*, canticulam *Codd.*]. *Augustin. Util. cred.* « Cum sine ullo sacrilegio poeta uberrimus videri possit libidinosas cantiunculas edidisse ». Adde *eund. Gen. ad litt.* 2. 36. et *c. Iul.* 6. 66. Vide alia in *Lexico.*

CANTŬLA, æ, f. 1, nomen avis. *Plin. Val.* 5. 25. « Cantulas, merulas, turdos, turtures... ministrabis ».

CĂPESSĬBĬLIS, e, adject., ad capessendum facilis. *Mar. Merc. Nest. Serm.* 7. 42. « Quis..., suspicetur deitatem furacibus manibus capessibilem esse? ».

CAPH undecima littera alphabeti hebraici (ך כּ). *Ambros.* in *Ps.* 118. *serm.* 11. « Incipit undecima littera caph quæ latina interpretatione significat "curvati sunt" ». *Hieronym. Ep.* 30. 3. « Caph (*interpretatur*) manus ». Fort. rectius: vola manus.

CĂPILLASCO, v. CĂPILLESCO, is, ĕre, n. 3. quasi incipio capillos habere. *Gloss.* IV. 27. 27. et 491. 42. V. 174. 13.

CĂPILLUS, i, m. 2., capitis pilus, seu coma, de cujus etymo *Isid.* 11. *Orig.* 1. 28., coll. *Cels.* 4. 2. (V. etiam *Brugmann, Ber. d. phil. hist. Kl. d. sächs. Ges. d. Wiss.* 58. [1907] p. 160. sqq.). — Legitur inde a *Plaut.*, sæpius ap. scriptores, præferuntur *coma* et *crinis* a poetis inde a *Catullo* et apud argenteæ ætatis scriptores. — Neutr. sing. *capillum.* Cf. *Non.* p. 198. « Capillus masculini est generis; neutri *Plautus* » (*Most.* 254.); acc. plur. *capilla in C. I. L.* 10. 8249. 6. — Apud poetas semper in exametri fine, in pentametro ante vocabulum jambicum finale. Alia plura in *Lexico.* — De ornatu capilli. V. *Daremberg-Saglio* II. 1355. sqq. III. 1452.

CĂPIO, is, cepi, captum, ĕre, a 3. V. Voc. in *Lexico.* Hic addimus aliquando significare: — *a*) Pro fieri posse. *Vulg. Luc.* 13. 33. « Non capit prophetam perire extra Ierusalem » h. e. fieri non potest ut alibi occumbat propheta. Christus mortem suam vaticinans eam non alibi decretam sibi esse ostendit, quam ubi tot alii prophetæ sublati essent ab impiis. — *b*) Pro habere locum. *Vulg. Joh.* 8. 37. « Doctrinam meam non recipitis, sermo meus non capit vobis », h. e. doctrinam meam non recipit, sermo meus locum apud vos non invenit. — *c*) Cum *in* constructum, ut *in ea capere*, pro *eam capere* ap. *Vulg. Lament. Jer.* 4. 6. « Major facta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum, quæ subversa est in momento et non ceperunt in ea manus » h. e. major est Hierosolymæ sicut iniquitas ita et pœna, quam urbis Sodomorum, quæ puncto temporis versa est, non hostili mano capta.

CĂPĬTŬLĀRĬTER, adv. (κεφαλαιωδῶς), summatim, per capita, capitulatim. *Cassiod. Ios. c. Ap.* 1. 183. « Volo capitulariter unum eorum... percurrere ».

CĂPĬTŬLĀTĬO, ōnis, f. 3. (capitulum) idem quod recapitulatio. *Greg. Tur.* 3. *Franc. tit.* 37. « Explicit capitulatio (*antea* incipiunt capitula) ». *Nicet. Spir.* 18. « Faciam itaque capitulationem dictorum ».

CĂPRĀGĬNUS, v. CĂPRŪGĬNUS, a, um (v. adject. (capra) caprinus. *Macrob.* 2. *Sat.* 9. « Capragini lumbi ». — Sync. *capranus*, ap. *Anthim.* 70. 76. 82. codd. optt.

CĂPRĔĀGĬNUS, a, um, adject., idem ac capraginus, ap. *Plaut. Epid.* 18.

CĂPRĔŎLA et CĂPRĬŎLA, æ, f. 1. (capreolus), fort. *la gazzella*, δορκάς. *Itala Isai.* 13. 14. *Ambros. de Interpr. Iob et David* 2. 1. 3. (Cf. hinnulus cervorum).

CĂPRĔUS, a, um, adject. ad capram pertinens, caprinus. Cf. ficus caprius = caprificus. *Gromat. vet.* 352. 3. *Prisc. gramm.* II. 112. 16.

CAPRĪNUS, a, um, adject. V. voc. in *Lexico.* — Adde vocem usurpari etiam translate. — *a*) De hominum oculis. *Plin.* 11. *N. H.* 141. « (*Oculos conditos*) clarissime cernere, sicut in colore caprinos ». *Ammian.* 23. 6. 75. « (*Persæ*) caprinis oculis torvi ». — *b*) In nomine herbæ. *Plin.* 19. *N. H.* 128. « Est etiamnum, quæ vocatur caprina lactuca ». Adde 26. *ibid.* 62. et *Chir.* 483.

CAPSĀRĬUS, ii, m. 2. (capsa) qui capsas defert, vel facit, vel potius qui libros et tabulas ad rem militarem pertinentes, vel vestes, annonam, tentoria et alia his similia in capsis servabant. (V. *Lexicon*). Quomodocumque tamen res accipiatur animadvertimus locum in *Lexico*, a *Corradini* nostro allatum ex *Dig.* 50. 6. 6., aliter se habere. Ibi enim, integra lege perlecta et iis quæ præcedunt, vox *vocationem* in locum vocis *conditionem* est ponenda, sc. ita legendum « ob munerum graviorum vocationem », non conditionem. *Tarruntenus* habet « quibusdam aliquam vocationem munerum graviorum conditio tribuit, uti sunt mensores ». De hac re clare admonuit lexicographum nostrum cl. *Fidelis Lamperticus* doctus juris consultus; sed verius quam oportuit.

CAPTENTŬLA, æ, f. 1. (capio) idem quod captatela, captiuncula, id quod capiendo dolose inservit. *Gloss. Scalig.* V. 605. 12.

CAPTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (capio) pro insidiari accipitur. *Vulg. Ps.* 93. 21. « Captabunt in animam justi » h. e. innocentis vitæ insidias moliti sunt. Hebraice vox militaris est: conglobarunt se contra me, catervatim coierunt.

CAPTŌRĬUS, a, um, adject. (capio) ad capiendum aptus, capturæ inserviens. *Augustin. c. Faust.* « captoria tendicula ». — Subst. *captorium*, sagena *Ps. Aug. Serm.* 205. *de Petro* « qui captorium jacebat in salo ».

CĂPŬLO, as, āre, a. 1. cædo, frango. *Anthim.* 43. et 75. *Gloss.* Cetera v. in *Lexico.*

CĂPUT, ĭtis, n. 3. Multiplicis est usus haec vox. Præter ea quæ in *Lexico* exponuntur has addimus locutiones: — *a*) *Caput anguli*, allegorice, ap. *Vulg. Ps.* 117. 22. « Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli » h. e. quem principes ut lapidem inutilem, sc. Messiam, rejecerunt, angularem esse lapidem Deus Pater jussit, qui legis utriusque veluti parietem domus duplicem jungeret totamque molem ædificii sustentaret, ut moris erat apud Hebræos. Celebratur hic locus *Matth.* 21. 42. *Luc.* 20. 17., *Act.* 4. 11. et I. *Petr.* 2. 7. — *b*) *Caput circuitus*, pro duce seu principe insidiantium, ut ap. *Vulg. Ps.* 139. 10. « Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos », h. e. antesignanum eorum, qui me circumdant machinantes perniciem et hoc ipsos meos insidiatores, labor suæ iniquæ linguæ obruet et operiet: in ipsorum caput recident fraudes, maledicta et consilia, quibus me petunt. — *c*) *Caput libri*, in quo caput est ut Dei voluntas a nobis fiat. *Ps.* 39. 9. « In capite libri (hebr. *in volumine libri*, quo modo etiam vertit *Hieronym.*) scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam ». Est autem liber legis, quam chaldaica nominatim indicat. Allegorice (*Hebr.* 10. 7.) hæc sunt accipienda de Christo et redemptionis beneficio, cuius vaticinio plenum est totum legis volumen. (Cf. *Luc.* 24. 25. et *ibid.* 5. 27.). Confestim in *capite libri* seu initio legis, ubi primorum parentum lapsui pœna a Deo indicitur, simul remedium benignissime ostenditur per semen mulieris offerendum (*Gen.* 3. 15). — *d*) *Caput viæ*, bivium, quod *Exod.* 21. 19. caput duarum viarum et hebr. eleganter *mater viæ* dicitur. Ex eo dextera Hierosolymam, læva Rabbatham urbem principem Ammonitidis ibatur. Utram harum peteret, consistens ibi Nabuchodonosor deli-

beravit remque sorti permisit, sagittis inter se permixtis, ducendæ, inspectis tamen victimarum extis. — *e*) *Caput movere* testandæ miserationis et consolandi gratia (*Nah.* 3. 7.). Contra etiam irridendi causa (*Thren.* 2. 15., *Ps.* 108. 25. *Matth.* 27. 39). — *f*) *Caput dare*, obfirmare animum (2. *Esdr.* 9. 17.) — *g*) *Reddere* v. *ponere in caput*, punire pro meritis *Exod.* 9. 10. et 22. 31. — *h*) *Fieri in capite*, subigere. *Thren.* 1. 5.

CĂRĂGĬUS (et CARAGUS), ii, m. 2., vox, ut putatur, græca sed saltem hoc sensu non reperitur (χαραγός), sc. qua significatur sortilegus, incantator, ut legitur in *Conc. Antissiod.* c. 4. et *Narbon.* c. 14. Non autem apud *Augustin.* sed ap. *Ps. Aug. App. serm.* 264. et 278.

CARBŌNĔUS, a, um, adject. (carbo) carbonis colorem habens, ater (*opp.* candidus). *Gloss.* III. 441. 29., et 479. 7. Vox dubia. Duo loci *Anth. Lat.* 728. 15 et 20 omittuntur a Riese in editione altera veluti spurii.

CARCĂR, ăris, m. 3. idem ac carcer. *Itala Luc.* 3. 20. et 21. 12. (cod. *d*) et *Matth.* 5. 23. et 14. 13. (cod. *k*). *Inscr.* (*Notizie degli scavi* 1892 p. 270) « carcar(es) circi ».

CARDĬĂCĒ, es, f. (καρδιακή sc. νόσος) morbus seu passio cardiaca, h. e. cor afficiens. *Isid.* 4. 6. 4. Cf. *Cel. Aur.* 2. *acut.* 32.

CARDĬNĀLIS, e, adject. (cardo). V. voc. in *Lexico.* Addimus usurpari de sacerdote apud Christianos. *Greg. M. Ep.* 1. 15. « ut unum Cardinalem ibi presbiterum etc. » et *Pelag. Ep.* 1. 77. *ad Martinum episc.* « in ecclesiam te Alirensem cardinalem... constituimus... sacerdotem ».

CARDŪUS, ūs, m. 4. *Charis. gramm.* I. 74. 34. Plur. sync. nom. *cardūs* ap. *Capitolin. Pertin.* 12. *P.* (*Iordan* cardos), *Edict. Diocl.* 6. 1.

CĀRĬNĀRĬUS, rectius quam *cariarius*, *ii*, m. 2. (χηρός *Dor.* χαρός) qui ceram fulvo colore tingit. *Plaut. Aul.* 510. « flammarii, violarii, carinarii ».

CĀRĬNŬLA, æ, f. 1., dem. a *carina*, parva carina. *Diom. gramm.* I. 507. 22.

CARMĔN, inis, n. 3., farrago, *miscuglio, guazzabuglio, ammasso*, ap. *Venant. init. ep. proem. carm.* 5. 6. — Alio sensu communiore. V. *Lexicon.*

CARMĬNŬLUM, i, n. 2., nom. demin. a *carmen*, parvum carmen. *Virg. gramm. Epit.* 2. « Adulescentula cum poetica metra per versuum carminula sofflat ».

CARNĬFĬCĀTOR, ōris, m. 3. et CARNĬFĬCĀTRIX, tricis, f. 3. (carnifico) qui et quæ carnificat. *Charis. gramm.* I. 50. 4.

CĀRO, carnis, f. 3. in sacris litteris est: — *a*) Homo passim (*Matth.* 24. 22. *Ioh.* 1. 18. etc.). — *b*) Quodvis animal (*Gen.* 8. 17.) — *c*) Cognati et fratres (*Rom.* 11. 14. *Is.* 58. 7.) — *d*) Homo voluptuarius (*Gen.* 6. 3.).

CĀRŌTĬCUS, a, um, adject. (καρωτικός), ita appellantur a medicis venæ quæ a corde ad cerebrum sanguinem transmittunt, nomine a κάρος, h. e. sopor, ducto. *Chalcid. in Tim.* p. 48. « Per arterias quæ sunt a corde porrectæ, pervenit (*sanguis*) ad caroticas, ita appellatas venas, quia eædem vulneratæ mortem afferunt soporiferam ».

CARPĔO, es, ēre, idem ac carpo, ap. *Apic.* 4. 151.

CASELLA, æ, f. 1. nom. demin. a *casa*, parva casa. *Gloss.* V. 214. 24. — De villa parva. *Ps. Aug. Serm.* 75. 2.

CASSĀTIM, adv., in cassum, frustra. *Augustin. c. Secundin.* 16.

CASTĬMŌNĬĀLIS, is, f. 3. (castimonia) monacha. *Augustin. in Ps.* 75. 16.

CĂTĂPHĂSIS, is, f. 3. affirmatio, (*opp.* apophasis = negatio). *Isid.* 2. *Orig.* 27. 3.

CĂTĔCHĪZĀTĬO, ōnis, f. 3., actus catechizandi, instructio. *Interpr. Iren.* 4. 24. 1. « Illis (*apostolis Judæorum*) facilis catechizatio fuit, videlicet cum ex scripturis haberent ostensiones ».

CĂTHĔDRĀTĬCUM, i, n. 2. (cathedra) certa pecuniæ quantitas, quam episcopi recens ordinati dabant episcopis, a quibus ordinati erant, partim clericis et notariis, qui in ea inauguratione ministraverant *Justin. Epit. nov.* 115. § 431. Cf. *Julian. Antec. Constit. ibid.*

CATTĪNUS v. CATTĪNĔUS, a, um, adject. V. voc. seq.

CATTUS v. CATUS, i, m. 2. felis. (It. *gatto*, Fr. *chat*, Germ. *kater, katze*). *Pall.* 4. 9. 4., *Mythogr. Vat.* 3. 6. 22. *Mai* et *ibid.* 12. 2. 38. et *Gloss.* III. 18. 49. cattus, αἴλουρος. — Hinc *cattinus*, adject. oculi. *Ps. Acron. Hor. epod.* 16. 7.

CAUDĬFĬCO, as, āre, 1. (cauda *et* facio) idem quod caudam demeto, curto, translate de oratione. *Cledon. gramm.* V. 9. 15. « Luxuriosos tonde sermones doctiloqua serie corrigentis extende, curta, caudifica ».

CAUDĪTUS, a, um, adject., caudam habens firmam, fortem. *Anth. Lat.* 682. 2. Cf. CAUDA ap. *Cic.* 4. *Verr.* 78. 190. ubi festive dictum.

CAUPŌNĬCŬLA et CĀPŌNĬCŬLA, f. 1. demin. a caupona, parva caupona. *Gloss.* II. 116. 22. cauponicula, καπήλειον.

CAUPUNCŬLA, æ, f. 1. demin. a caupona ut præc. *Gloss.* V. 274. 34. — Est etiam titulus comœdiæ Ennii. V. *Comic. Rom. frg.* ed. 3ᵃ *O. Ribbeck* p. 5.

CĂVĀMEN, inis, n. 3., (cavus). *a*) Locus cavatus. *Gloss. Plac.* V. 13. 6. « cavamina, loca cavata ». — *b*) Caverna. *Solin.* 9. « in latebrosis rupium cavaminibus (cacuminibus *H.*), quæ fluctuum conflictu.... adesa sunt ». — *c*) Cavatura. *Amm.* 23. 4. 2. « Apponit in temonis cavamine sagittam ».

CĒLĀTĬO, ōnis, f. 3. (celo) actus celandi, occultatio. *Boet. Arist. Anal. pr.* 1. 25. (*Migne* 64. p. 667. *c*) *Gloss.* V. 451. 18. « dissimulatione : fi(n)ctione celatione ».

CELTIS, is, f. 3, — ¶ 1. genus scalpri. De loco *Iob.* 19. 24. V. *Lexic.* ad h. v. — ¶ 2. Nomen piscis. *Gloss.* II. 99. 14. « Celtis, ῥίνα, ἰχθύος (ε)ἶδος ».

CENSŌRĬĒ, adv. (censorius), ad censorem pertinens, censorio more. *Augustin. c. Jul. Pelag.* 4. 3. 33. « aliquem censorie reprehendere ». Adde *Ambros. Fid.* 1. 18. 119.

CĔPHĂLÆŌTA, æ, m. 1. (κεφαλαιωτής) capitularius, seu capitationis exactor. *Impp. Honor. et Theod. Cod. Theod.* « Nequaquam cephalæotis, irenarchis, logographis etc. ».

CĔPĬCĬUM, (cæpicium) ii, n. 2. (cepa) cepæ caput, vel ipsa cepa. *Arnob.* 5. 1. et 5. 4. Cf. *Caper ap. Prisc.* 6. 11. (*Gramm.* II. 204).

CĒRĬPHŎRUS, i, m. 2. *Gloss.* II. 349. 4. « κηριάπτης, ceriphorus », sc. qui cereos accendit (ἅπτω) iuxta etimon gr., qui cereos fert iuxta etim. lat.

CĒRŌMĂTĪTES, æ, m. 1. (κηρωματίτης) qui palæstræ invigilat, *ispettore, guardiano, maestro di ginnastica.* Stricto tamen sensu significat eum qui in gymnasiis et palæstris unguento quodam ex cera (κήρωμα) confecto athletas oblinebat, quem usum *Sen. Ep.* 51. 1. *Plin.* 29. *N. H.* 26. et 36. 168. testantur. Serius autem ceroma ipsam palæstram significavit, et inde *ceromatites* seu *ceromatistes* denotavit eum qui itale dicitur *maestro di ginnastica*, quo sensu sumitur in *Ed. Diocl. de Pretiis rerum venalium* 7. 64. « Ceromatitæ in singulis disciplinis menstruos (denarios) quinquaginta ». V. *De Rugg. D. E.* II. 213.

CERTOR, āris, ātus sum, ari, n. 1. contendere, ut *certo, certare*, quod occurrit ap. *Hygin. Fab.* 273., *Vulg. Eccli.* 11. 9. *Itala Luc.* 13. 24.. (V. *Rönsch, Itala* p. 302., qui haud recte tribuit *Pacuv. tr.* 25.). *Gloss. pass.*

CERVĀRĬŎLUS, a, um, adject. demin. a *cervarius*, ad parvum lupum cervarium pertinens. *Schol. Bern. Virg. ecl.* 8. 3.

CESSUS, us, m. 4. (cedo) fere idem quod recessus. *Paul. Dig.* 21. 1. 43. pr. « mulas (*esse vitiosas plerumque dicunt*) quæ cessum dant ». *Ambrosiast. in Phil. prol.* « Philippenses post cessum ejus (*Pauli*) non sunt translati ad aliud sicut Galatæ ».

CHALCŎLĪBĂNUM, i, n. 2. (χαλκολίβανον), aurichalcum. *Itala Apoc.* 1. 15. (*Iren.* 4. 20. 11.) « pedes ejus similes chalcolibano » sc. aurichalco Libani (*Vulg.* aurichalco).

CHAMÆBĂLĂNUS, i, f. 2. (χαμαιβάλανος), genus herbæ. it. *titimaglio* (euphorbia apios L.), *Dioscor.* 4. 170.

CHĂOS, i, n. 2. V. voc. in *Lexico.* — Adnotamus: declin. *Gloss. Pl.* V. 9. 16. « chaos monoptoton est ». Sed habet etiam in genet. *chai* ap. *Prisc. gramm.* II. 271. 17. *Serv.* ad *Virg.* I. *Aen.* 664. (*Mythogr.* 2. 35.). Dat. *chao* ap. *Prudent. c. Symm.* 1. 94. et alibi, *Hygin. Fab. præf.* p. 9. 2. *Varr.* V. *L. L.* 19. 20. *Ovid.* 14. *Met.* 404. *Sil. It.* 13. 439. etc. — Nomin. *chaus* in *Itala Luc.* 16. 26. 4. *Esdr.* 5. 8. *Prisc. gramm.* II. 271. 17. — *Caus* in *Gloss.* IV. 26. 32. *Kaus* in *Gloss.* IV. 103. 18. — *Haus* in *Gloss. Plac.* V. 107. 33. — *Caos* in *Tab. dev. Audollent* 251. *cahos* sæpius in libris, ut in *carm. de Sod.* 105., *Eucher. anth.* 390. 12. — Est etiam gen. mascul. *Itala Luc.* 16. 26. — Legitur inde a *Varrone* præcipue apud poetas. V. *Waser P. W.* III. 2112. sq.

CHARĂCTĒRĬĂCUS, a, um, adject. characterem idest formam insignem continens, ut *characteriaca signacula* ap. *Fulg. Æt. mund.* p. 179. 8.

CHĔLĪDŎNĬĂCUS, a, um, adject. ad chelidonem pertinens, i. e. hirundinem. Hinc *chelidoniacus gladius* ap. *Is.* 18. *or.* 6. 7. est ferrum latum, cuius duplex mucro ac bifurcus in modum caudæ hirundineæ formatur, unde et *chelidoniacus* dicitur.

CHŎRŎDĬDASCĂLOS, i, m. 2. chorimagister. *Hieronym. tract.* in *Ps.* I. 77. « Asaph unus fuit de chorodidascalis.... ergo de ceteris chorodidascalis et iste unus est propheta ».

CHRISTUS, i, m. 2. (χριστός) unctus, dict. de sacerdotibus et regibus. *Vulg.* 2. *Mach.* 1. 10. « Aristobolo qui de genere christorum ». Adde 1. *Reg.* 26. 9. et *Is.* 45. 4.

CHRŎNOS (chronus) tempus. *Apul. Mund.* 37. « Saturnum etiam illi quasi chronon quemdam, inceptum ab origine interminum affinem appellant ». Adde *Gloss.* IV. 224. 10. « chronus, tempus ».

CHRȲSŎCHRŪS, un, (χρυσόχρους, ουν) auro tinctus, aureus (*opp. prasochrus*) lapis. *Ambros.* in *Ps.* 118. *serm.* 16. § 41. sq.

CĬCĂRO, ōnis, m. 3., dicitur de puero qui modo vafer est malus (*Petron.* 40. 3.), modo simplex et amabilis (*Petron.* 71. 11.).

CĬLŌTER, tri, m. 2. (χιλωτήρ). — Alii scribunt *chiloter*, v. *chilotrum* v. *cilotrum*. — Est proprie camus seu fiscella, quæ ori equi circumponitur, ex vertice loro aut funiculo aliquo suspensa, in quam fœnum aliudve pabulum conjicitur. Videtur tamen significari genus quoddam vestis vilissimæ in illo *Novii* ap. *Nonium* 148. 31. *M.* « Non multo post zonarium accepit: abscidit. Consequitur pænularium, chilotrum petit ». Ita leg. *Ribbeck*, sed alii *cilotrum.* (*Nov. Com.* 35. *G.*) fort. quod caput operit.

CĪMĒLĬUM, ii, n. 2. suppellex pretiosa. *Gloss.* II. 347. 17. κειμήλιον. *Greg. M. ep.* 1. 10. « Vel propriæ ecclesiæ, vel quæ de diversis ecclesiis cimelia sunt collecta ».

CĪMĬCĬA, æ, f. 1. (cimex) proprie adject. sed abs. adhibitum ad herbam quamdam significandam, ita a *cimicibus* appellatam, quorum fœtorem habet. *Isid.* 17. *or.* 7. 57. « Cimicia propter similitudinem cimicis. Unde et eam *Græci* κορίον vocaverunt. Nascitur in locis asperis atque cultis ». Cf. *Isid.* 12. 5. 17.

CĪMĬCO, as, āre, a. 1. cimicibus lectos purgare. *Gloss.* II. 353. 44. cimico, κορίζω.

CĪMUSSA, æ, f. 1. ¶ 1. Est idem quod cerussa. Cf. *Gloss.* ψιμύθιον v. ψιμμύθιον. — ¶ 2. Item extremitas panni v. telæ v. funiculus, vulg. *cimossa* (*vivagno*). *Gloss.* II. 100. 43. Cimussa, σειρά. Cf. *Gloss.* II. 431. 47. (cimisa).

CĪMUSSĀTĬO, ōnis, f. 3. (cimusso) actus cimussandi seu cimussa se cingendi. *Dosith. gramm.* VII. 435. 23.

CĪMUSSĀTOR, ōris, m. 3. (cimusso), qui cerussa v. cimussa illinit. *Gloss.* II. 431. 54. cimussator ψιμυθιστής.

CĪMUSSO, as, āre, a. 1. se cimussa cingere, obstringere. *Dosith.* 64. 7. *K.* (in *Gramm.* VII. 435. 23.).

CINCTĬO, ōnis, f. 3. (cingo) actus cingendi. *Augustin.* in *Ps.* 92.

CĬNĔRŬLENTUS, a, um, adject. (cinis) cinere opertus, ut *canities cinerulenta* ap. *Heges.* 5. 53. 125. *W.* It.: *testa grigia.*

CINGŬLĀ, æ, f. 1. (cingo) cingulum seu zona hominis. Ita recte exponitur in *Lexico*; sed male locus citatus *Titin.* ap. *Non.* 14. 1., nam ibi non *cingula* sed *togula* legend., itemque ap. *Ov.* 3. *Art. am.* 444. *lingula* legunt *Merkel* et *Riese*.

CIRCISSĀRĬUS, ĭi, m. 2. (circus) proprie adject. abs. usurpatum ab inusit. *circisso*, quod est a circo, circitor. *Gloss.* IV. 318. 31. — Circissarius, qui circumcirca pergit. V. alia ap. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat.* p. 53. n. 88. — Circissarii dicti sunt etiam agitatores, aurigæ qui in amphitheatris et circis currus ducunt. *Concil. Arel.* 1. *sub-Silv.* — Fort. ap. *Augustin.* in *Ps.* 39. est qui delectatur circo (hippodromo).

CIRCO, as, āvi, āre, a. 1. circundo, pervado. *Ps. Augustin. Hom. de sacril.* 6. 21. « qui de anulo aureo vulnus circat... iste graviter peccat ». *Gloss.* passim: circat, circumvenit, κυκλεύει.

CIRCŬMASSISTO, is, ĕre, n. 3. idem quod assisto circum. *Novell. Justin.* 18. 7.

CIRCŬMAUFĔRO, fers, ferre, a. 3. circum omnia auferre; translate, prohibere. *Augustin. Quæst. in Levit.* qu. 52. 2.; et *quæst. in Iosue* qu. 29.

CIRCUMCELLĬŌNĬCUS, a, um, adject. (circumcellio) proprius circumcellionis seu ejus, qui ad hæreticam circumcellionum sectam pertinet. *Augustin. c. Litt. Petil.* 2. § 208.

CIRCUMDUCTĪVUS, a, um, adject. (circumductio), qui ad circumductionem pertinet. *Ps. Boet. Geom.* p. 423. 19. *Fr.* « Ponatur circulus quadraginta quattuor pedibus in circumductione designatus, diametrus autem quattuordecim pedum protensionibus describatur... Sumatur circumductivæ quantitatis medietas et per medietatem diametri multiplicetur, et quod ex hac multiplicatione provenerit, embadum pandit ». h. e. aream lineis inclusam.

CIRCUMFOSSĬO, ōnis, f. 3. (circumfodio) actus circumfodiendi. *Augustin. Serm.* 72.

CIRCUMGESTĀTOR, ōris, m. 3. (circumgesto), qui circum aut iuxta gestat, circumlator. *C. I. L.* 2. 3442. In titulo mutilo. Alii duo verba legunt « circum gestator ».

CIRCUMPĔTĪTUS, a, um, adject. circumvolutus, intortus. *Arnob.* 4. p. 186. ed. *Oehlen*; sed *Reifferscheid* leg. *circumretitus*.

CIRCUMRUMPO, is, ĕre, a. 3. (περιρήσσω), circum evello. *Dosith.* 63. 10. *K.* (*Gramm.* VII. 434. 29.).

CIRCUMSOLVO, is, ĕre, a. 3. (περιλύω) circum libero. *Dosith.* 62. 27. *K.* (*Gramm.* VII. 434. 15).

CIRCUMSPECTĀBĬLIS, e, adject. (circumspecto) dignus qui circumspiciatur. — Translate. *Cassian.* 7. *Coll.* 32. 2. « Sese velut illustres et circumspectabiles omnibus æstimantes ».

CIRCUMSPĪRO, as, āre, n. 1. Circum flo. *Prisc.* p. 38. *R.* de ventis.

CIRCUMTERMĪNO, as, āvi, ātum, āre, a. 1. (circum *et* termino) circum terminos pono, constituo. Translate. *Interpr. Iren.* 4. *Hær.* 36. n. 2. « Tradidi autem (*vineam*) colonis per eam legis dationem, quæ est per Moysen: sepem autem circumdedit, idest circumterminavit eorum culturam et turrim ædificavit ». Adde *Mar. Victorin. adv. Arrium* 1. 31. et *Augustin. c. Adim.* 28.

CIRCUMVŎLŪTĀTĬO, ōnis, f. 3. (circumvoluto), actus circumvolvendi. *Chalcid. Tim.* p. 43.[D] orbiculata circumvolutatio.

CLĀRĒDO, ĭnis, f. 3. (clarus) idem ac claritudo, claritas. *Gloss. Scalig.* V. 594. 14. *Thom. Thes.* 155.

CLŌĀCĪNUS, a, um, adject. (cloaca) ad cloacam pertinens, ut *Cloacina aqua* ap. *Augustin. c. Faust.* 20. 11. Est etiam nomen proprium. V. *Onom.* CLOACINA.

CLŌCĪTO, as, āre, n. 1., vocem edo cervorum *Anth. Lat.* 762, 53. Alii tamen, fortasse rectius, cum *Riese* ed. 2.ª leg. *crocito* ut est in *Lexico*.

CLŪOR, ōris, m. 3., vox, fama, nomen, *grido, voce*. *Gloss.* II. 510. 5. cluor, δόξα, a *cluo* v. *clueo* dicor, nominor, perhibeor, æstimor.

CŌDĒTA, æ, f. 1. (coda = cauda) ager in quo frutices existunt in modum caudarum equinarum. (*Paul. Fest.* p. 38. *M.*). — Distinguitur *codeta major*, ager trans Tiberim, quod in eo virgulta nascuntur ad caudarum equinarum similitudinem. (*Paul. Fest.* p. 58. *M.* et *Notit. reg.* XIV.: « Campus codetanus »). — *Codeta minor* de qua mentionem facit *Suet. Cæs.* 39. occasione ludorum incredibili magnificentia celebrium. Cf. *Becker, Handb. d. Röm. Altert.* I. p. 656. et *Preller, Die Reg. d. Stadt. Rom.* p. 218.

CŒNŌBĬĀLIS, e, adject. (cœnobium) ad cænobium pertinens, *cenobiale*. Occurrit ap. *Cassian.* 17. *Coll. præf.* et passim ap. *eumd.*

CŒNŌBŬLĬUM, ĭi, n. 2. concilium, conventio. *Gloss.* IV. 434. 32.

CŌGĬTĀMENTUM, i, n. 2. (cogito). Cogitatio, cogitamen. *Gloss.* II. 102. 52. Cogitamentum, ἐνθύμημα. In appendice *Vulg.* IV. *Esdr.* 5. 57. *Lucif. Non conv.* p. 13. 10.

COGNĪTRIX, tricis, f. 3. (cognosco) quæ cognoscit *Chalcid. Tim.* 51. « .... animam cognitricem rerum omnium, quæ sunt tam intelligibiles quam sensibiles ».

COGNŌMĬNĀTĪVUS, a, um, adject. (cognomino), qui designat, qui distinguit. *Gramm.* IV. 536. 3.

CŌILLUM, i, n. 2. (κοῖλον) pars domus interior, ubi colebantur Lares. *Inscr.* ap. *Tertull. de Spect.* 5., ubi *Kraner* legit *coilium*, ut exsilium, proilium = prœlium etc., unico *l*, quæ scriptio voci græcæ accedit. Alii tamen cum codd. al. leg.

COLLECTĬO, ōnis, f. 3. (colligo) est etiam societas, ut ap. *Vulg. Hebr.* 10. 25. « Non deserentes collectionem (ἐπισυναγωγήν) nostram ». — *Eccli.* 26. 6. *Cod. Theod.* 16. 5. 36. 1.

COLLĒGĬUM, ĭi, n. 2. (colligo), de cujus scriptione significatione et usu fuse disseritur in *Lexico*, hic tantum ne rem actam agamus, operæ prætium esse arbitramur singillatim suo quodque nomine recensere. — Erant itaque collegia: — ¶ 1. Nempe hominum societates et corpora quæ et *fraglie, corporazioni* nos dicimus aut aliud aliquid simile: *Accensorum velatorum, Ælianorum, Æneatorum, Ærariorum, Apollinarium, Aquariorum, Aramicorum, Araricorum, Arecariorum, Arenariorum, Argentariorum, Aromatariorum, Arvalium, Arulensium, Aruraneorum, Asinariorum, Augurum, Augustalium, Aurariorum, Aurigatorum, Auxiliariorum, Balistariorum, Baulanorum, Baxiarium, Beneficiariorum, Bracteariorum, Cannoforum et Cannoforarum, Capitolinorum, Capulatorum, Carminatorum, Caudicariorum, Centenariorum, Cerialium, Cisiariorum, Claudialium, Cocorum, Codicariorum, Compitalium, Concordialium, Condeatum, Confectuariorum, Convictorum, Corariorum, Cornicinum, Cultorum dei publici, Cultorum Herculis, Cultorum statuarum et clipeorum, Custodiariorum, Decastressium, Dendrophororum, Dianensium, Dolabrariorum, Equitum, Fabricensium, Fabrûm, Fœnariorum, Ferrariorum, Fidicinum, Fœderatorum, Fontanorum, Fortunensium, Fratrum Sellariorum, Frumentariorum, Fullonum, Fumatorum, Galatarum, Germanorum, Gerulorum, Grattariorum inauratorum, Hadrianalium, Heliopolitanorum, Herculaniorum, Inauratorum, Ingenuorum, Iumentariorum, Iuniorum, Iuvenum, Lanariorum, Lecticariorum Lenunculariorum, Libertorum, Ligniferorum, Liticinum, Lupercorum, Machinariorum, Magnariorum, Mancipum, Marmorariorum, Martensium, Matronarum, Medicorum, Mensorum, Mercatorum, Mercurialium, Mimorum, Mulionum, Navicular iorum, Navigantium, Nautarum, Nauticariorum, Negotiantium, Negotiatorum, Oleariorum, Optionum, Ostiensium, Paganorum, Pastillariorum, Pastophororum, Pavimentariorum, Pensariorum, Pectinariorum, Peregrinorum, Piscatorum, Pistorum siliginariorum, Pleromariorum, Pontificum, Purpurariorum, Ratiariorum, Rhodanicorum, Saburrariorum, Sacrorum Tusculanorum, Salariorum, Salinatorum, Scabillariorum, Scenicorum, Scalariorum, Scaphariorum, Septumvirum Epulonum, Servorum publicorum, Siliginariorum, Sociarum Mimarum, Sodalium Antoninianorum, Sodalium Augustalium, Sodalium Aurelianorum, Sodalium Ballatorum Cybelæ, Sodalium Commodianorum, Sodalium cursus juvenalis, Sodalium Faustinianorum, Sodalium Flavialium, Sodalium Hadrianalium, Sodalium Helvianorum, Sodalium Marcianorum, Sodalium Severianorum, Sodalium Titientium v. Titiorum, Sodalium Verianorum, Soliarium Baxiarium, Suariorum, Susceptorum, Symphoniacarum, Tabernaculariorum, Tabulariorum, Tibicinum, Tignariorum, Togatorum, Triclinarium, Vasculariorum, Velabrensium, Venatorum, Vernarum, Veteranorum, Viatorum, Victimariorum, Victoriensium, Vinariorum, Urbanorum, Urinatorum, Utriculariorum, Zeunitorum*, præter alia quæ brevitatis causa omittimus. — Hæc autem suis quæque locis declarantur. (V. *De Ruggero*: *Dizion. epigr.* II. ad h. v.). — ¶ 2. *Collegium* pro fulcimento fulcro, auxilio, columine, *appoggio, soccorso*, v. *società di mutuo soccorso*, ut videtur ap. *Fulgent. Myth.* 1. *præf.* 17. *M.*

COLLĬGO, is, ēgi, ectum, ĕre, a. 3. in sacris litteris idem sonat ac mori. *Is.* 57. 1. Cf. *Congregari ad populum suum* (*Gen.* 25. 8. et 49. 29.).

CŎLŌRĀRĬUS, ĭi, m. 2. (color) idem ac chromatiarius. *Schol. Pers.* 4. 18. *Gloss.* colorarius, εὔχρωμος III. 442. 52; εὐχρώμων II. 320. 42.; bonum colorem habens. II. 574. 4.

CŎLŌRĀTĬO, ōnis, f. 3. (coloro) actus colorandi, quod de vultus colore subfusco v. ambusto habet *Chalcid. Tim.* 158. « coloratio vultus » *volto abbronzato*.

COMBĪBŌLUS v. CONVIVOLUS, i, m. 2. (combibo) idem ac compotor, combibo, *compagno nel bere, beone*. Occurrit ap. *Gloss.* 281. 14.

COMBĪBŬLA, æ, f. 1., (combibo), quæ simul bibit, coëbriosa. *Gloss.* V. 281. 13.

COMMĀTĬCĒ, adv. (commaticus) breviter, per commata, hoc est incise membratimque. *Hieronym.* in *Habac.* 2. ad 3. 11. sqq., *Arnob.* in *Ps.* 104. Cf. *Gloss.* V. 279. 28.

COMMEMBRUM, i, n. 2. socius. *Augustin. Ep.* 126. 9. « Vos, carissima commembra nostra ».

COMMĔMŎROR, āris, āri, dep. 1. idem ac commemoro, solum usurpatur in sacris litteris. *Eccli.* 48. 23., *Bar.* 3. 23. *Sap.* 11. 14.

COMMERCĬĀLIS, e, adject. (commercium) ad commercium pertinens. — ¶ 1. Proprie. *Augustin.* in *Ev. Joh. tract.* 13. 14. « Commerciales tabulæ recitentur ». ¶ 2. Translate, mutuus. *Fulg. Myth.* 1. 5. p. 44. « commerciales transennæ ».

COMMIXTRIX, tricis, f. 3. (commisceo), quæ commiscet. *Julian.* ap. *Augustin. Op. imperf.* 5. 11. « Vis illa voluptatis confectrix commixtrixque seminum ».

COMMŪNIS, e, adject. Etiam immundus, non lotus. 1. *Mach.* 1. 50.; *Matth.* 7. 5., *Act.* 10. 12. et 28. *Rom.* 14. 14.

COMPATRĬŌTA, æ, m. 1. vox hybrida compos. ex lat. *cum* et πατριώτης, conterraneus. *C. I. L.* VI. 7658., et *Gloss.* ubi est concivis comprovincialis, συμπολίτης, συμπατριώτης.

COMPERTŪSĬO, ōnis, f. 3. (cum *et* pertundo) actus pertundendi v. perforandi. *C. I. L.* VIII. 2728. compertusio montis, it. *perforamento* v. *traforo*.

COMPŌTĀTOR, ōris, m. 3. (cum *et* poto) compotor, combibo. *Ambros. de Iob* 3. 5. 17. *Gramm. suppl.* 74. 30.

COMPUNCTĬO, ōnis, i. 3. (compungo) in malum sensum de contumacibus. *Vulg. Rom.* 11. 8.

COMPUNGOR, ĕris, unctus sum, ungi, pass. 3. hebraice est taceo. *Ps.* 29. 13. « Ut cantet tibi (*Domine*) gloria mea (*sc.* anima mea, ego) et non compungar ».

CONCĂLĔFACTĬO, ōnis, f. 3. (concalefacio) actus æque aut valde calefaciendi. *Augustin. de Ord.* 1. 8. 24. Cf. *Chiron.* 819. (*concalfactio*).

CONCEPTIM, adv. (concipio) idem ac conceptis verbis, concepte. *Schol. Cic. Or. ad popul.* 1. 4. (*Class. auct.* 2. 43.). *Chalcid. Tim.* 339.

CONCORDANTER, adv. (concordans) idem ac concorditer. *Venant. Vit. Albin. Andeg.* 6. « ad pontificalem gradum... concordanter eligitur ». *Greg. Tur. H. Fr.* 9. 41.

CONCRĔPANTĬA, æ, f. 1. (concrepo) concrepatio, strepitus multorum. *Cassiod.* in *Ps.* 44. 15.

CONCULTUS, a, um, adject. (cum *et* colo) diligens, sollicitus. *Tertull. de Pall.* 2. ed. *Salm.* (Oehler *convulso*).

CONFESSĬO, ōnis, f. 3. idem ac laus. *Ps.* 41. 5., 95. 6. etc.

CONFĪTĔOR, ēris, fessus sum, ēri, dep. a. 2. cum dativo, idem ac laudo. *Ps.* 104. 1. etc.

CONSCISCO, is, scivi v. scii, scītum, ĕre a. 3. De hoc verbo v. *Lexicon*. Hic tantum falsam lectionem ibi allatam emendamus, ubi citatur *Nep. Alcib.* 11. Legendum itaque est: « Theopompus... et Timæus, qui quidem duo maledicentissimi nescio quo modo in illo uno laudando c o n s e n t i u n t » non c o n s c i e r u n t. V. *Nipperd. Spicil. Corn. Nep.* p. 37. 59. et *Hamil.*, ed. *Lips.* 1808.

CONSĔCŪĒ, V. CONSĔQUĒ, adv. (consequus), consequenter. *Lucr.* 5. 677. (679.); hinc *Lachm.* p. 904.

CONSĔDĔO, es, sēdi, ēre, n. 2. (cum *et* sedeo). — ¶ 1. Proprie, sedeo simul, consideo. *Anecd. Helvet.* 169. 17. consedere foro. — ¶ 2. Translate. *Vulg. Eccli* 11. 1. et *Eph.* 2. 6. « et consedere fecit in cælestibus cum Christo ».

CONSENTĪVUS, a, um, adject. (consentio) ad consentiendum pertinens; hinc subst. *consentiva*, æ cui opponitur *negativa* ap. *Don. Ter. Andr.* 1. 2. 34.

CONSĔQUĒ v. CONSECUE.

CONSĔQUĬUS, a, um, adject. (consequor) consequens. *Apul. Metam.* 5. 24., 10. 18. Cf. *Lachm.* ad *Lucr.* 5. 679. p. 304. 17.

CONSERTIM. adv. (consero), conjunctim, conserte, connexe. Translate. *Eulog.* in *Cic. Somn. Scip.* p. 411. 21. *B.*

CONSERVŬLUS, i, m. 2. idem ac conservus. *Paul. Nol. Ep.* 22. 2.

CONSPĪCĬENTĬA, æ, f. 1. (conspicio) facultas conspiciendi. *Cassiod. de Anim.* 3. « Lumen aliquod substantiale animæ habere, haud improbe videmur advertere. Nam si ipsum (*lumen*) in se lucidum non esset (*anima*), rerum tantam conspicientiam non haberet ».

CONSŪTĬO, ōnis, f. 3. (consuo) sutura, qua partes diductæ conjunguntur. *Ps. Soran. Quæst. med.* 233. — Translate. *Hieronym. Homil. Orig.* in *Ezech.* 3.

CONTEMPĔRĀTĬO, ōnis, f. 3. (contempero) actus contemperandi. *Augustin. Doctr. Christ.* 2. 29. et 5.

CONTENTO, as, āre, 1. (*intens.* a contendo) constringo, adstringo, *sforzare*, ap. *Vulg. Matth.* 5. 41. pro *angario* ἀγγαρεύω, ut habet *Hieronym.* — Alio sensu pro *contentus sum, acquiesco*, intransitivorum more, ut videtur. *Gloss.* II. 244. 49. contento, ἀρκοῦμαι.

CONTĔPESCO, is, ĕre, n. 3. i. q. concalesco. *Ps. Rufin. Ios. b. Iud.* 5. 8. « Aqua si ante solis ortum hauriatur, refrigescit; hieme vero contepescit ».

CONTESTĀTĒ, adv. (contestatus a *contestor*) contestando et affirmando, testibus etiam adhibitis. — Superl. ap. *Augustin.* 4. *Civ. D.* 10. « Quod esset incredibile, nisi contestatissime probaretur ».

CONTESTĀTŌRĬUS, a, um, adject. (contestor) ad lites contestandas pertinens. *Leo M. Ep.* 23. 1. « quare compulsus sit, ut contestatorios libellos... proponeret ».

CONTĬNŬĬTAS, ātis, f. 3. (continuus) quod legitur ap. *Varr.* 7. *L. L.* 107. Sed in *Lexico* ap. *Plin.* 8. (105.), ubi ponitur: *continuitate spinæ*, nunc legendum est *unitate spinæ*. V. CONTINUITAS.

CONTĬŌNĀBĬLIS, e, adject. (contionor) ad orationem in contione habitam pertinens. *Chalcid. Tim.* 223. « Species contionabilis vel species orationi forensis ».

CONTĪRŎLĔTA, æ, m. 1. (con *et* θηρολέτης). V. CONTHEROLETA in *Lexico*.

CONTORTŬŌSUS, a, um, adject. (contorqueo), contortus. *Jul. Hon. Cosmogr.* A. 45. « (*Nilus*) coronam faciens contortuosam ».

CONTRĀRĬOR, aris, āri, dep. n. 1. contrariu adversor. *Th. Prisc.* 2. *chr.* 1.

CONTRĀVĔNĬO, is, ire, n. 4. (contra *et* venio) repugno, obsisto. *Rufin.* vert. *Epist. S. Clem.* ad *Iacob.* 1. « Omnes ergo qui ei contraveniunt ». *Augustin.* 1. *Doctr. Christ.* 29. « Si autem contravenientem invenerit odit in illo vehementer odium dilecti sui etc. »; ubi *Forcellini*, nescio cui codici innixus, leg. *contraversientem*, nisi est error typothetae. Adde *eumd.* 20. *Civ. D.* 1. et *Arnob. jun. de Deo trino et uno* 1. 2. — Plerumque tamen divisim duo verba scribuntur. *Lucil.* 864., *Cic. Verr.* 3. 107. etc.

CONTRĔMĔBUNDUS, a, um, adject. (contremo), i. q. tremebundus. *Itala Ps.* 76. 19. « Contremebunda facta est terra » (ἔντρομος ἐγενήθη).

CONVĔGĔTO et CONVĬGĔTO, as, āvi, ātum, āre, a. 1. (cum *et* vegeto) magis vegetum facio. Translate: *Chalcid. Tim. Transl.* p. 8. « Undique ineffabilis pulchritudinis ornamentis stipans eum et convegetans ad æternitatem ». *Id. comm. in eund.* p. 32. « Cum in iisdem spectaculis perspicacem mentis contemplationem convegetaverit ».

CONVĔGĬTĀTĬO, ōnis, f. 3. (convegito *et* convigeto) actus convegitandi. *Chalcid. Tim.* 93. « Convegetatio spiritalis » *ravvivamento*. V. voc. sq.

CONVERTĪBĬLĬTER, adv. (convertibilis) mutabiliter. *Augustin. Ep* 169. 7.

CONVERTOR, ĕris, versus sum, ti, pass. 3. hebraice pro adverb. rursum, denuo. *Ps.* 103. 9. « Neque convertentur (aquæ) operire terram » h. e. nunquam iterum inundabunt; et 84. 7. « Deus tu conversus (h. e. *denuo*) vivificabis nos ».

CONVEXO, as, āvi, āre, a. 1. (cum *et* vexo) idem quod simul v. violenter premo. — ¶ 1. Proprie. *Gell.* 10. 6. 2. *de filia Appi Cæci* « Ultinam, inquit, reviviscat frater... atque istam multitudinem perditum eat, quæ me male nunc miseram convexavit », h. e. exeuntem a ludis turbo populi fluctuantis jactavit. — ¶ 2. Translate, premere, afflictare, vexare, torquere. *Augustin. Cons. evang.* 2. 28. 66. Cf. *Lexic.*

CONVŎLŪTO, as, āre, a. 1. Locus *Senec.* 7. *Nat. quæst.* 9. 2. citat. in *Lexico* ita emendandus: « Cum vagus et incertus spiritus conculcatus est etc. » non *convolutatus* est. V. *Fickert* et *Haase*.

CŎOMNĬPŎTENS, entis, adject. simul v. æque omnipotens. *Ps. Ambros. Trin.* 1. « Coæternum sibi (*Patri*) et coomnipotens Verbum ». Adde *Paul. Nol. ep.* 21.

CŎŎPĔRĀRĬUS, ii, m. 2. qui cooperatur. *Augustin.* 4. *Civ. D.* 10. et *Itala* 1. *Cor.* 3. 9.

CŎPŌDES, is, m. 3. (κοπώδης) lassitudinis sensum invehens. *Oribas.* 6. 26.

CŎRŌNĀTĬO, onis, f. 3. actus coronandi, impositio coronæ. *Augustin.* 7. *Civ. D.* 27. *Gloss.* II. 399. 37., III. 484. 60.

CORRĔGĬŌNĀLES, et CONRĔGĬŌNĀLES, ium, plur. 3. (cum *et* regio), qui sunt ejusdem regionis. *Augustin.* 2. *Civ. D.* 17. conregionales et confiniales (*al.* confinales).

CORREPTĪVĒ, adv. (correptivus) breviando (syllabam), *Donat. Ter. Adelph.* 573.

CORRŌSĬO, ōnis, f. 3. actio corrodendi *Ps. Rufin.* in *Ps.* 34. 16. « Frenduerunt contra me dentibus, idest corrosionibus suis », et 36. 12. « fera et bestiali corrosione verborum ».

CŎRUSCĀBĬLĬS, e. adject. (corusco), splendens, fulgens, fulgidus, ut *coruscabilis vestis* ap. *Cassiod.* in *Ps.* 118. 18.

CŎRUSCĀLIS, e, adject. (corusco), fulgurans, ut *coruscales flammæ* fulguris. *Orph. trag.* 244.

COSMĒTŌRĬUM, ii, n. 2. (κοσμητήριον), custodia ornamentorum vel locus ubi erant cosmetæ, quibus cura incumbebat ornamentorum et mundi muliebris. (V. COSMETES). *Sex. Placit. de Med.* 31. 11.

COSMOS, i, m. 2. (κόσμος) ordo et ornatus et qui a Latinis dicitur mundus. *Paulin. adv. Pag.* 194. et 196.

COSTĬLĀTUS, a, um, adject. (costula) margaritis ornatus. *Treb. Poll. Gallien.* 20. 3. « Saloninus puer sive Gallienus bis (*militantibus convivis*) auratos costilatosque balteos (*depositos*) rapuisse perhibetur »; ubi nunc *bullatosque* leg. *Peter* sed ex conjectura. Cf. *Du Cange* in v.

COSTŬLA, æ, f. 1. nom. dem. a costa, parvum ornamentum ex margaritis. *Treb. Poll. Maximin. duor.* 27. (ubi alii ex conjectura leg. *copula*).

COXENDĪCUS, a, um, adject. (coxendix) claudicans. *Sex. Placit. de Medic.* 5. 13.

CRĀTELLA, æ, f. 1. nom. demin. a cratis, ligneum sagma. *Auct. de Idiom. gen. Gramm.* IV. 581. 33. græce ξυλοκανθήλιον. Idem quod *clitella*.

CRĒDĪTĀRĬA, æ, f. 1. (credo) illa, cui aliquid creditum est. *Gloss. Scal.* V. 594. 42. creditaria cameraria. Cf. CREDITARIUS in *Lexico*.

CRĒDŬLĒ, adv. (credulus), creduli more, ejus nempe qui facile credit et fere in malam partem. *Chalcid. Tim.* 127.

CRĔPĀTŪRA, æ, f. 1. (crepo), frissura, fractura. *Schol. Iuvenal.* 3. 196. « crepaturæ parietum ».

CRISTĪGER, gĕra, gĕrum, adject. (crista *et* gero), qui cristam gerit. *Anecd. Helv.* 164. 15.

CRŪDASTER, tri, adject. (crudus) aliquantum crudus v. rudis. *Anthim.* 21.

CRŪDĔLESCO, is, ĕre, n. 3. (crudelis) crudelis fieri incipio, ad crudelitatem inclino v. feror. *Ps. Augustin. Serm. app.* 55. 1.

CRŪDĪVUS, a, um, adject. (crudus), crudaster, rudis. *Anthim.* 66. et 74.

CRUSCŬLUM, i, n. 2. nom. demin. a crus, V. voc. in *Lexico*, ubi citatur *Martial.* 3. 93. 2. « pectus cicadæ crusculumque formicæ ». *Sed nunc legend.* « crus colorque formicæ » (*Georges*). Adde *Prisc. gramm.* II. 103. 20.

CŪMŬLĀTOR, ōris, m. 3. (cumulo) qui cumulat v. large tribuit. *Augustin. c. Iul. Pelag.* 5. 1. 2. Deus cumulator donorum suorum in homines.

CUNCTĀTĪVĒ, adv. (cunctor) cunctando, cum mora. *Donat. Ter. eun.* 5. 17.

CŪRŎPĀLĀTES, æ, m. 1., magnus administer palatinus, v. magister domus imperatoriæ, *francog.* maîre du palais, *it.* maggiordomo, maresciallo di palazzo. Occurr. ap. *Coripp.* 1. 135.

CURVĀMENTUM, i, n. 2. (curvo) curvatura seu flexus aratri. « Buris curvamentum aratri est ». *Schol. Bern. Virg. Georg.* 1. 170.

CȲLINDRŎĪDĒS, is, adject. (κυλινδροειδής), in formam seu modum cylindri. *Chalcid. Tim.* 90. « umbra cylindroides ».

J. PERIN

# APPENDIX

AD

# LEXICON TOTIUS LATINITATIS

D - J

# D

**DACTȲLĪTIS**, itis, f. 3. (δακτυλῖτις) genus herbae. *Dioscor.* 3. 4. « Longa vero aristolochia masculus est, qui et dactylitis dicitur ». Adde *Isid.* 17. *Orig.* 9. 52.

**DÆMŎNĬĀRĬUS**, ii, m. 2, qui habet dæmonem. *Hieronym. tract. in Ps.* I. p. 240.

**DÆMŎNĬĒ**, es, f. 1. (δαιμονία) idem ac bona fortuna *Manil.* 2. 897. *Jac.*

**DÆMŎNĬŌSUS**, a, um, adject., dæmoniacus. *Itala Luc.* 11. 14. « Offertur dæmoniosus et surdus » Adde *Rufin. Clem.* 3. 3. 9. 17.

**DĂĪMON**, ŏnis, 3. (δαήμων) expertus, quasi quod sit dæmonium declarans. *Chalcid. Tim.* 132.

**DAMMŪLA**, æ, f. 1. nom. demin. a damma, parva damma. *Isid.* 12. *Orig.* 1. 22. « Dammula vocata, quod de manu effugiat ».

**DĂPAX**, loquax sive facundus. *Gloss.* Vox originis incertæ, fort. idem quod *dicax* (v. *Gloss.*).

**DAPHNĪNUS**, a, um, adject. (δάφνινος), idem quod laurinus. *Diosc.* 5. 58.

**DARDĀNA**, æ, f. 1. nom. herbæ. *Ps. Apul. Herb.* 37. « Itali personaciam, alii dardanam ». *Gloss.* III. 559. 58.

**DĂSĬOS**, pes in re metrica quinque syllabis constans quarum tres priores breves, reliquæ longæ (˘ ˘ ˘ ¯ ¯) *Diomed. Gramm.* I. *p.* 481. 31.

**DĀTRIX**, trīcis, f. 3. quæ dat. *Ps. Alex. c. Dind. coll. p.* 180. « Cererem frumenti datricem ». *Mar. Merc. Nest adv. Pel.* 2. 6. « *(Christus)* habet horum quæ vult datricem conjunctam sibimet deitatem ».

**DĔALBĀTĬO**, onis, f. 3. (dealbo). 1.° Proprie, actus dealbandi. *Hieronym. in Is.* 29. 17. — 2.° Translate. Purgatio, remissio. *Augustin. c. Faust.* 22. 52. dealbatio peccatorum. Splendor exterior. *Augustin.* 3. *Civ. D.* 14. Cf. *eiusd. Conf.* 7. 6. — *Isid.* 6. *Orig.* 19. 44. « dealbatio virtutum ».

**DĒBACCHĀTĬO**, ōnis, f. 3. (debacchor), actus debacchandi, immanis bacchatio. Translate. *Salvian. de Gub. Dei.* 7. 4. « Fervidæ libidinis debacchatione grassantes ».

**DĒBĬLĬTĔR**, adv. *comparat. Greg. M. Mor.* 4. 51. « *(Peccatori)* jam animus debilius resistit ».

**DĒBRĬO**, as, āvi, ātum, āre, a. 1. (de *intens. et* ebrio), inebrio, *Schol. Hor.* 3. Od. 19. 18. *Fulg. Myth.* 3. 8. p. 72. *Cassiod. in Ps.* 35. 9. *Greg. M. Mor.* 14. 61. Hinc partic. *debriatus,* inebriatus. *Anthol. Lat.* 297 *lemm.* et v. 2. cod. A (ubi *Riese* leg. ebriatus).

**DĔCĂDARCHUS**, i, m. 2. (δεκάδαρχος), decanus v. constitutus super denos. *August. Quaest. hept.* 4. 1. et *Ps. Rufin. Jos. b. J.* 5. 8.

**DĒCALCĬO**, as, ātus, āre 1. a. calceos detraho. *Augustin. c. Faust.* 32. 10.

**DĒCALVĀTOR**, ōris, m. 3. (decalvo) is qui decalvat v. depilat. *Isid. Diff.* 1. 130. « Calvus est natura, calvatus manu: inde et decalvatus dicimus valide manu decalvator ».

**DĒCĂNO**, is, ĕre, a. 3. (de *et* cano) cano, carminibus celebro. *Prob. cathol. Gramm.* IV. 42. 23. Cererem decanere.

**DĒCANTĬO**, ōnis, f. 3. (decano) actus decanendi, sonus. *Cael. Aur. Chron.* 1. 5. 175. « Utuntur etiam decantionibus tibiarum varia modulatione ».

**DĔCĂNUMMUS**, i m. 2. nummus quidam minutus. *Grom.* p. 359. 27. Cf. *Hultsch, P. W.* IV. 2413.

**DĔCĪFORMIS**, e, adject. decem formas habens. *Interpr. Iren.* 2. *Haer.* 15. 3. « Quia Pleroma ipsorum octiforme et deciforme et duodeciforme est ».

**DĒCŎŎPĔRĪMENTUM**, i, n. 2. idem quod revelatio, nudatio. *Itala Deut.* 27. 20. (*Vulg.* operimentum).

**DECRĒTUS**, us, m. 4. idem ac decretum. *Lib. Pontif. p.* 198. 17. « nisi prius decretus generalis introducatur ».

**DĒCŪRO**, as, āre, 1. a. penitus curo. *Greg. M. Epist.* 11. 20.

**DĒDĬCĀTISSĬMĒ**, adv. superl. ex inus. *dedicate*, omni cum veneratione, v. deditione, prorsus deditim. *C. I. L.* II. 2071, ubi tamen lectio « dedicatissimi » præfertur.

**DĒFECTȲBĬLIS**, e, adject., qui facile deficit. *Augustin. Serm.* 362. « Cum portamus istam defectibilem infirmitatem, cui etsi cibus numquam desit.... non tamen efficit, ut mors non sit futura ».

**DĒFENSĀTOR**, ōris, m. 3. idem ac defensor. *Hieronym. in Gal.* 1. 13. « Vastator Ecclesiæ et Judaismi acerrimus defensator ».

**DĒFĪCISCO**, is, ĕre, 3. n. deficere coepi, ignavus fio. *Rufin. Basil. hom.* 5. 5. « Ignavæ mentis desperatione continuo deficiscunt ».

**DEFLAMMĀTĬO**, ōnis, f. 3. (deflammo), deflammatio morbosa. *Ps. Soran. Quaest. med.* 245. « Cauterismo.... incensionem et deflammationem *(subjacere dicimus)* ».

**DĒFOSSĬO**, ōnis, f. 3. (κατόρυξις) actio defodiendi. *Interpr. Iren.* 4. *Hær.* 22. 1.

**DEFRANGO**, is, ĕre, a. 3. (de *et* frango) vulgo usurpatum, idem ac defringo. *Placit. de Medic.* 2. 12. et *Gloss.* II. 237. 44. defrango, ἀποκλῶ.

**DĒFŬRO**, is, ĕre, 3. n. ¶ 1. Furorem remitto. *Heges.* 4. 9. 5. « ubi defurere visi » ¶ 2. Furo. *Hieronym. in Gal.* 5. 17. « Contra se invicem defurentes ».

**DEGLŪBO**, as, āvi, ātum, āre, a. 1. idem ac deglubere, ut *Gloss.* II. 41. 24. « deglubat ἐκδέρει »; *Tertull. Pall.* 3. « deglubasse »; *Gloss.* V. 284. 58. « deglobata (= deglubata), decoriata ».

**DEGRĂDĀTĬO**, ōnis, f. 3. (degrado) actus degradandi v. de gradu dejiciendi, *degradazione.* Occurrit ap. *Augustin. c. Cresc. gramm.* 348. et *Greg. M. Epist.* 1. 32.

**DĒGŬLO**, ōnis, m. 3. idem quod gulo. *Augustin. Gramm.* 5. 502. 4.

**DĔHŎNESTAS**, ātis, f. 3. idem ac dehonestatio, dedecus. *Ps. Acron. Hor. Epist.* 1. 17. 24. *H.* et *Hilar. Trin.* 11. 16.

**DĔĪCŎLA**, ae, m. 1. (θεοσεβής) qui Deum colit *Cassiod. c. Ap.* 2. 140. *Mart. Brac. Form. vit.* 1.

**DEJECTĪBĪLIS**, e, adject. (dejicio), qui dejici potest, dejiciendus. *Interpr. Iren.* 1. *Haer.* 30. 9. « Dejectibile serpens ».

**DĒLĂPĪDOR**, āris, dep. 1. idem ac delapido. *Prisc.* 8. 24. (*Gramm.* II. 391. 3).

**DĒLĀTRO**, as, āvi, āre, 1. intrans. sed transitivorum more usurpatum pro valde latro. — Translate. *Boet. Cons. phil.* 1. 5. 1. « Hæc ubi continuato dolore delatravi ». Tribuitur etiam *Gell.* 1. 2. 6. « et puerilium isagogarum commentationibus delatrantes », ubi tamen *Hert.* rectius leg. *deblaterantes.*

**DĒLĒTĒRĬON**, ii, n. 2. venenum. *Cass. Fel.* 51. « Letali cibo sive potione accepta, quam græci deleterion dicunt ». Cf. *Herodien.* 3. 5. 9. τὸ δηλητήριον (sc. φάρμακον).

**DĒLĪCĬŌSĒ**, adv. (deliciosus) cum deliciis. *Schol. Pers.* 3. 111. *Augustin. Serm.* 66. 3.ª ed. *Mai. Anthim.* 23.

**DĒLĪCĬUS**, ii, m. 2. idem ac delicium v. deliciæ. *Gloss.* IV. 49. 36. « Delicius, puer in deliciis amatus a domino ». *Inscr. suppl. pap. of the am. sch. in* Rome II, 270. « Delicius matris Matutæ ». — Aliæ formæ sunt: *delicia, æ* (*Plaut. Rud.* 429. al.). Cf. *Non. pag.* 100. — *delicies* (*Apul. de deo Socr. prol.* p. 109. *H*). V. *Lexicon.*

**DELTŎĪDES**, is m. 3. (δελτοειδής) formam deltæ habens *Ps. Soran. Quaest. med.* 242.

**DĒMANCO**, as, ātus, āre, 1. a. trunco. *Greg. Tur.* 7. *Hist. Fr.* 15.

**DĒMĀNĔ**, adv. valde mane. *Vulg. Jer.* 35. 14. demane consurgens (cf. ital. *domani*; francog. *demain*).

**DĒMĔO**, as, āre, n. 1. ap. *Apul. Met.* 6. 17. « ad Tartarum Manesque demeare » nunc legend. est commeare (G.). V. *Lexicon.*

**DĒMĪRĀBĪLIS**, e, adject. (demiror), admirabilis. *Teod. Mops. in Gal.* 4. 19. « Demirabilis admodum sermo ».

**DĒMŎCRĂTĪA**, ae, f. 1. potestas seu regimen populare. *Hieronym. Chron. a. Abr.* 1714. — In plur. num. *Serv. ad Virg.* 1. *Aen.* 21.

**DĒMOGRAMMĂTEUS**, ĕi, m. 2. (δημογραμματεύς) scriba publicus. *Cod. Just.* 69. 4.

**DĒMOLLĬO**, is, itus, īre, a. 4. (de *et* mollio) i. q. mollio *Schol. Pers.* 4. 40. *Cael. Aur. Chron.* 2. 7. 99. *Greg. M. Epist.* 12. 13.

**DĒMONSTRĀBĪLIS**, e, adject. (demonstro) qui demonstrari potest. *Boet. Arist. Anal. post.* 1. 8., 1. 23., 2. 3., 2. 8., 2. 10. etc. Sed ap. *Ps. Apul. Doctr. Plat.* 3. p. 237. 4. nunc legend. est « quod non demonstratum ulli sit » pro *non demonstrabile.*

**DĒMŌTO**, as, āre, 1. a. demoveo vel saepe demoveo. *Tertull. Anim.* 24. « Rursus Plato causam demotat in corpus ». (*Reiff.* demutat *cod.*).

**DĒMŪNĔRŎR**, āris, āri, dep. 1. ancillas. *Ter. Haut.* 300. *Fl.* (ubi parag. infin. *demunerarier*).

**DĒNĔGĀTĬO**, ōnis, f. 3. (denego). ¶ 1. Est i. q. negatio. *Philastr.* 50. 2. « Hoc.... dicebat, ut denegationis opprobrium ab hominibus non amplius pateretur ». ¶ 2. Item recusatio. *Serv. ad Virg.* 6. *Aen.* 64. « licet.... dicatur Neptuno obfuisse Troja ex denegatione mercedum ».

**DĒNĔGĀTĪVUS**, a, um, adject. (denego) qui negat aut omnino negat. *Isid.* 2. *Orig.* 21. 19. sententiae denegativae.

**DĒNORMIS**, e, adject. i. q. deformis. *Porphyr. Hor.* 2. *Sat.* 6. 9. « Extra modum procedens denormem facit, vel illum designat et velut norma posita definit ».

**DĒNŪDĀTĬO**, onis, f. 3. (denudo), actus denudandi. *Gloss.* II. 265. 40. denudatio, γύμνωσις. — Translate. *Vulg. Eccli.* 11. 29. « In fine hominis denudatio operum illius »; *Ambros. Noe* 29. 113. denudatio animae: *Itala* 1. *Reg.* 20. 30; *Cassian. Instit.* 7. 13. *tit.*

**DĒNŪDĀTOR**, oris, m. 3. (denudo), is qui denudat. *Gloss.* II. 265. 40. γυμνωτής *C. I. L.* II. 6328.

**DĔORBĀTUS**, a, um, (de *et* orbus) excæcatus, obtenebratus. *Ps. Cyprian. de Aleat.* 9. 1. « deorbati diaboli caligine ».

**DĔORBĪTO**, as, āvi, āre, 1. n. deflecto. *Lucif. Athan.* 1. 40. « deorbitavisse a via recta » et *De non parc.* 2. « deorbitasse a via veritatis ».

**DĔŌSUM**, adv. sync. pro deorsum, ap. *Varr.* 1. *R. R.* 6. p. 3. et 4. cod. *Polit.* et *L. L.* 9. 86. *Cat. Agr.* 162. 1. (Cf. susum, *pro* sursum, prosa *pro* prorsa).

**DĒPĀLĀTĬO**, ōnis, f. 3. (depalo) actus depalandi seu pali in terram defigendi actio. V. voc. in *Lexic.*, ubi locus *Vitr.* 9. 7. (8). 1. nunc ita legend. « dierum brevitates itemque dilatationes » non *depalationes (Marini)*.

**DĒPECTĬO**, onis, f. 3. (depeciscor), actus depeciscendi, pactum. *Imp. Const. Cod. Theod.* 2. 10. 1. « Advocati qui consceleratis depectionibus (*patti, accordi*) suae opis egentes spoliant atque denudant ». Adde: *Cassian. Coll.* 16. 2. 1. *Papyr. Marini* (saec. V.). *Cod. Theod.* 9. 37. 1. etc. (ubi de pactione turpi res est).

**DĒPELLĬCŬLO**, as, et **DĒPELLĬCŬLOR**, āris, tr. 1. *de* et *pelliculo* vel quasi demin. a pellicio, ut vult *Placid.* in *Gloss.* V. 16. 22. « Depelliculari, decipere dictum a pelliciendo ».

**DĒPĔTĪGŌSUS**, a, um, adject. (depetigo), qui depetigine laborat. *Gloss.* III. 445. 38, 473. 59. λεπρός. Cf. *Gloss.* II. 359. 33. (ubi male depetigiosus).

**DĒPĪLO**, as, avi, atum, are, a. 1. pilos detraho evello (*V.* voc. in *Lexico*). — Usurpatur etiam translate a *Lucil. Sat.* 29. 40. — Arch. *depeilassere*, infin. fut. ap. *eund.* 26. 71. *M.* ubi Francken et Ribbeck *depoculassere*.

**DĒSĂCRĬFĬCO**, as, āre, 1. a. desacro. *Tab. dev. Aud.* 129. 3. (Arretii). « Hunc ego apud vostrum numen demando, devoveo, desacrifico ».

**DĒSANGUĬNO**, as, are, 1. a. sanguine exonero. *Cass. Fel.* 46. p. 116. « Qua *(eruptione venæ)* loca, quae patiuntur dolore pulsata, desanguinentur ».

**DESCENDO**, is, etc. V. voc. in *Lexico*. — Ad dimus usurpari etiam passive, ut ap. *Plin.* 36. *N. H.* 88., ubi *descenduntur*. Cf. *Isid.* 15. *Orig.* 2. 96.

**DĒSĔMĔL**, adv. ¶ 1. Est insemel, simul (gr. εἰς ἅπαξ) *Itala Is.* 66. 8. « Nata est gens desemel ». ¶ 2. Item semel. *Oribas Syn.* 6. 13. « Non desemel sed frequentius »

**DĒSICCĀTĪVUS**, a, um, adject. (desicco), ad desiccandum idoneus, terminus medicorum. *Oribas Syn.* 4. 30. « Lenticia et brassica.... fit desiccativa ».

**DĒSĪCCĀTŌRĬUS**, a, um, adject. i. q. desiccativus. *Cass. Fel.* 8.

**DĒSĪDĔRĀTOR**, oris, m. 3. (desidero), is qui amore aliquem requirit. *Augustin. Epist.* 147. « Ejus.... ipse amator et desiderator Ambrosius ».

**DĒSĪDĔRŌSUS**, a, um, adject. cupidus. *Schol. Virg. Bern. Ecl.* 2. 43. « Thestylis desiderosam et voluptuariam significat ».

**DĔUS**, i, m. 2. De hac voc. plurima vid. in *Lexico* et *Onomastico*. — In plur. num. recti casus *dii*, rarius *dei*. — Præter deos innumeros, quos nomine proprio Ethnici divinis honoribus sunt prosecuti (V. *Onom.*); alii quoque dii fuerunt, qui non nomine proprio sed epitheto aliquo communi distincti sunt, sive ii ipsi intelligerentur, aut aliqui eorum, sive alii qui nomine proprio caruerint aut nomine suo appellandi non essent. Horum seriem in alphabeticum ordinem digestam, non tamen integram proponimus. — Sunt itaque: Dii *adhaerentes*; d. *aerii*; d. *agricolae*; d. *animales*; d. *aquatiles*; d. *augusti*; d. *bene vertentes*; d. *boni*; d. *breves*; d. *caelestes*; d. *caelites*; d. *campestres*; d. *certi*; d. *communes*; d. *compitales*; d. *complices*; d. *consentes*; d. *consentientes*; d. *conservatores*; d. *curiales*; d. *depellentes*; d. *fatales*; d. *geniales*; d. *hortenses*; d. *hospitales* v. *hospites*; d. *ignoti*; d. *incerti*; d. *indigetes*; d. *inferi* v. *inferiores*; d. *infernales*; d. *iniqui*; d. *invicti*; d. *invidi*; d. *litorales*; d. *loci*; d. *magici*; d. *majores* seu *majorum gentium*; d. *mali*; d. *manes*; d. *marini*; d. *medioxumi*; d. *militares*; d. *miniani*; d. *minores* seu *minorum gentium*; d. *minuti*; d. *montani* v. *montenses*; d. *nixii*; d. *novensiles*; d. *obsequentes*; d. *omnipotentes*; d. *palici*; d. *parentes*; d. *patellarii*; d. *paterni*; d. *patrenses*: d. *patrii*; d. *penates*; d. *penetrales*; d. *peregrini*; d. *permarini*; d. *phecasiani*; d. *praesides*; d. *praetorii*; d. *publici*; d. *regales*; d. *rustici* v. *ruricolae*; d. *salutares*; d. *salutiferi*; d. *scholarum*; d. *securi* v. *securitatis*; d. *selecti*; d. *semitales*; d. *semones*; d. *sepulcrorum*; d. *silvestres* v. *silvicolae*; d. *superi* v. *superiores*; d. *tellustres*; d. *terrestres*; d. *terminales*; d. *tutelares* v. *tutelae*; d. *viales*; d. *vicani*. V. suis locc.

**DICTĀMĪTES**, es, f. ex dictamno confectus. *Diosc.* 5. 68.

**DICTĀTUS**, us, m. 4. (dicto). ¶ 1. Est dictatio, tractatus, scriptum, *Gennad. Vir. ill.* 98. « Meminisse me olim ejus dictatum ad quendam nomine "Principium" ». ¶ 2. Item dictio, dictura. *Gramm. suppl.* 183. 24. « In multorum patrum dictata reperitur ». Cf. *Virgil. gramm.* p. 148. 24, et *Prisc. gramm.* II. 501. 6.

**DICTŪRA**, æ, f. 1., i. q., dictio. *Virg. gramm. epist.* 3. 148. 24. « dicturæ caput » et p. 170. 16. « "e" "t" in "et" sub una dictura dicuntur ».

**DĪDASCĂLUS**, i, m. 2. (διδάσκαλος), magister, doctor, *Ps. Matth.* 31. 2. et 39. 2. « Accepit librum de manu didascali docentis legem ». Adde *C. I. L.* 8. 9088, *Cod. Theod.* 16. 9. 3. et *Gloss.*

**DĪĒGĒMĂTĬCOS**, on. adject. (διηγηματικός), narrativus. *Prob. Virg. Ecl. praef.* p. 329. 10. « Omne carmen in tres characteres dividitur: dramaticum, in quo personæ tantummodo loquuntur, diegematicon, in quo solus poeta; micton, in quo promiscue et poeta et persona ». *Don. Ter. Andr.* 221. « Mire a diegematico ad mimeticum transit ».

**DĪĒGĒSIS**, is, f. 3. (διήγησις), narratio. *Fortun. Rhet.* 2. 16. « Species narrationis prima diegesis, quae narratio est principalis; est et antidiegesis ».

**DIFFĔRĬTĀS**, ātis, f. 3. (differo) idem ac differentia. V. *Lexic.* — Est etiam figura rhetorica = ἀλλοίωσις. *Carm. de fig.* 19. p. 64. 77.

**DIFFLŪENTĬA**, ae, f. 1. (diffluo) actus diffluendi. Translate. *Augustin. Serm.* 9. 10. 15. Diffluentia libidinis.

**DIFFŪSĪTRIX**, tricis, f. 3. quae diffundit. *Fulg. Aet. mund.* p. 166. 13.

**DĪGESTOR**, ōris, m. 3. (digero), i. q. ordinator. *Chalcid. Comm. Tim.* 295.

**DIGLUTTĬO**, is, ire, 4. 1. v. *Degluttio* in *Lexico*.

**DIGNĬTOR**, āris, ātus, sum, ari, 1. dep. i. q. dignor. *Jul. Val.* 1. 33. « Eum.... regni veste dignitati sunt ». *et.* 1. 52. « Alcumenam... Jovis ulnæ dignitatæ sunt ».

**DĪJŪGĬUM**, ĭi, n. 2. dijugatio, separatio. *Chalcid. comm. Tim.* 193. « in dijugio corporis et animæ ».

**DĪLĀTOR**, oris, m. 3. (differo), qui differt, *indugiatore*. Occurrit ap. *Horat. a. p.* 172., ut in *Lexico*. Adde tamen *Isid.* 10. 77. *Agrœc. Gramm.* VII. 115. 10. — Pulcre cum appos. *Augustin. Serm.* 40. « O male dilator, o crastini male appetitor! ».

**DĪLECTĀTOR**, oris, m. 3. qui dilectus habendi officio fungitur. *Ps. Front. Strat.* 4. 1. 3. *C. I. L.* II. 1970. V. *Liebenam P. W.* V. 618. 55.

**DĪLEMMĂTUS**, a, um, adject. (διλήμματος), particip. form., ambiguus. *Ps. Rufin. fid.* (*M* 21. 1150 c). — Adv. *dilemmatos* (διλημμάτως), per dilemma, per amphiboliam. *Mar. Mercat. subnot.* 6. 5.

**DĪLĪDO**, is, ere, a. 3. (dis *et* lædo), rumpo. *Plaut. Pœn.* 494. « dilidam caput ». (Ita *Studemund*: Vulg. *elidam*).

**DĪLĬGĬBĬLIS**, e, adject. (diligo) dignus dilectione v. amore. *Hieronym.* in *Ep. ad Philem. v.* 3. « Non habetur in Græco ἠγαπημένῳ, quod dilectus dicitur, sed ἀγαπητῷ, id est diligibilis. Inter dilectum autem et diligibilem hoc interest, quod dilectus appellari potest et ille, qui dilectionem non meretur: diligibilis vero is tantum, qui merito diligitur etc. ».

**DĪLŪCŬLASCIT** dilucescere incipit *Gloss.* V. 190. 11; *ibid.* 190. 12 **DILUCULASCERET**, dilucesceret (Cf. *Löwe, Prodr. Gloss.* 382).

**DĪLŪTĬO**, onis, f. 3. (diluo) actus diluendi. *Gloss.* III. 29. 34. (*cod. Leid.*) κλύδων. Translate ap. *Hieronym. in Iob* 5. « qui..... in dilutione criminum aliqua prætermittit, quicquid tacuerit confitetur ».

**DĪMENSŪRĀTĬO**, onis, f. 3. (dis *et* mensuro), actus mensurandi, la *misurazione*, ut *dimensuratio provinciarum*: titulus documenti, de quo *Hermes* IX. 86. (*Geogr. Lat. min. p.* 9).

**DĪNĪTĬDO**, as, āre, a. 1., (dis *et* nitido) i. q. nitido, translate de adulatione, quae, ut ait *Mart. Brach. Humil.* 3. « levi quadam et suavi unctione caput interioris hominis, quod est cor, quasi unguendo dinitidat ».

**DĪNŪMĔRĀBĬLIS**, e, adject. (dinumero), qui dinumerari potest, ut *ossa dinumerabilia* ap. *Ps. Rufin.* in *Ps.* 21. 17. p. 723 A et *dinumerabilis quantitas arenæ maris ac pluviarum guttarum* ap. *Cassiod. in Ps.* 150.

**DĪNŪMĔRĀTOR**, oris, m. 3. (dinumero) qui dinumerat v. computat, *Augustin. in Ps.* 55. 10. « Aucupes verborum, dinumeratores pæne syllabarum ».

**DĬŌBŎLUS**, a, um, adject. (διώβολον) i. q. diobolaris, seu qui duobus obolis ducitur v. emitur. De meretricibus dicitur a *Fulg. Serm. ant.* 32.

**DĬOCTŌ** vox ficta a gr. διὰ ὀκτώ (δι' ὀκτώ) *Cassiod. Art.* 5. p. 1210 A « Diapason symphonia est quæ etiam diocto dicitur.... fit autem per sonitus octo, unde et nomen accepit ».

**DIODELA** v. **DIODILA**, æ, f. 1. est nomen dacicum herbæ millefolii. *Ps. Apul. Herb.* 88. ubi al. leg. *diodetam*. *Gloss.* III. 559. 54 millefolium.

**DĬOPHTALMUS**, (a, um), adject. (διόφθαλμος) qui duos oculos habet. *Oros. Hist.* 16. 5.

**DĬŌRISMOS**, i, m. 2. (διορισμός), terminus rhetoricus, i. q. aphorismos, seu descriptio rerum per reprehensionem. Ita *Jul. Ruf. rhet.* 14. p. 42. 27.

**DĪPENTHĒMĪMĔRĬCUS**, a, um, adject. (deriv. a vocibus græcis δίς duo, πέντε quinque, ἡμι semis, μέρος pars) est pentameter qui duobus constat divisionibus penthemimericis monoschematicis.... ut est exemplum.... « Simplici summe virum | Maxime summe virum ». Ita *Sacerd. Gramm.* VI. p. 512. 10. *sqq.* Adde *eund. ibid.* p. 502. 9. et 517. 19.

**DIPHRUM**, i, n. 2. idem quod gr. δίφρος (διφόρος *a* δίς duo *et* φέρω) sc. sella Curulis. *Gloss.* V. 567. 25. Diphrum, tribunal eburneum in quo consules sedent.

**DĪPLANCISTRŌDES**, is. 3. (a gr. inus. διπλαγκιστροειδής) est instrumentum quoddam medicorum de quo *Chiron.* 100. « Venam diplancistrode (*cod.* diplantitrode) inter nervos nimia subtilitate relevabis ».

**DĪPLŌSA**, part. perf. ab inus. *diplodo* (dis *et* plodo), divisa vel separata *Gloss. Placid.* V. 17. 17. = V. 62. 5.

**DĪPRAX**, qui perdit sermones et aliud hinc inde aliud defert. Ita *Gloss.* IV. *præf.* XVIII. (differax *Löwe*; prodit *et* differt *Goetz Mus. Rh.* XL. 325.).

**DIPSȲCHĬA**, æ, f. 1. (διψυχία) i. q. dubitatio, hæsitatio, ap. *Herm. Pal. mand.* 9. 10. « hæsitatio quæ et dipsychia est ». Adde *ibid.* 9. 11. et 12. 10. 1. et 2. Apud *Eund. ibid.* 10. 2. 2. et 11. 1. et 2. etiam adject. **DIPSȲCHUS** (gr. δίψυχος).

**DIPTHĔRĬAE**, arum, f. pl. 1. (διφθερίαι). Sic explicatur a *Varr.* 2. *R. R.* 11. 11. « (*Caprinæ pellis*) usum apud anticos (*sic*) quoque Græcos

fuisse apparet, quod in tragœdiis senes ab hac pelle vocantur diptheriæ ».

**DĪPȲRĒNUM**, i, n. 2 (διπύρηνος) est instrumentum chirurgicum de quo *Cæl. Aur. acut.* 3. 3. 18. et *Gloss.* II. 207. 63. ubi: *dipyrinos dipirinis.* Cf. *Galen.* 3. 212. et 4. 187.

**DĪRECTĀNĔUM** et **DĪRECTĀNĔO** adv. (directaneus), directaneo modo *Cæs. Arel. reg. mon.* 21.

**DĪRECTĀNĔUS** (a, um), adject. (directus) de psalmo qui sine antiphona dicendus est. Ita *Bened. reg.* 17 et *Aurelian. Reg. mon.* p. 393 [C] et *alibi.*

**DĪRECTĬTŪDO**, ĭnis, f. 3. (directus) fere idem quod rectitudo. *Cassian. in Ps.* 101. 30. æterna directitudo.... ubi nihil pravum, nihil potest esse distortum.

**DĪRECTOR**, ōris, m. 3. (dirigo) 1.° idem ac rector. *Interpr. Iren.* 3. *Hær.* 25. 1. 2.° Est etiam terminus rei militaris, ut in *Not. dign. occ.* 40. 26. « præfectus numeri directorum » sc. eorum fort. qui tela dirigunt.

**DĪRECTUS**, a, um, (dirigo). V. voc. in *Lexico.* — Addimus tantum, in mss. et libris recens editis scribi etiam *derectus.* V. *Oudend.* et *Schneid. Cæs.* 4. *B. G.* 17. not. crit.; *Müller Varr.* 10. *L. L.* 2. § 22., *Weissenb. Liv.* 21. 19.; *Drak. Liv.* 22. 47.; *Lachm. Lucr.* 4. 609.

**DĪREMPTOR**, ōris, m. 3. (dirimo) qui dirimit, dividit, separat, ut: *amicitiæ diremptor* ap. *Augustin.* 2. *Doctr. christ.* 20. 31. et: *pravique bonique diremptor* ap. *Orient. carm. app.* 2. 37.

**DĪRĬGO**, as, āre, a. 1. (dis *et* rigo) rigando in diversas partes duco, in *Ps. Evang. Thom.* « Pharisæus.... apprehendit ramum olivæ et cœpit dirigare fontem quem fecit Jesus ».

**DĬRYTHMUS**, (a), um, adject. (δίρρυθμος) duobus rythmis constans. *Mar. Victorin. gramm.* VI. 96. 22.

**DISCĂPILLO**, as, ātus, āre, a. 1. (dis *et* capillus) capillos v. comam scindo. Cf. it. *scapigliato. Lex Burg. lib. const.* 33. 1. « Si qua mulier in via innocens ... a quocumque.... discapillata fuerit aut detracta etc. ». Cf. infra **EXCAPILLO.**

**DISCERNENTĬA**, æ, f. 1. (discerno) discernendi seu penitus cognoscendi facultas. *Augustin. Epist.* 4. 1.

**DISCERPTĬO**, ōnis, f. 3. (discerpo), actus discerpendi. In *append. Vulg.* 4. *Esdr.* 12. 32. *Hieronym. Tract. in Marc.* p. 336. 12. « discerptio corporis ». *Rufin.* 3. *Hist.* 36. 9. « discerptio membrorum ».

**DISCERPTOR**, ōris, m. 3. (discerpo) qui discerpit. *Gloss.*

**DISCERTĀTĬO**, ōnis, f. 3. (discerto), actus discutiendi, disputatio, disquisitio. *Gell.* 10. 4. 1. « P. Nigidius.... docet, rem sane in philosophiæ discertationibus celebrem ». *Itala Act.* 1. 39. (*cod.* d) « facta est autem discertatio » (gr. παροξυσμός. *Vulg.* dissensio).

**DISCERTO**, as, āre, a. 1. (dis *et* certo) proprie disjungo, v. (negotium) definio, resolvo. *Plaut. Men.* 809. (810. *Br.*). — *Gloss.* IV. 409. 15. « discertat, plus certat ». — Etiam depon. *Itala Joh.* 6. 53. (*cod.* e) « discertabantur.... *Vulg.* litigabant) Judæi ad invicem ».

**DISCĪDĬŌSUS**, a, um, adject. (discidium) qui disjungit, dilacerat, *Ambros. Epist.* 76. 9. « ut in homine uno et novus homo et vetus, sublato pariete maceriæ, qui utrumque discidioso obice dividebat, inter se convenirent ». Adde *Don. Ter. Hec.* 617. « (*inter socrum et nurum*) discidiosa conjunctio ».

**DISCINCTA**, æ, part. f. absol. (discingo), subintell. *vestis,* ut *discincta candida* in *Pass. Perp.* 10. Adde *ibid.* 20. et *Pass. Mar. Jac.* 7. *p.* 55. 10. (ubi *codd.* etiam *distinctam* vel *distinctus* habent).

**DISCINTĬO**, onis, f. (discingo) actus discingendi seu cinctum solvendi. *Gloss.* II. 236. 53. ἀπόζωσις discinctus discintio.

**DISCĬPĬO**, is, cēpi, ceptum, ĕre (dis *et* capio), i. q. divido. *Gloss.*

**DISCŎBŎLĒ**, es, f. 1. forma lat. vocis græcæ non traditæ δισκοβολή, idem ac jactus disci, *Schol. Stat. Theb.* 6. *præf.*

**DISCONJUNGO**, is, ĕre, a. 3. (dis *et* conjungo) i. q. separo, ap. *Vict. Vit.* 3. 50. « disconjunguntur tenera pignora filiorum ».

**DISCORDĬŌSĒ**, adv. (discordiosus) cum discordia *Augustin.* 3. *Bapt.* 15. 20., *Facund. Defens.* 10. 2. p. 774.[B] *Dion. Exig. Vita Pacom.* 45. p. 262 [C].

**DISCORDĬTĔR**, adv. (discors) sine ordine *Augustin.* 2. *Ord.* 11. 34. « (*Architecti*) ædificii (*partes*) discorditer collocatas dicunt non habere rationem ».

**DISCORDĬUM**, ĭi, n. 2. (discors) idem ac discordia. Ita secundum *codd. Cald. ecl.* 1. 57.

**DISCŌRĬO**, as, āre, a. 1. (dis *et* corium) idem ac excorio, it. *scuoiare Gloss.* III. 141. 23. discorio, ἐκδέρω; II. 236. 21. ἀποδέρω.

**DISCRĔPĀBĬLIS**, e, adject. (discrepo) idem ac discrepans *Cassiod. in Ps.* 100. 1. « Si hæ duæ res discrepabili sibi varietate dissentiant ».

**DISCRĒTĬŌNĀLIS**, e, adject. (discretio), qui discerni v. distingui potest *Hesych. in Lev.* 14, 1-9. p. 953 [D].

**DISCŪTĬBĬLIS**, e, adject. (discutio) term. med. qui digeri, v. ad suppurationem venire potest, ut *discutibilis sudor* ap. *Cæl. Aur. Acut. exc.* 3. p. 494. V. in *Lexico* **DISCUTIO** 2.

**DISDĬĀTESSĂRON**, et **DISDĬĂPENTE**, (δὶς διὰ τεσσάρων vel πέντε) termini music. ap. *Vitr.* 5. 4. 7. « Συμφωνίαι... sunt sex: diatesson, diapente, diapason et disdiatessaron et disdiapente et disdiapason ». V. **DIAPASON** in *Lexico.*

**DĪSERTĪVUS** v. **DISSERTĪVUS**, a, um, adject. (dissero), term. gramm. de quo ita *Prisc. Gramm.* III. 93. 14. « Species (*conjunctionum*) sunt: copulativa continuativa.... disertiva etc. » et infra p. 98. 25. « (*Conjunctiones*) disertivæ vel electivæ sunt, quando diversis propositis aliquid ex eis nos eligere ostendimus ut " dives esse volo quam pauper " ».

**DĪSERTŬLUS**, a, um, adject. (*demin. a* disertus), aliquanto v. parum disertus *Marc. Merc. Nest. serm. præf.* « Occupent.... se.... isti nostri disertuli ad singulas syllabas scrutandas ».

**DISJECTĬO**, ōnis, f. 3. (disicio), i. q. disjectus, dissolutio, dissipatio, gr. διαφόρεσις. *Cæl. Aur. Acut.* 3. 32. 172. et 2. 33. 175.

**DISLĒNĬO**, is, īre, a. 4. (dis *et* lenio) fere idem quod lenio, ut videtur *Dioscor.* 1. 118.

**DISLĬGO**, as, āre, a, 1. (dis *et* ligo) solvo, it. *slegare, Schol. Prud. cath.* 7. 157. revulsa: disligata. *Gloss.* V. 624. 17. « inestricabilis res est quæ non potest disligari ». *Gloss. arab.* p. 704. 24. « disligo, solvo ».

**DISMĪROR**, āris, āri, dep. 1. (dis *et* miror) emiror, valde miror. *Gloss. Placid.* V. 16. 20 (= 62. 17).

**DISMȲRĬAS**, ădis, adject. (δισμυρίας) innumerus. *Itala Apoc.* 9. 16. « numerus exercituum equestrium dismyriades myriadon » (gr. δισμυρίαδες μυριάδων *Vulg.* Vicies millies dena millia).

**DISPĀRĔO**, es, ŭi ere, n. 2. (dis *et* pareo), evanesco (cf. it. *sparire,* fr. *disparaître). Cassiod. in Ps.* 106. 29.

**DISPENSĀTŌRĬĒ**, adv. (dispensatorius), cum dispensatione. *Schol. Horat.* 1. *Sat.* 10. 12. « Sponte et dispensatorie extenuat vires suas, quasi non copiosius cum eo agere valeat ». Adde *Dionys. Exig.* vertentem *Epist. Synod. Cyrill. ante XII Anathem.*

**DISPĔRĔO**, pĕrĭi, ire, n. 4. V. voc. in *Lexico.* — Hic addimus form. futuri serius adhib. *disperiet* pro *disperibit,* ap. *Vulg. Judith* 6. 3. et *Sap.* 16. 29.

**DISPERSOR**, ōris, m. 3. (dispergo) qui dispergit v. dissipat *Ambr.* 2. *Poœ.* 4. 25. « De dispersoribus dicit.... " qui mecum non colligit, dispergit " ». Adde *Ps. Augustin.* 1. *Symb.* 5. 12. *Greg. M. epist.* 4. 11. 10. *Facund. Defens.* 12. 3. p. 844 [C].

**DISPLĂCĬDUS**, (a, um), adject. (dis *et* placidus) morosus, *Gloss.* IV. 332. 24. et V. 497. 40.

**DISPLĬCO**, as, āre, a. 1. evolvo, explico, expando, it. *spiegare Gloss.* II. 51. 53. displicat ἀναπτύσσει. — Apud *Varr.* 3. *R. R.* 16. 7. pro *displicatæ sunt* legend. est *dispalatæ sunt.*

**DISPRŌFĬCĬO**, is, ĕre, (dis *et* proficio) a veritate discedo, regredior, degenero *Hil. Trin.* 10. 33., 11. 11. *Gloss.* V. 437. 15. « disproficit, a profectu deficit ».

**DISPŬDET**, ŭit, ēre, n. 2 V. voc. in *Lexico.* — Hic addimus « dispuditum (est) » = puduit, rubori fuit » ap. *Placid. Gloss.* V. 16. 43.

**DISQUĂTĬO**, is, ĕre (dis *et* quatio, discutio), i. q. discutio, excutio, removeo. *Paul. Nol. Epist.* 41. 2.

**DISSĒDO**, as, āre, a. 3. (dis *et* sedo) cessare facio. *Gloss.* II. 52. 12. dissedabitur καταπαυσθήσεται.

**DISSENSĬBĬLIS** et **DISSENTĬBĬLIS**, e, adject. (dissentio), *Diff. ed. Beck* p. 52. 28. « dissensibilis est de quo dissentitur, dissentibilis vero is qui dissentit ».

**DISSENTĪVUS**, a, um, adject. (dissentio) i. q. dissentiens, *opp.* concors et consentivus, ap. *Virg. gramm. Epist.* 3. p. 142. 4. et 7.

**DISSĔQUOR**, ĕris, i, dep. 3. (dis *et* sequor), i. q. discordor *Gloss.* V. 567. 36.

**DISSERTĬTŪDO** et **DĪSERTĬTŬDO**, ĭnis, f. 3, (diserto v. disserto) facultas diserti hominis, facundia, eloquentia. *Hieronym. Epist.* 50. « Det nobis occasionem respondendi disertitudini suæ ». *Id. adv. Joh. Jeros.* 13. « Nisi tibi disertitudinis tuæ fluvius inundasset ». Adde 3. in *Rufin. n.* 6. — sine irrisione et contemptu, ut *Hieronym.,* usurpatur a *Cassiod.* 8. *Var.* 12. « Sicut perniciosum est doctos prava suadere, sic salutare munus, cum veritatis terminos disertitudo nescit excedere ». *Id.* 9. *ibid.* 21. « Hinc cunctos proceres nobilissima disertitudo commendat ». *Et. ibid.* 25. « Trahebat regnantis animum disertitudo dictorum », *et mox*: « Patrem quoque clementiæ nostræ in ipsa curia libertatis qua disertitudine devotus asseruit ».

**DISSĬMŬLĀBĬLĬTER** adv. (dissimulo) fere idem quod clam, occulte *Plaut. Mil.* 260. « hominem investigando operam huic dissimulabiliter dabo, qui fuerit conservos, qui etc. ».

**DISSŎLŎGĬA**, æ, f. 1. (δισσολογία) duplex locutio *Gloss.* IV. 56. 20.

**DISSŎNANTER**, adv. (dissono) dissono v. discrepanti modo *Augustin. de Gen. ad litt.* 4. 33. p. 133. 13. « de illo alibi non utique dissonanter scriptum est ».

**DISSŬĒTŪDO**, ĭnis, f. 3. (dissuesco) idem ac desuetudo. *Ambros. de Cain et Abel* 2. 6.

**DISSUNAPĬTER** est vox magica ap. *Cat. agr.* 160.

**DISTANTER**, adv. (disto) diverse, *Ps. Tert. Hær.* 1. p. 214. 8. « longe autem distanter ab hoc angelos inferiores, mundum fecisse ». *Augustin. Gen. ad litt.* 12. 16. p. 401. 11. et *Greg. M. mor.* 19. 49. ubi compar. *distantius.*

**DISTEMPĔRANTĬA**, æ, f. 1. (distempero, i. e. dissolvendo tempero), mixtio, dissolutio. *Plin. Val.* 5. 18. *in lemm* et 25.

**DISTEMPĔRĀTĬO**, ōnis, f. 3. actus distemperandi. *Gargil. Mart. Medic.* p. 211. 20. *R.*

**DISTINCTIM** adv. (distinguo), distincte. *Cypr. Gall. Exod.* 1095. *Cassian.* 2. *Instit.* 11. 1. *Prosp. c. Coll.* 21. 3. et *Cassiod. in Ps.* 32. 15. « singillatim: divisim atque distinctim ».

**DISTINCTĪVĒ**, adv. (distinguo) cum distinctione. *Prisc.* 17. 193. (*Gramm.* III. 203. 12.).

**DISTORTĬO**, ōnis, f. 3. (distorqueo) actus distorquendi. V. *Lexic.* Adde *Augustin. in Ps.* 66. — Translate; prava contentio. *Augustin. c. Jul. op. imperf.* 2. 164. « secundum istam non rationem sed distortionem tuam ».

**DISTRĬBŬĔLA**, æ, f. (distribuo), fig. rhetorica = μερισμός, divisio. *Carm. de fig.* 85. *p.* 66. *H.*

**DISTRĬBŪTRIX**, trĭcis, r. 3. (distribuo), quæ distribuit v. dividit. *Hieronym. in Didym. de Spir. S.* 23.

**DISTRŎPHOS**, (on) adject. (δίστροφος) est stropha quæ duplicis speciei versibus constat. Ita *Serv. gramm.* IV. 469. 11: « Tertia stropha dicolos est distrophos » (de metris Horatii agit).

**DISTURBĀTOR**, ōris, m. 3. (disturbo), turbator. *Eugraph. Ter. Andr.* 699. disturbator nuptiarum

**DĪSULCO** et **DISSULCO**, as, āre, a. 1. (dis *et*

sulco) seorsum sulco. Translate separo, divido, solvo. *Augustin. c. Epist. Manich.* § 26. « Terra tenebrarum, quæ terram lucis penetratione dissulcat ». *Venant. Vit. s. Mart.* 4. 243. « Columba molliter aërio dissulcans nubila lapsu ».

**DĪSULCUS** et **DISSULCUS**, a, um, et **DĪSULCIS**, e, adject. hybridum, a Gr. *dis, bis* et Lat. *sulcus*, quod vi compositionis in adjectivum migravit: duos sulcos habens, bisulcus. *Gloss.* — Hinc dissulcus (*v.* disulcus) porcus dicitur, cum in cervice setas dividit et quasi sulcum pilorum facit. *Fest. Paul.* p. 72.; unde disulcis = χοῖρος διχαίτης, διαῦλαξ. *Gloss.* Cf. **BISULCIS**.

**DĪTĀBĪLIS**, e, adiect. (dito) qui ditari potest, locupletabilis. *Gloss.* V. 451. 50.

**DĪŪTURNĒ**, adv. V. voc. in *Lexico*. — Addimus pro *diuturne* legend. nunc esse ex cod. *M.* ap. *Cic.* 6. *Fam.* 10. 5. « *diuturnam* ».

**DĪVĀGĀTĪO**, ōnis, f. 3. (divagor), oberratio. *Op. imperf.* in *Matth.* 5. p. 667.

**DĪVASTO**, as, āre, a. 1. (dis *et* vasto) = ἐκπορθῶ (*Gloss.* II. 292. 26.) funditus everto, vasto idem ac devasto. Sic *Arnob.* 5. 5. *R.* rapta divastare, disperdere.

**DĪVERSICLĪMĪA**, ium, n. pl. vox hybrida a Lat. *diversus* et Gr. κλίνω = ἑτερόκλιτα, sc. diversæ declinationis. *Prisc.* 17. 62. (*Gramm.* III. 145. 3.). *Gloss.* V. 597. 35.

**DĪVERSĪFĪCUS**, a, um, adject. (diversus *et* facio) « Diversifica sunt, quorum neque nomen idem est neque eadem diffinitio, ut homo, color». Ita *Boeth.* 1. p. 168[D].

**DĪVERSĪMŎDĒ**, adv. (diversus modus), diverse, modo diverso. *Augustin. Serm.* 132. ed. *Mai.*

**DĪVERSĪO**, ōnis, f. 3. (diverto) = ἐκτροπή, digressio. *Novell.* 74. 1.

**DĪVĪDĪŌSĒ**, adv. (dividia) moleste. *Gloss. Plac.* V. 16. 29. (= V. 62. 23.).

**DĪVĪNĀCŬLUM**, i, n. 2. (divino) idem fere quod divinatio (abstr. pro concr.), res divinationi inserviens. *Rufin.* vertens *Origen. Homil.* in *Num.* 13. 6. « Venerunt ergo, inquit, seniores Moab et seniores Madiam et divinacula in manibus eorum (*Vulg.* cod. *Ashb. Num.* 22. 7.; sed *Hieronym.*: habentes divinationis pretium in manibus) in illis divinationibus artibus, quæ curiositas humana composuit, sunt quædam, quæ Scriptura quidem divinacula nominavit, gentilis autem consuetudo vel tripodas vel cortinas vel aliis huiusmodi vocabulis appellat ».

**DĪVĪUM**, ii, n. 2. (dī- *et* via) bivium, διοδία. *Gloss.* II. 503. 32.

**DĪVULGĀTOR**, ōris, m. 3. (divulgo), qui divulgat. *Gloss.* IV. 333. 24.

**DŎCĒSĪS**, (eos) acc. *im* (δόκησις) i. q. fictio, est terminus theologicus ad errorem eorum hæreticorum complectendum, qui Christum non realiter, sed ficte v. apparenter incarnatum esse profitebantur. Recurrit modo latina, modo græca forma in Conciliis. Videsis *Mar. Merc. Nest. Eph. syn. Conc.* I. 5.

**DOCTĪO**, ōnis, f. 3. (doceo), actus docendi. *Anecd. Helv.* 75. 26. *H.* Cf. *Gloss.* II. 276. 7. *doctus*, διδαχή, et II. 392. 8. παίδευσις

**DOCTĪTO**, as, āre, a. 1. (*freq. a* doceo) docere soleo. *Gloss.* IV. 508. 17. et V. 597. 21. « Doctitat, frequenter docet ». Adde *Augustin. Gen. ad litt. op. imperf.* 6. 26. p. 477. 5.: doctitantem (ubi *edd. princ. et Bened.*: doctitanter).

**DOCTŌRĀLIS**, e, adject. (doctor) ad doctorem et speciatim ad sacerdotem pertinens. *Hesych.* in *Lev.* 9. 22. p. 893.[D] « doctoralem sedem.... de qua post expositionem sacerdotes.... descendunt et per orationem manus ad cælum levant ». *Ibid.* p. 947.[B] 969.[D] 993.[B]

**DOCTŌRĪUS**, a, um, adject. (doctor) idem qui doctoralis, *Op. imperf.* in *Matth.* 7. p. 675. « Non ergo illi (sc. *Apostoli*) doctorium cupierunt honorem, sed doctorii operis lucrum ».

**DOCTRĪNĀBĪLIS**, e, adject. (doctrina) ad doctrinam pertinens, ut *doctrinabilis lectio* it. *insegnamento, esposizione sistematica*, ap. *Cassiod.* in *Ps.* 80. 3.

**DOCTRĪNĀBĪLĪTER**, adv. (doctrinabilis) doctrinæ (sc. scripturæ sacræ) accomodate. *Cassiod. Didym.* in 1. *Joh.* p. 65. 6.

**DOCTRĪNUM**, i, n. 3. (doceo) locus, ubi doctrina traditur, schola. *Gloss.* 276. 11. doctrina, διδασκαλεῖον. Glossa suspecta.

**DŎCŬMENTĀTĪO**, ōnis, f. 3. (documento), documentum, admonitio. *Gloss.* II. 377. 13. documentatio, νουθεσία.

**DŎCŬMENTO**, as, āre, a. 1. (documentum), admoneo. *Dosith. gramm.* VII. 436. 13.

**DŎGĀRĪUS**, ii, m. 2. (doga), qui dogas conficit. *Gloss.* II. 54. 30. dogarius, βουττοποιός.

**DOGMĂTISMUS**, i, m. 2. (dogma) fere idem quod dogma. *Rustic. c. Aceph.* p. 1167.[D]

**DŎLĀBELLUM**, i, n. 2. *demin. a* dolabrum, i. q. dolabella. *Gloss.* V. 287. 54.

**DŎLĀBRUM**, i, n. 2. i. q. dolabra. *Gloss.* V. 287. 54. « dolabrum est dolaturia ».

**DŎLĀTĪO**, ōnis, f. 3. (dolo) actus dolandi, dolatus. *Herm. Past.* 3. 9. 2. — In plur. num. *Hieronym. Ep.* 78. *mans.* 32. p. 488. *Vall.* Dolationes hominis.

**DŎLENTŬLUS**, a, um, adject. aliquantum dolens, demin. *C. I. L.* 8. 9969.

**DŎLĔOR**, ēris, dŏlĭtus sum, ēri, 2. media, ut ajunt, significatione, doleo, dolore afficio v. affligor. *C. I. L.* 6. 23176. « de qua nihil aliud dolitus est nisi mortem » *i. e.* doluit et *ibid.* 6. 15454. 12. « Si tamen pius est, necesse est doleatur » *i. e.* doleat.

**DŎLĬES**, ēi, f. 5. (doleo), dolor, tristitia. *C. I. L.* 6. 29947. alicui dolies comparare. (Cf. it. *doglia*).

**DŎLŌRĬFER**, a, um, adject. (dolor *et* fero) qui dolorem affert. *Novell. Just.* 140. *pr.*

**DŎMĀTOR**, ōris, m. 3. (domo), usurpatur etiam translate *ap. Augustin. Serm.* 27. pro eo qui peccata condonat.

**DŎMESTĪCĪTAS**, ātis, f. 3. (domesticos) i. q. familiaritas, propinquitas, ut gr. οἰκειότης. *Interpr. Iren.* 3. *Hær.* 18. 7.

**DŎMĪNĪCĀLIS**, e, adject. (dominus) 1.° ad dominum pertinens, *Schol. Prud. Ep.* 22. p. 96. 10. « herilem, dominicalem ». — 2.° ad diem dominicam pertinens, it. *domenicale. Serm. Migne* 13. 641. (*titulus*): Sermones dominicales. — 3.° neutr. v. fem. plur. absol. fere i. q. habitationes dominicæ. *Pall.* 1. 37. 1. *Colum.* 9. *præf.* — 4.° *masc. absol.* est velum quo mulieres caput in Ecclesia velabant (*Du Cange*), *Conc. Antissiod.* 42. p. 183. 7.

**DOMNŬLUS**, i, m. 2. nom. sync. pro *dominulus. Sidon. Ep.* 9. 15. v. 38. — Scribitur etiam *dumnulus.*

**DOMNUS**, i, m. 2. nom. sync. pro *dominus*, sæpe legitur: 1.° In inscriptionibus præsertim ubi de titulis honorificis, quæ tribuuntur hominibus quibuslibet (*C. I. L.* 4. 1665.), vel clericis sanctis (*ibid.* 13. 5252.), vel imperatoribus (*ibid.* 10. 3792.), fere nunquam autem Deo Christianorum, nisi in versibus (*Comm.* 2. *Instr.* 15. 5.). — 2.° In libris manuscriptis sæpe promiscue cum forma plena leg.

**DŎMŬĬTĪO** v. **DŎMĬTĪO**, v. **DŎMŬMĬTĪO**, ōnis, f. 3. (*pro* domum itio). V. voc. in *Lexico*, ubi præter alios citantur tragici *Accius, Pacuvius, Incert.* et etiam *Sat. Lucilius.* Sed, monente *L. Müller* (*de re metr.* 2. *ed.* p. 534.), in locc. trag. legend. est domitio, itemque nunc ap. *Lucil. Sat.* 26. 40. Adde *Gloss.* II. 577. 32. « domitio, reditus ad propriam domum »; II. 55. 4. ἐπάνοδον; V. 640. 16. domuitionem.

**DŎMŬNCELLA** v. **DŎMŬCELLA**, æ, f. 1. (*demin. a* domus) i. q. domuncula. *Itin. Silv.* 36. 5.

**DŎRISCOS**, pes in re metrica pentasyllabus « ex longa et duabus brevibus et longa et brevi, temporum septem ». *Diom. gramm.* I. 482. 2.

**DŌRON**, n. 2. (δῶρον = donum). Ita explicatur a *Vitr.* 2. 3. 3. « Ex his (*laterum generibus*) unum pentadoron, alterum tetradoron dicitur. Doron autem Græci appellant palmum, quod munerum datio græce doron appellatur; id autem semper geritur per manus palmum ».

**DORYPETRUM**, i, n. 2. est nomem herbæ. *Plin.* 26. *N. H.* 52. (cod. det. doripetron).

**DOSINA, DOSINUS**, est æquus asinini pili cinerei. *Gloss.* V. 597. 33. *coll.* V. 178. 18. (Cf. *Mus. Rh.* XLVIII. 482.). Item *Isid.* 12. *Orig.* 1. 54. « dosina... dictus, quod sit color ejus de asino, idem ut cinereus ».

**DRACHMĀLIS**, e, adject. (drachma), drachmæ pondere. *Cass. Fel.* 71. p. 171. et 172. « facies trociscos drachmales ». Cf. voc. seq.

**DRACHMĒUS**, a, um, adject. (drachma), i. q. drachmalis. *Alex. Trall.* 2. 31. « facies trociscos drammeos ». Cf. **DRACHMALIS** supra.

**DRĀMĀTŎPŒOS**, adject. δραματοποιός, ita in *Schol. Hor.* 1. *Sat.* 10. 18. (*Demetrius*) dramatopoœs erat, hoc est amatorias cantiones scripserat ».

**DRASTĪCOS**, on, adject. (δραστικός) efficax. *Gramm.* VI. 274. 7. « actuale (*pöeseos genus*) est quod Græci drasticon dicunt ».

**DRINDRO**, as, āre, n. 1., vocem mustelæ edo. *Suet. frg.* 161. « mustelarum (*est*) drindrare. *Gloss.* 1. 93. « Mustelæ drindrant ». Cf. *Anth. Lat.* 762. 61. ed.[2] « drindat »,

**DRINO**, ōnis, inter beluas maris recensetur a *Plin.* 32. *N. H.* 145. « caniculæ, drinones, cornutæ, etc. ». Al. leg. *drynones*).

**DRŬA**, æ, f. 1. fort. = trua. *Paul. Fest.* 9. 11.

**DRЎŎCŎLAPTES**, is, m. 3. (δρυοκολάπτης) i. q. picus « est avis quæ in capite suo in modum galli cristam habet, quæ ore suo arborem fodiens ibidem sibi nidum facit ». Ita *Gloss. Plac.* V. 17. 16. (= V. 63. 10.).

**DŪCENTĒNĀRĪUS**, idem est ac ducenarius. *Prisc. Gramm.* III. 415. 12.

**DŬELLO**, as, āre, n. 1. (duello), singulari certamine congredior. *Fulg. Theb.* p. 181. 26. « Duellant fratres (*Eteocles et Polynices*) »; *ibid.* p. 185. 19. translate: « Duellant fratres, id est avaritia et luxuria ».

**DULCĬĀMEN**, inis, n. 3. (dulcis) it. *dolciume. Gloss.* III. 615. 51. « propoma id est omnia dulciamina »; *ibid.* V. 380. 21. « placentas dulciamina ». Adde *Diosc.* 2. 49.; *Cæs. Arel. reg. virg.* 12. 71.

**DULCŌRŌSUS**, a, um, adject. (dulcor) dulcis. *Diosc.* 5. 29.

**DŬŎDĔCASTЎLUS**, a, um, adject. (δ(υ)ώδεκα et στῦλος) qui duodecim columnas habet. — Translate. *Interpr. Iren.* 4. 21. 3. « Duodecastylum firmamentum Ecclesiæ » *h. e.* duodecim apostoli.

**DŬŎDĔCĬES**, adv., *V. voc.* in *Lexico.* — Addimus quadrisyllabum usurpari a *Lact.* in *carm. de Phœnice* 28. « Duodecies undis irrigat omne nemus ».

**DŬŎDĔCĬFORMIS**, e, adject. (duodecim *et* forma). *Interpr. Iren.* 2. *Haer.* 15. 3. duodeciforme pleroma.

**DŬŎDĒNĬGĔNA** æ, m. 1. (duodeni *et suff.* gena). *Ant. Lat.* 197. 3. « duodenigenas ostendunt ostia (*circi*) menses » (*codd.* duodecim annis genas).

**DŬŎETQUADRAGENSIMUS**, a, um, adject. num. ord. *Cens.* 14 3.

**DŬŎNĬTAS**, atis, f. 3. (duonos, bonus) bonitas, benignitas. *Gloss. cod. Voss. fol.* 24. (*Loewe prodr. gloss.* 363.).

**DUPLĬCĀMEN**, inis, n. 3. (duplico) lineamenta quædam ligni duplicata. *Diosc.* 1. 108. (Cf. *Plin.* 16. *N. H.* 186.).

**DUPLĬCĬTAS**, ātis, f. 3. (duplex). V. voc. in *Lexico.* — Addimus translate usurpari et: — 1.° Est ambiguitas. *Augustin. de Serm. dom.* 2. 14. 48. — 2.° Item simulatio, dolus, duplicitas animi, *opp.* sinceritas, ingenuitas, simplicitas. *Augustin. Quæst. evang.* 2. *qu.* 31. duplicitas diaboli.

**DUPLĬCŬLĀRĬUS**, ii, m. 2. (duplex, -icis) διμοιρίτης. *Gloss.* II. 57. 8. et **DUPLICUARIUS** *Gloss.* II. 577. 39. « qui duabus partibus alterum vincit ». V. in *Lexico* **DUPLICIARIUS**.

**DURCO**, ōnis, m. 3. δόρκων, est genus navigii. *Isid.* 19. *Orig.* 1. 10. « trieris navis magna, quam Græci durconem vocant ».

**DURGO**, ōnis, m. 3. δόρκων, i. q. dorcas, v. dorcadi animal simile. *Itin. Anton. Plac. rec.* A. 39. « Durgones qui et capreæ ».

**DŪRĬBARBUS**, i, et **DŪRĬBARBIS**, is, m. 2. et 3. qui duram habet barbam. *Vindic. Epit. alt.* 34. p. 481. 17. et 9. p. 469. 25.

DŪRĬCORDĬUS, a, um, adject. (durus *et* cor) i. q. duricors, translate ap. *Orig. in Matth.* 18. 53. duricordii fami. Adde *Syn. Cic. Gloss.* 1. 86. 155.

DŪRĬCORS, cordis, adject. (durus *et* cor) qui durum habet cor, semper translate de Judæis dicitur ap. Scriptores ecclesiasticos, inde ab *Itala Act.* 5. 51. (*cod.* h) « duricordes et incircumcisi corde et auribus ». Videsis *Ps. Orig. Tract.* 13. p. 145. 19., *Verec. in Cant.* 2. 1., 2. 32., et 3. 17. *Fulg. Prædest.* 3. 17. *Isid. Fid. cath.* 1. 1. 1.

DŪRĬO, ōnis, m. 3. (*fort. gr.* δωρίων) videtur esse mimorum genus apud *Mar. Merc. subnot.* 4. 3. « Quis scenicus turpis, qui durio vel sannio professe licentia turpitudinis publice ista proferret ». Cf. *Ihm Mus. Rh.* 44. (1888.) 529.

DŪRĬŌSUS v. DŪRŌSUS, (cod.), a, um, adject. (durus) i. q. perdurans. *Gloss.* II. 577. 40.

DȲNĂMĬCĒ, es, f. 1., vox proprie adjectiva, a gr. δυναμική (τέχνη) qua ea medicinæ pars significatur, quæ apud veteres in remediorum efficacitate cognoscenda sita erat. *Fulg. Myth.* 3. 10.

DȲNĂMĬDĬA, ōrum, n. 2. (*inus.* δυναμίδια) ita ap. *Isid.* 4. *Orig.* 10. 3. « Dynamidia, potestas herbarum, id est vis et possibilitas. Nam in herbarum cura vis ipsa δύναμις dicitur; unde et dynamidia nuncupantur, ubi eorum medicinæ scribuntur ». V. etiam *Chiron.* 54. 68. 88. 109. et *Dioscor.* 2. 145.

DȲNASTĪA, æ, f. 1. (δυναστεία) potestas, imperium, regum series, plerumque de Aegyptiorum regum serie dictum ap. *Hieronym. Chron. a. Abr. præf.* p. 16. *H.* et alibi sæpius. Item ap. *Silv. Chron.* I. 547. 3.

DYSĂPŪLŌTA, n. pl., dicuntur ulcera quædam difficile in cicatricem venientia. *Cass. Fel.* 29. p. 51. 12.

DYSCRĀSĬA, æ, f. 1. (δυσκρασία) est difficilis temperantia corporis. *Cass. Fel.* 75. p. 179. 22.

DȲSILLĂBĀTUS, a, um, adject. (disyllabus) idem qui dysillabus ap. *Virg. gramm. Epist.* 1. p. 217. *Ibid. Epist.* 3. p. 155. neutr. plur. subst. « ad disyllabata tendamus ».

DȲSIS, is, f. 3. (δύσις) cæli pars occidentalis. *Firm. Math.* 2. 15. 1.; *Ps. Cypr. Mont.* 4.; *Isid. Ord. creat.* 11. 2.

DYSPĂRĂCŎLŪTHĒTOS, adject. (δυσ-παρακολούθητος) « *figura materiarum*, dysparacoluthetos, id est obscura ». *Fortunat. Rhet.* 2. 13. p. 109.

DYSPHĒMĬA, æ, f. 1. (δυσφημία) mala fama, est fig. rhet. i. q. cacophemia, cui *opp.* euphemia. *Sacerd. gramm.* VI. 462. 15.

DȲSŪRUNTES, ium, m. 3. (δυσουροῦντες) qui difficulter mingunt. *Cass. Fel.* 45.

DȲTĬCOS, on, adject. (δυτικός) i. q. occidentalis, term. astron. *Firm. math.* 2. 15. 2.

# E

ĒBĔNŎTRĬCON, i, n. 2. (ἐβενότριχον) est nomen herbæ. *Ps. Apul. Herb.* 51. 9. *H.-S.* (Cf. *Diosc.* 4. 134. *R. V.*).

ĒBĬBO, is, etc. *V.* voc. in *Lexico*. Adde impropriis hæc *Tertull. Anim.* 43. « Adam ante ebibit soporem quam sitiit quietem » et *Pudic.* 16. « Si vis omnem notitiam Apostoli ebibere » et *Apol.* 40. « Sed et mare Corinthium terræ motus ebibit ».

EBULCALĬUM, ii, n. 2. ungula caballina. *Gloss.* III. 582. 35. (Cf. 589. 63. *epocalium*).

ĒBULLESCO, is, ĕre, n. incohat. 3. (ex *et* bullio) ebullire incipio. *Itin. Anton. Plac. rec.* *A* 20. p. 173. 1. ubi al. leg. *epuliscit* v. *ebulliet*.

ECBŎLĬUM, ii, n. 2., nomen herbæ dictamni. *Ps. Apul. herb.* 62. 19. *H.-S.* (Cf. *Dioscor.* 3. 32. *R. V.*).

ECCLĒSĬASTĬCĒ, adv. (ecclesiasticus) more ecclesiæ. *Orig. in Matth.* 18. 47. 1669.[A] « qui ecclesiastice docent verbum prophetæ sunt Christi ».

ECDĒMĒTĬCUS, a, um, adject. (ἐκδημητικός) est titulus saturæ Menippeæ Varronis ap. *Gell.* 19. 8. 17. (V. *Lexic. Liddel-Scott.* ad v. ἐκδημέω).

ECDŎRĬON, adject. n., sc. medicamentum (ἐκδόριον *a verbo* ἐκδέρω = excorio). *Cass. Fel.* 13. p. 20. 10. « (*Stigmata*) tollentur vere periculose medicamento discoriatorio, quem Græci ecdorion vocant ».

ĔCHĔŌN, gen. plur., voc. gr. ἔχις, ad significandum medicamentum quoddam e viperis comparatum. *Plin.* 1. *N. H.* 29. 38. et 119.

ĔCHĪNĔUS v. ECHNĔUS, a, um, adject. (echinus) ab echinis manans. *Anon. med. ed. Picchotta* 148. « Stercus echneum sanat sanguinis fluorem ».

ECLEPTOR, ōris, m. 3. (ἐκλήπτωρ), exceptor, fort. it. *appaltatore*, ut *ecleptores fiscalium* in *Novell. Just.* 132. 2. p. 679. 10.

ECLĪPŎN, (on), adject. gr. ἐκλείπων, i. q. intermittens, ut *eclipon pulsus* ap. *Ps. Soran. quæst. med.* 182.

ECONES et EGONES, um, m. plur. 3. sacerdotes rustici. *Gloss.* ubi etiam leg. *eggones* et *econos*. Glossa corrupta de qua cf. *Loewe Prodr. Gloss.* p. 377.

ECPHŌNĒSIS, is, f. 3. (ἐκφώνησις) fig. rhet. i. q. exclamatio ap. *Comm. Lucan.* 8. 542.; *Schol. Stat. Theb.* 6. 491.; *Macr. Sat.* 4. 2. 4.; *Schol. Ter. Bemb. Ad.* 4. 7. 40. « Illa Ciceronis ecfonesis (*sic*) “o tempora o mores!” ».

ECTHĔSIS, is, f. 3. (ἔκθεσις), expositio. *Boeth. Anal. pr.* 1. 36. et 37. *tit.* p. 677. « Ecthesis terminorum ».

ECTĔTA, æ, m. 1. (ἐκθέτης) ita explicatur a *Hieronym. in Ezech.* 41. 15. p. 403.[C] « Ἐκθέτας Romæ appellant solaria de cenaculorum parietibus eminentia, sive Meniana, ab eo qui ea primus invenit ». Invenitur latina forma in *Vulg.* (*cod. Amiat.*) *Ezech.* 41. 15. et 16. (*lect. var.* ethecas).

ECVŎLUS, a, um, adject. (ex *et* volare) extra volans ut *ecvola anima*. *Ap. Enn. trag.* 420. R[3] *not. crit.* « animam... efflant ecvolam ». (Cf. *Coroll.* XVII.). Sed *Ribb.*[3] in textu habet « efflantes volant ».

ĒDIANTOS, (ἡδύανθος) idest viola. *Gloss.* III. 538. 50., 560. 79.

ĒDŎCĬLIS, e, adject. plus quam docens. *Gloss.* V. 452. 44. et 497. 53.

ĒDŎLĔO, es, ēre, n. 2. (ex *et* doleo) i. q. doleo v. valde doleo. *Theod. Mops.* in *Phil.* 4. 1-2. p. 245.

ĒDŎMĀTĬO, ōnis, f. 3. (edomo) actus edomandi v. coercendi. *Pall. Hist. mon.* II. p. 344.[B] edomatio (δαμασμός) corporum passionum. *Greg. M. Moral.* 31. 76. p. 615.[C] (*lect. var.*).

ĒDŎMO, as, etc. *V.* voc. in *Lexico*. Part. *edomatus* pro *edomitus* habet *Augustin. Serm.* 125. 2.

ĒDŪCĀRĬUS, ii, m. 2. nutritor, institutor. *Gloss.* II. 277. 50. (*Loewe Gloss. nom.* 42. educatarius)

ĒDŪLUS, a, um, adject. (edo) « consumptor, comestor, vorator ». *Gloss.* V. 551. 55. « Eduli, voratores degulantes ». *Gloss. Scalig.* V. 599. 9.

ĒDŪO, as, āre, (gr. ἐκδύω) idem, ut videtur, quod exuo, inter verba conjugationis primæ recensetur a *Charis. Art. gramm.* p. 472. 24. *Barwick.*

EFFĀBĬLĬTER, adv. (effabilis) modo effabili. *Isid. in Gen.* 16. 7. p. 247.[D] ubi compar. *effabilius*.

EFFÆCO, as, ātum, āre, 1. a. purgo, quasi fæcem extra pono.

EFFÆCĀTUS, ap. *Apul. Plat.* 2. 20. (*cod.* S) et *Colum.* 12. 28. 3. (*cod. F*); sed est vox fort. corrupta.

EFFĀTŪI, vaniloqui, sine effectu. *Gloss.* IV. 334. 36. et V. 598. 29. Vox fort. corrupta. Cf. *Gloss.* ad v. *effute*.

EFFECTĪVA, orum, n. plur. (officio), dictum de verbis quæ causalia sunt. *Prisc. gramm.* III. 224. 7.

EFFECTŌRĬUS, a, um, adject. (effector), effectoris proprius. *Augustin. Gen. ad litt. op. imperf.* p. 469. 7. effectoria et fabricatoria vis Dei creatoris. Adde *eund. Immort.* 8. 14. 15, V. supra AFFECTORIUS.

EFFĔRENTĬA, æ, f. 1. (effero) fere idem quod superbia, ut *mundanæ elationis efferentia* in *Vita Alc. Avit.* 3. p. 179. 25.

EFFERSŪRA, æ, f. 1. (efferveo) inflammatio. *Orib. Syn.* 3. 7. *add.* p. 895. effersuræ ignitæ.

EFFERTOR, ōris, m. 3. (effero) ἐκκομιστής, sc. qui exportat. *Gloss.* II. 290. 56.

EFFĬCĀBĬLIS, e, adject. (efficio v. efficax), qui efficit, efficax. *Interpr. Iren.*[3] *Hær.* 11. 8. « Primum enim animal, inquit, simile leoni, efficabile eius et principale et regale significans »; *h. e.* efficaciam eius et principatum et regnum significans. Adde *Gloss.* IV. 334. 39. « Efficabilis, in omnibus expeditus ».

EFFĬCĀBĬLĬTER, adv. cum efficacia, efficaciter. *Interpr. Iren.* 2. *Hær.* 17. 3. « Sed si quidem efficabiliter et secundum suam genesin unusquisque illorum emissus est ». Adde *ibid.* n. 2.

EFFĬCĬLIS, e, adject. (efficio) bene manus habens, utilis. *Gloss.* II. 578. 9. Cf. supra *efficabilis*.

EFFICTĪCĬUS, a, um, adject. (effingo), effictus. *Iren. Interpr.* 2. *Hær.* 28. 8. « Eam fabulosam enarrationem quæ sit ab eis efficticia ». Cf. *M. Leubmann, Glotta* 9. (1918.) 161.

EFFĪNĪTUS, a, um, adject. (ab inus. effinio) ap. *Varr. L. L.* 8. 45. « Primum genus (sc. pro vocabula “*ut quis, quæ*”) est infinitum, secundum (*sc. vocabula ut* “*scutum*” “*gladium*”) ut infinitum, tertium (*sc. nomina, ut* “*Romulus*”, “*Remus*”) ut effinitum ».

EFFLĀGRO, as, āre, n. 1. (ex *et* flagro *pro* fragro) valde fragro, oleo. — Proprie *Alc. Avit. hom.* 20. p. 133. 29. « Spinarum densa concretio, de qua... delectabilis tam odore quam specie florum decor efflagrat ». *Greg. Tur. Glor. conf.* 18. p. 758. 8. « odore nectareo efflagrare; et 10. p. 709. 3. « aromatibus efflagrare ». — Translate ap. *Ven. Fort. Vita Germ.* 73. 197. « Cum abrasis maculis sinceritate dogmatis pectora plebis cogeret divinis efflagrare pigmentis... ».

EFFLĀTĬO, ōnis, f. 3. (efflo) actus efflandi. *Hieronym. Epist.* 65. 5. 1. et *Adv. Jovin.* 2. 12. 302.[B]

EFFLŪENTUM, i, n. 2. (effluo) i. q. effluentia. *Candid. Gen. div.* 9.

EFFLŪESCO, is, ĕre, n. 3. inchoat. ab effluo, fere i. q. effluo, ut *sumptuosis effluescere conviviis* ap. *Ambr.* 2. *Off.* 1. 191.

EFFLŪUS, a, um, adject. (effluo) sæpe invenitur ap. *Avien.* dictum de aqua, de astris, de igni et de capillis, i. q. se effundens. Videsis *Arat.* 684., 776., 1162. 1720. etc.

EFFLUXĬO, ōnis, f. 3. (effluo). V. voc. in *Lexico*. — Addimus metonym. fuisse usurpatum a *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 14. in num. plur. « Filium Dei natum non secundum corporum similitudines incisionibus aut divisionum effluxionibus sicut Cellio et Valentino placet ».

EFFŌCO, as, etc. *V.* voc. in *Lexico*. Translate ibi cit. *Flor.* 2. 11. 6.; ubi nunc non *effocandos* sed *offocandos* legend. est.

EFFOEDO, as, āre, a. 1. valde foedo. *Augustin. Serm.* 150. 2. ed. *Mai.* « Lacrimosæ matres... extensis manibus supplicabant, dum ille (*carnifex*) lacteos artus (*puerorum innocentium*) furibundus elideret atque inter ipsas preces sanguine natorum maternos effoedaret ».

EFFŌRES, adject. plur. (ex *et* foris) dict. de oculis, qui morbo procidunt seu extra suam sedem prolabuntur. *Oribas Syn.* 8. 14. et 61.

EFFRŪOR, ĕris, i, dep. 3. (ex *et* fruor) fruor v. valde fruor. *Theod. Mops.* in *I. Tim.* 6. 8. p. 180. 1. « hæc (sc. *quæ nobis necessaria sunt*) effruemur sola, cetera vero... aliis relinquamus in mundo ».

EFFŪGĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. in *Lexico*. — Addimus speciatim dici de eo « qui de bello ad alteram partem transfugit ». *Gloss.* IV. 60. 14.; V. 192. 17.

EFFULGENTĬA, æ, f. 1. (effulgeo) actus effulgendi. *Candid. Gen. div.* 4. p. 1015.[D] 1016.[A] et 9. p. 1018.[C]; *Mar. Victorin. adv. Arrium* 1. 27. p. 1060.[D]

EFFULGENTER, adv. (effulgens) effulgenti modo. *Mar. Victorin. adv. Arrium* 1. 64. p. 1088.[A]

EFFULGESCO, is, ĕre, n. 3. (ex *et* fulgesco) i. q. fulgesco in *Interpr. Iren.* 2. *Hær.* 18. 5. « Si fuisset luminis emissio... (*Aeon*) effulgesceret et augesceret, quemadmodum dies a sole ».

EFFULSĬO, ōnis, f. 3. (effulgeo) actus effulgendi v. emicandi, dict. de astris ap. *Chalc. Comm. Tim.* 70. 71. 87. 109. 124.

EFFUNCTUS v. EXFUNCTUS, a, um, adject. (ex *et* fungor) i. q. defunctus, mortuus. *Arnob. Nat.* 3. 41. p. 139. 10. « Lares quasi quosdam genios effunctorum ». *C. I. L.* III. 3166.[A] « L. Crepereio Celeri nepoti exfuncto ».

EFFUNDO, as, āre, 1. a. radicitus eruo. *Gloss.* V. 641. 27. « effundare, a fundo evertere ». (Cf. *Non.* 154. *L.* ubi « exfundare » ex *Cæl. Antip.*). V. *Lexic.* ad v. EXFUNDATUS.

EFFŪRĬOR, āris, āri (ex *et* furio) furiosus fio, it. *infurio*. *Itala Ezech.* 2. 6. (*Lucif. non parc.* 9. p. 228. 7.). « Ne timueris eos.... quoniam infuriabuntur et concurrent super te ».

EFFŪSĬBĬLIS, e, adject. (effundo) liquidus, ut *effusibilis et fluida materia* in *Interpr. Iren.* 1. *Hær.* 5. 5.

EFFŪSIM, adv. (effundo) i. q. effuse. *Schol. Hor. Epod.* 13. 2. « effusim cadunt nives et imbres ».

EFFŪSO, as, āre, a. 1. (*ab* effusus) i. q. effundo. *Gloss.* II. 293. 55. « ἐκχεῶ effundo profundo effuso fundo ».

EFFŪSŌRĬUM, ĭi, n. 2. (effundo). *Gloss.* II. 293. 58. ἐκχυτήριον et 577. 55. effusio. *Hieronym.* in *Zach.* 4. 2. p. 809. « Lucernas septem et effusoria earum ».

EFFŪTĬLIS, e, adject. (effutio). *Eutych. gramm.* V. 453. *Gloss.* V. 619. 8. « Effutilis est qui nihil retinet ».

ĒFŌRIS, adv. (ex *et* foris) extrinsecus. *Theod. Prisc. Eup. fæn.* 48. et 51.

ĒGENTĬA, æ, f. 1. (egens) idem ac inopia, indigentia. *Ps. Augustin. Serm. opp.* 85. 1. *Julian. Epit. novell.* 3. 10. « Postquam egentia laborare noscatur reus ».

ĒGITTUS, i, m. 2. (αἴγιθος) est nomen avis. *Pol. Silv. Nom. an. chron.* I. p. 543. 20.

ĒGLŌRĬŌSUS, a, um, adject. (eglorius) superbus. *Gloss.* II. 578. 12.

ĒGLŌRĬUS, a, um, adject. i. q. egloriosus, ἀλαζών. *Gloss.* II. 224. 35.

ĒGŎCĔRAS, n. 3. (αἰγόκερας ab αἴξ, αἰγός *capra* et κέρας cornu) nomen herbæ (*foenum græcum L.*). *Diosc.* 2. 85. « Farina feni græci quem multi buceron aut egoceras.... appellaverunt ». V. *Lexic.* ad v. FENUM II.

ĒGRĀMĬNO, as, ātum, āre, a. 1. (ex *et* gramen) herbis purgo, translate ap. *Vict. Vit.* 1. 36. p. 16. 15. « ut ager jam cultus et egraminatus vomere prædicationis evangelicum susciperet semen et imbre sacri baptismatis rigaretur ».

ĒGRĒTUS, part. ab egredior, pro *egressus* habet. *Paul. Fest.* p. 78. 4. *M.*

EJECTĀTĬO. ōnis, f. 3. (ejecto) i. q. luxatio, ut *ejectationes articulorum* ap. *Ps. Soran. Quæst. med.* 39. — Est etiam jactatio corporis ap. *Cæl. Aur. Acut.* exc. 5. p. 498.

EJECTĬUNCŬLA, æ, f. 1. (ejectio *demin.*) modica ejectio. *Marcell. Med.* 10. 23. stomachi nausea et ejectiunculæ (*var.* dejectiunculæ).

EJECTŌRĬUS, a, um, adject. (ejcio) qui ejcit. *Cass. Fel.* 52. p. 136. 15. « (*Sanatio*) calefactoria et ejectoria, quam Græci diaforeticam vocant ».

EJŪLĀBĬLIS, e, adject. (ejulo) lamentabilis, ut *ejulabilis clangor* ap. *Apul. Met.* 4. 3.

EJŪLĀBUNDUS, a, um, adject. (ejulo) plangens et clamans. *Jul. Val.* 2. 28. « Cum... (*Darius*) humi sese ejulabundus miserabiliter constravisset etc. ».

ĒLAPSĬO, ōnis, f. 3. (elabor) actus elabendi v. effugiendi, dict. de morte ap. *Augustin. Quant. anim.* 33. 76. « mors.... id est ab hoc corpore omnimoda fuga et elapsio » ; de seminis effluvio ap. *Cæl. Aur. Acut.* 3. 18. 178.

ĒLĀTĪVA, adject. f. (effero) ἐκφορικά. *Gloss.* II. 59. 7.

ĒLECTĀTĬO, ōnis, f. 3. (eligo) fere i. q. electio v. arbitrium. *Pasc. Ciz. Chron.* I. p. 507. 9. « quid electatione tua... dignius videatur ».

ĒLECTRIX, icis, f. 3. (eligo) quæ eligit. *Vulg. Sap.* 8. 4. ubi de sapientia dicitur « doctrix est... disciplinæ Dei et electrix (gr. αἱρετίς) operum ejus ».

ĒLĔGĬAMBUS, i, m. 2. (ἔλεγος et ἴαμβος). *Mar. Victorin. gramm.* VI, 145. 24. ssq. « Memineris... si præponas elegum iambo, elegiambum (*nuncupari*), ut " impiger ipse veni, canam relictus ", nam " impiger ipse veni " tome elegiaca, " canam relictus " tome iambica ».

ĒLEMPŌRĬA, æ, f. 1. (ἔλαιον *et* ἐμπορία) emptio olei. *Char. Dig.* 50. 4. 18. 19. « Elemporia (*var.* elæemporia)... apud Alexandrinos patrimonii munus existimatur ».

ĒLĔPHANTĬAS, æ, m. 1. (ab inus. gr. ἐλεφαντίας) est nomen serpentis ap. *Sol.* 27. 33. et *Pol.* et *Silv. Nom. anim. chron.* I. p. 543. 34.

ĒLĔPHANTĬŌTĒS, m. (gr. inus. ἐλεφαντιώτης) morbus elephantiasis. *Chiron.* 195. 355. 981. 994. *Veg. Mulom.* 1. 2. 2.

ELESENUM, i, n. 2., nomen herbæ. *Oribas. Syn.* 2. *add.* p. 847. « ad æmorrodas thoracis.... plantaginem aut rovi, aut poligoni, aut eleseni seu singulatim sive permixtæ ».

ELESTITES, aristolocia rotunda. *Gloss.* III. 561. 68. (*Ps. Apul.* helestitin).

ĒLĬGĬO, ōnis, f. 3. (eligo) electio. Vox ficta ab *Isid.* 8. *Orig.* 2. 2. « Ita Latinum videatur religio sicut eligio ».

ĒLINGO, is, inxi, ĕre, a. 3. idem ac lingo. *V.* voc. in *Lexico*. Duo tamen adnotamus, sc. in loc. *Plinii* ibi *cit.* nunc legend. esse *ligantur*: pro quo *Vulg. Bar.* 6. 19 ; tum etiam translate usurpari ab *Augustin. Confess.* 13. 30. « Elinxi stillam dulcedinis ex tua veritate ».

ĒLĬQUUS, a, um, adject. (eliquo) manifestus, apertus. *Gloss.* V. 192. 29. purus. *Gloss. Osb.* p. 194.

ELLĔBŎRĪNĒ, es, f. 1. male legitur in *Lexico* pro *emboline* ap. *Plin. loc.* ibi *cit.*

ĒLŎCŪTĬUNCŬLA, æ, f. 1. (*dem. ab* elocutio) parva elocutio. *Jul. Ruf. Rhet.* 1. p. 38. 3. « εἰρωνεία elocutiuncula sallustiana commodissime exprimitur, cum aliud in pectore reclusum, aliud in lingua promptum habemus ».

ĒLŎQUENTĬŎLA, æ, f. 1. dem. ab eloquentia. *Virg. Gramm. Epist. præf.* p. 106. 6.

ĒLŪCESCENTĬA, æ, f. 1. (eluceo) luminis emissio, radiatio, *Mar. Victorin. adv. Arrium.* 1. 56. p. 1083.[B] « Si igitur æterna vita filius, elucescentia est præeternæ vitæ ».

ĒLUCTOR, āris etc. *V.* voc. in *Lexico*. — Adde eluctor accipi pro exerceo, colo. *Tertull. Pall.* 4. p. 932. *Oehler* « Natura agro potius eluctando commodavit ».

ĒLŪCŪBRĀTĬO, ōnis, f. 3. (elucubro) actus elucubrandi, it. *elocubrazione*. *Ps. Hieronym. Ep.* 6. 20. p. 104.[B] « Cœlestis sapientia... sine alicujus labore elucubrationis intrabit ». Adde *Ennod. Dict.* 12. 7. p. 463. 5. et *Facund. Defens.* 2. 1. p. 559.[B] Cf. *Gloss.* V. 498. 7. « elucubrati(o) explicatio ».

ĒLŪCŪBRĀTĬUNCŬLA, æ, f. 1. (*dem. ab* elucubratio) brevis elucubratio. *Gloss.* I. 30. « brevis sententia quæ una candela scribitur » ; V. 619. 6. « Elucubro est illumino vel expono, hinc elucubratiuncula est expositiuncula vel illuminatio ».

ĒLŪCŬLENTUS, a, um, adject. (ex *et* luculentus), valde luculentus, dilucidus, ut *sermo eluculentus et compositus* ap. *Luculent.* 3. p. 813.[C]

ĒLŪDĬFĬCOR, āris, ātus sum, āri, dep. a. 1. (ex *et* ludificor) i. q. ludificor. *Plaut. Most.* 1040. « tibi narravero, quîs med exemplis eludificatus est. (*al.* ludificatus) ». Adde *Porph. Hor.* 2. *Ep.* 2. 25b.

ĒLŪRESCAT, pallescat. *Gloss.* V. 640. 60. (*Non.* 101. 32. *fragm. Varronis*: « Atque exanguibus dolore elurescat colos »). Al. leg. *ejurescat*.

ĒLŪVĬUS, a, um, adject. *Syn. Cic. Char. gramm.* p. 445. 27. *B.* sordidum obsoletum obliteratum eluvium.

ĒMĀNANTĬA, æ, f. 1. (ex *et* mano) scatebra aquarum. *Gloss.* IV. 168. 13.

EMBLĒMĀTĬCUS, a, um, adject. (emblema) ad emblema seu opus musivum pertinens. *Schol. Juven.* 1. 76., ubi al. leg. « *emblematum* » subst., non adject.

EMBŎLĬĀRĬUS, ĭi, m. 2. (embolium) persona scænica quæ mediæ fabulæ interseri atque introduci solebat, ut cantu et gesticulationibus spectatores oblectaret, embolia agitando, quæ Itali dicunt *intermezzi*. Occurrit in *C. I. L.* 4. 1949. — Item *emboliaria*. V. voc. in *Lexico*.

EMBŎLISMĀRIS, e, adject. (embolismus) intercalaris, interpositus, sc. dies vel annus. *Comput. Carth.* 2. 1. et 10.

EMBŎLISMĀRĬUS, a, um, adject. (embolismus) intercalarius. *Comput. Carth.* 2. 17.

EMBRĪMĬUM, ĭi, n. 2. (ἐμβρίμιον), est species straguli v. pulvinaris. *Cass. conl.* 1. 23. 4. Cf. *Gloss.* V. 619. 18, et *Gloss. Wert. Gallée* 339. V. *Ducange*.

EMBRŎCISMUS, i, m. 2. (ἐμβροχισμός). Ita ex *Cass. Fel.* 1. p. 4. 11. « (*Stomacho laborantes*) embrocismo, id est olei infusione curentur ».

EMBRŸŌTŎMĬA, æ, f. 1. (ἐμβρυοτομία) exsectio fetus infantis in utero, ita ut per partes concisum corpus sic auferatur. *Soran.* p. 90. 7. et 92. 15.

EMBRŸULCĬA, æ, f. 1. (ἐμβρυουλκία) est extractio fetus. *Soran.* 2. 26. *tit.* p. 90. 2. 7. 18. *Oribas. Syn.* 9. 80. p. 373.

EMBRŸULCUS, i, m. 2. (ἐμβρυουλκός) est instrumentum, quo fetus extrahitur. *Soran.* p. 91. 5. 14. 15.

ĒMEMBRIS, membro convulso. *Gloss.* V. 193. 9. (debilis *Osb.* p. 195.).

EMENIPSE, nomen herbæ dictamni ita dict. ab Aegyptiis. *Ps. Apul. Herb.* 62. 20. *H. S. Gloss.* III. 561. 55.

ĒMENTĪCĬUS, a, um, adject. (ementior) confictus, ficticius. *Hilar.* in *Ps.* 125. 1. « Ementicias (*V.* ementitias) interpretationes inquirere ». *Firm. de Err.* 17. 4. *H.* « ementicii (*al.* commenticii) et ficti dii ». Vox, ut videtur, corrupta.

ĒMĔO, as, (avi), ātum, āre, n. 1. (ex *et* meo), meando penetrare. *Augustin. de Genes. ad litt.* 2. 2. 5. « Aër per superiorem partem (*vasis*) non invenit emeandi locum ». — Translate. *Mar. Victorin. ad Justin.* 9. p. 1004.[C] *Ammian.* 29. 5. 5. V. voc. in *Lexico* ubi falso dicitur solum in *Not. Tir.*, quæ hinc merito ut nulla auctoritate præditæ (quamquam aliis acceptæ) omnino excluduntur inveniri.

ĒMĔRĬTĬO, ōnis, f. 3. (emereor) est : — 1.° Aurea tabula quæ tegebat arcam fœderis (*Vulg.* propitiatorium). *Exod.* c. 26. vv. 17. 18. 20. 22. Est etiam — 2.° vestimentum sacerdotale (*Vulg.* rationale). *Ibid.* c. 28. vv. 22. 24. et 29. 5.

ĒMERSĬO, ōnis, f. 3. (emergo) actus emergendi, emersus. *Hieronym. Nom. hebr.* p. 30. 10. « emersiones vel emissiones ».

ĒMĒTĬCOS, on, adject. (ἐμετικός) vomificus. *Ps. Apul. Herb.* 55. 7. *H. S.* « bolbos emeticos ». *Cæl. Aurel. Acut.* 3. 14. 32. « medicamen vomificum, quod emeticon appellant ».

ĒMĬGRO, as, etc. transit. pro *emigrare facio*, cum acc. est hebraismus sumptus ex forma V. verborum causali, quæ dicitur *hiphil*. Occurrit ap. *Vulg. Ps.* 51. 7. « emigrabit te de tabernaculo tuo » ; non tamen imitandum.

ĒMĬNĪCŬLÆ, adject. plur. demin. ab emineo, i. q. eminulus. *Gloss.* V. 193. 15. eminentes ; IV. 512. 51. modice eminentes.

EMINĬON, est nomen herbæ apud Aegyptios, quæ ab Italis dracontea dicitur. *Ps. Apul. Herb.* 14. 12. p. 48. 2. *H. S. Gloss.* 561. 64.

ĒMISSĀCŬLUM, i, n. 2. (emitto) idem fere quod emissarium. *Chalc. Tim.* 39. p. 105. « Ut per eam, velut emissaculum quoddam, tanquam a sinu fontis perennis... effluerèt ». Adde *ibid.* 192. et *Itala Iöel* 3. 18. (*Sangall.*).

ĒMISSĪBĬLIS, e, adject. (emitto) qui emitti v. proferri potest. *Iræn. Interpr.* 2. *Hær.* 13. 2.

ĒMISSŌRĬUM, ĭi, n. 2. (emitto) est incisio ad emittendum sanguinem vel pus facta, *Gloss.* III. 207. 52. « flebotomon sanguinis emissorium ». Cf. *Scrib. Larg.* 206. et 229. ubi eodem sensu leg. *emissarium*.

ĒMĪTĬGO, as, are (ex *et* mitigo) idem fere ac mitigo. *Cypr. Gall.* in *Levit.* 160. « iramque emitiga totam ».

EMITULĬĀRĬUS, ĭi, m. 2., derivationis et sensus incerti, fort. adjutor sebaciarii, *C. I. L.* VI. 3057. (an. 219.). « Flavius Rogatianus... sebaciaria fecit... scripsi III. Kal. Iunias. Tuta. ago gra_

tias emituliario ». *Ibid.* VI. 3076. (ann. 222 = *Dessau* 2176.). « Rubrius Dexter sebaciaria fecit mense Majo, nomine Claudii (Fortu)nati. Omnia tuta. Salvo emituliario feliciter ». V. *Cantarelli: Bull. d. Comm. archeol.* 11. 1887. p. 77. sqq.

ĒMŎLŬMENTĬCIUS, a, um. adject. (emolumentum) ad emolumenta pertinens. *Cassiod. Var.* 9. 6. 2. p. 272. 21. « A vinculo te emolumenticii (sc. *emolumenta amittendi*) terroris absolvimus ».

ĒMORDĬCO, as, āre, n. 1. (ex *et* mordico) valde et sæpe mordeo. *Facund. Defens.* 5. 4. p. 650.[D] vulpecula emordicaret.

EMPÆSTĀTUS, a, um, (a voce gr. ἐμπαιστός) arte ornatus quæ dicitur ἐμπαιστική. *Varr. Men.* « Noctu cultru coquinari se trajecit; nondum enim invecti erant cultelli empæstati e Bithynia ».

EMPĔRĬGRĂPHA, circumscripta. *Gloss.* V. 498. 34.

EMPHĂTĬCUS, a, um, (ἐμφατικός) audax increpator. *Gloss.* IV. 234. 4.

EMPHRACTĬCUS, a, um, (ἐμφρακτικός) emphraxin seu obturationem efficiens. *Oribas. Eup.* 2. 1. *P.* 15. et *Syn.* 6. 6. p. 101. (ubi trad. *infracticus*). Cf. *Emphractus* in *Lexico*.

EMPHRAXIS, acc. *-in* abl. *-i*, (ἔμφραξις) obturatio, obstructio, constipatio. *Chiron.* 299. p. 89. 21. *tit.* et 396. p. 120. 21.; *Oribas. Syn.* 1. 17. p. 820. *tit.* et *Eup.* 1. 26. p. 410.: *Cass. Fel.* 44. p. 110. 4. *al.* Cf. in *Lexico* EMPHRAGMA.

EMPHȲSĒMA, ătos, (ἐμφύσημα) insufflatio, inflatio etc., inter nomina neutra in *-ma*, *-matos* exeuntia recenset *Prob. app. gramm.* IV. 195. 21.

EMPHȲTEUTĬCĀLIS, e, adject. (emphyteuticus) ad emphyteusin pertinens, ut *emphyteuticalia instrumenta*. *Novell. Just.* 120. 11. p. 590.

EMPĪESMA, (ătis), n. 3. (ἐμπίεσμα) quædam cerebri fractura, sive depressio. *Ps. Soran. Quæst. med.* 219. et 221.

EMPĪRĬA, (æ), f. 1. (ἐμπειρία) experientia. *Gloss.* IV. 410. 19. Cf. *Gloss.* V. 358. 53. (*emperia*).

ĔMPLASTELLUM, i, n. 2. (*demin. ab* emplastrum), emplastrum v. parvum emplastrum. *Chiron.* 402. p. 123. 34. et 679. p. 214. 13.

EMPLASTĬCUS a, um, adject. (ἐμπλαστικός) varie scribitur, et idem est qui emplastris aptus ap. *Oribas. Syn.* 2. *add.* p. 844. et *al.*

EMPLECTĬCUS, (a), um, adject. (ἐμπλεκτικός) fere idem qui epilepticus. *Chiron.* 297. et 311. *Veg. Mulom.* 2. 93.

EMPŎNĒMA, ătis (ἐμπόνημα). Corrig. lectio *emporema* in *Lexic.* et add. *Gloss.* V. 522. 1. « emponemata dicuntur ea quæ labore contrahentis in agro meliorata sunt ».

EMPROSTHŎTŎNŎSIS, f. 3. (*ab inus.* ἐμπροσθοτόνωσις) i. q. emprosthotonia. *Cæl. Aur. Acut. exc. proœm.* p. 482.

EMPTŌRĬUM, ĭi, n. 2. (emo) locus ubi negotiationes exercentur i. q. emporium. *Gloss.* IV. 62. 24.; 514. 60.; V. 453. 25. Hanc lect. tutatur *Nettleship* « *Journal of Phil.* » XIX 121.

EMPTŌRĬUS, a, um, adject. (emptor) ad emptorem pertinens. *Gaius fragm. Augustod.* 68.

EMPȲE, f. 1. (ἐμπύη) collectio puris. *Vindic. Medic.* 31.

EMPȲUS, a, um, adject. (ἔμπυος) qui interna vomica purulenta laborat. *Hippocr. Progn.* 18.

ĒMŬLIS, e, adject. i. e. utilis. *Virg. gramm. Epit.* p. 4. 16. « Quam nos valde emulem putamus ».

ĒMŬLITAS, ātis, f. 3. emulumentum, utilitas. *Virg. gramm. Epit.* p. 17. 22. « Non tam emulitatem quam curiositatem prætendunt ».

ĒMUTTĬO, is, ire, n. 4. (ex *et* muttio) quasi muttiendo edeo. *Symm. Epist.* 4. 31. 3. ubi *al.* *emutio* q. V. in *Lexico*.

ĒNALLAXIS, f. 3. (ἐνάλλαξις), i. q. enallage q. v. in *Lexico*. Add. *Sacerd. gramm.* VI. 449. 10. « De enallaxi vel enallage. Enallaxis vel enallage est, cum contra naturam suam verbum positum hoc significat, ac si proprium verbum poneretur, ut est rursum, hoc significat quod rursus ».

ENCARPA, orum, n. pl. 2. (ἔγκαρπα) est ornamentum capitulo columnarum additum, ex frondibus, floribus et pomis (καρποῖς) contextum. *Vitr.* 4. 1. 7. « Capitulo volutas.... dextra ac sinistra conlocaverunt et cymatiis et encarpis.... frontes ornaverunt ».

ENCĀTĀRA, æ, f. (ἐγκατηρά) est nomen piscis qui sale conditus, inter salsamenta enumeratur. *Pol. Silv. Nom. anim. Chron.* I[a] p. 544.; *Alex. Trall.* 1. 47. et *Oribas. Syn.* 4. 35.

ENCĂTHISMO, as, āre, n. 1. (encathisma) encathismate utor. *Soran.* p. 63. 7.

ENCĂTHISMUS, i. m. 2. (fort. ἐγκάθισμος) i. q. encathisma ap. *Cæl. Aur. Acut. exc.* 23. p. 727. « encathismos calidos ».

ENCAUSIS, ĕos, f. 3. (ἔγκαυσις), vox gr. i. q. ustio vel adustio. *Cass. Fel.* 1. p. 4. 9. et 62. p. 154. 4.

ENCHȲMĂTISMUS, i, m. 2. (ἐγχυματισμός) instillatio v. infusio. *Soran.* p. 25. 5., 60. 12. et 95. 14. *Alex. Trall.* 1. 103. Cf. *Alex. Trall.* 1. 88. ubi: *inquimatismata* sed in t. gr. ἐγχυματισμοῖς.

ENCHȲMĂTIZO, as, āre, a. 1. (ἐγχυματίζω), infundo: — 1.° enchymatizo aliquem morbo laborantem vel corporis partem morbo affectam, cum accus. pro abl. instrum. medicamentum indicante. *Soran.* p. 81. 18. *Oribas. Syn.* 8. 41. et 44. — 2.° enchymatizo aliquid sc. medicamentum. *Oribas. Syn.* 9. 49. et *Eup.* 2. 1. *L.* 5.; *Alex. Trall.* 1. 85. 89. 104.

ENCŌMĬUM, ĭi, n. 2. (ἐγκώμιον), laudatio. *Schol. Hor.* 4. *Sat.* 2. 13. « Pindari encomia » et *Conc.*[s] I. 5. p. 343. 6. « caritas omni encomio digna ».

ĒNCRȲPHĬAS, æ, m. 1. (ἐγκρυφίας sc. ἄρτος) panis qui cinere calido tectus coquitur. *Ps. Augustin. Serm.* 3. 2. « Conspergitur similago, fiunt encryphiæ » et 5. « Fac subcinericios panes, quod græce encryphias (ἐγκρυφίας) dicitur, occultas videlicet et absconditos indicans panes » a gr. κρύπτω, abscondo. Hinc *Gloss.* IV. 232. 11.

ENCȲCLĬCUS, a, um, (gr. ἐνκύκλικος non leg.) i. q. circularis, encyclius, de circularibus epistolis dict., quæ ad omnes ecclesias mittuntur. *Liberat. Brev.* 16. p. 1019.[D] et *Rustic. c. Aceph.* p. 1251.[D]

ENDOXOS, (on), adject. (ἔνδοξος) gr. vox i. q. lat. clarus, honestus. *Fortunat. Fig. rhet.* 13. p. 109. 4.

ĒNECTĬO, ōnis, f. 3, (eneco) actus enecandi. *Isid.* 5. *Orig.* 26. 17. (ubi codd. etiam *enecatio* v. *necatio*).

ĒNERVĪTER, adv., solute vel solubiliter. Translate :- molli et inerti modo. *Augustin. c. Faust.* 22. 47 et 50.; *Greg. M. Epist.* 11. 48. *Moral.* 2. 79.

ENGĪSŌMA, n. 3. (ἐγγείσωμα) est quædam cerebri fractura, cum fracta testa ex una parte, et sub altera fractura opprimitur. Ita *Ps. Soran. Quæst. med.* 222. Adde *eund. ibid.* 219.

ĒNĪXĬO, ōnis, f. 3. (enitor), actio enitendi seu pariendi, partus, cui *conceptio* opp. *Interpr. Iren.* 2. 19. 5. « Simul enim eos et semel videns et concipiens, semel enixionem debebat fecisse ». Adde *ibid.* 2. 30. 6. et 8.

ENNĔĂSYLLĂBUS, a, um, adject. (ἐννεασύλλαβος) est versus ex novem syllabis constans. *Ps. Bass. gramm.* VI. 306. 22. ubi exemplum affertur illud *Hor.* 1. *Od.* 9. 3. « silvæ laborantes geluque ». Adde *Sacerd. ibid.* p. 541. 8.

ENNŎĒMĂTĬCĒ, es, f. 1., (ἐννοηματική) est quædam definitionis species apud Græcos, latine notio nuncupata. *Cassiod. in Ps.* 103. 3. p. 729.[B] Alibi græcis litteris scribitur.

ĒNŌDĀBĬLIS, e, adject. (enodo) dissolubilis. *Gloss.* IV. 514. 28. *Ambros. in Luc.* 10. 147. p. 511. 7. « quod vix enodabile (sc. *explicabile*) videatur, Johannes conscripsit ».

ĒNORCHIS, f. 3., (ἔνορχις) nomen gemmæ ap. *Plin.* 1. *N. H*, 37. 58. et 159. « enorchis candida est divisisque fragmentis testium effigiem repræsentat ».

ENSĬCŬLA, æ, f. 1. nomen. demin. ab ensis, parvus ensis. *Charis.* 155. 17. *Prob.* ap. *Prisc. gramm.* II. 116. 1. *Dosith. gramm.* VII. 396. 1.

ENTĔRĬŌNĒ, es, f. 1. (ἐντεριώνη), medulla. *Theod. Prisc. Eup. fæn.* 17. p. 19. 1.

ENTĔRON, i, n. 2. (ἔντερον) vox græca, quæ leg. cum adject. typlon (= τυφλόν), i. e. intestinus (cæcus), ap. *Chiron.* 209. et *Vind. Gyn.* p. 441. (ubi leg. *genteron*). Cf. *Vindic. Med.* 27.

ENTHĔĀTĬCUS, a, um, adject. (entheus ἔνθεος) mente captus. *Theod. Prisc. Log.* 50. p. 152. 6. Etiam alit. leg.

ENTHĒCĀRĬUS, ĭi, m. 2., gr. ἐνθηκάριος, (ab entheca) est negotiator, institor. *Gloss.*. V. 658. 25. III. 307. 42. etc.

ENTHĒSIS, is, f. 3. interrogatio. *Gramm. Suppl.* p. 178. 10. « Enthesis est interrogatio, quando ad exercitationem suam aliquis præponit sibique ipse respondet ».

ĒNŪCLĔĀTOR, ōris, m. 3. (enucleo) scrutator, inquisitor, ut: *scrupulosus vitæ eorum enucleator. Mutian. Chrisost. Homil.* 11. 4. p. 315. V. infra *enucleo*.

ĒNŪCLĔO, as, āvi, ātum, āre, a. 1., est etiam perpendo, examussim inquiro. *Gloss. Placid.* V. 20. 16.

ĒNŪDĀTĬO, ōnis, f. 3. (enudo), nudatio ap. *Ambros. Noe* 29. 112. p. 489. 19. Al. leg. *nudationem* v. *emulationem*.

ĒNŪMĔRĀTOR, ōris, m. 3. (enumero), qui enumerat. *Cassiod.* in *Ps.* 101. 11. p. 712.[A]

ĒNŪTRĪTĬO, ōnis, f. 3. (enutrio) est actus enutriendi, translato dict. de animabus quæ enutritione indigeant magistrorum. *Hieronym.* in *Matth.* 24. 19. p. 178.[B]

ĒNŪTRĪTOR, ōris, m. 3. (enutrio) qui enutrit. *Gloss.* IV. 336. 19.

ĒNŪTRĪTŌRĬUS, a, um, adject. (enutrio) qui enutritioni inservit, translate. *Orig.* in *Matth.* 18. 22. p. 1628.[B] « Cor nostrum sensibus mundis potatoriis et enutritoriis impleatur ».

ĔPĂGŎMĔNUS, a, um, adject. (ἐπαγόμενος). — 1.° Epagomeni sc. intercalares dicuntur quinque vel sex dies, qui, more Aegyptiorum prisco, ad annum trecentorum sexaginta dierum explendum addi solebant. *Hilarian. Pasch.* 3. p. 1108.[A] et *Pol. Silv. Fast. febr.* 23. — 2.° Epagomenus dicitur etiam persona molesta in prima Horatii satyra inducta *Schol. Hor.* 1. *Sat.* 9. 2.

ĔPANGĔLĬA, æ, f. 1. (ἐπαγγελία) est « promissio qua judicem attentum facimus, pollicentes nos aliqua magna aut minima dicturos ». Ita *Isid.* 2. *Orig.* 21. 44.

ĔPEXERGĀSĬA, æ, f. 1. (ἐπεξεργασία) est fig. rhet. qua uni causæ duas probationes apponimus. *Cassiod.* in *Ps.* 36. 21. p. 263.[C]

ĔPHĒMĔRĬCUS, a, um, adject. (ἐφημερικός), ad ephemeridem pertinens. Hinc *liber ephemericus* dicitur in quo unoquoque die quædam notantur in usum aliquem determinatum, *diario*. Occurrit ap. *Fulg. Contin. Virg.* p. 130. *M.* « Virgilii liber primus georgicarum in parte extrema est ephemericus ». Al. aliter leg.

ĔPHĒMĔRĪNUS, a, um, adject. (ἐφημερινός), quotidianus dict. de febri ap. *Cæl. Aur. Acut. Axc.* 1. p. 488.[extr.]

ĔPHĒMĔRĬUS, a, um, adject. (ἐφημέριος), i. q. ephemerinus, de febri dict. sp. *Alex Trall.* 3. 6. ubi leg. *effimerius* et *effimereus*.

ĔPHĬALTĬCUS, a, um, adject. (ἐφιαλτικός), incubo laborans. *Oribas. Syn.* 8. 4. p. 205. « quæcumque.. epilemptici in die vigilando laborant, hoc ephialtici patiuntur dormientes ».

ĔPĬCĂTĂPHŎRA, æ, f. 1. (ἐπικαταφορά), terminus astrol., sc. præceps sive pronus cæli locus in octavo ab oroscopo signo constitutus; *opp.* anafora. *Firm. Math.* 2. 17. 18, 19. etc.

ĔPĬCAUSTŌRĬUM, ĭi, n. 2., (a verbo, ut videtur, ἐπικαίω, aduro, dict. etiam de sole ap. græc. script.) est solarium in superiore parte domus, et hinc etiam observatorium, it. *terrazza*. *Gloss.* V. 619. 16. « Epicaustorium dicitur eminentior locus in ædificio ad spectandum, vel solarium puellare ». *Pass. Thom.* p. 140. 10. ubi de domus partibus ita: « In quinto zetas hiemales, in sexto zetas æstivales, in septimo epicaustorium et triclinia accubitalia ».

ĔPĬCLĪNĬUM, ĭi, n. 2., nom. ab ἐπί et κλίνω fort. = ἐπίκλιντρον, fulcrum dursale. *Consent. gramm.* V. 350. 13.

ĔPĬCRŎCĔUS, a, um, adject., flavus, aureus crocei coloris. *Schol. Juven.* 6. 573. W. « mem

brana mathematicorum quæ assidua tractatione colorem suum mutavit et epicrocea facta est». *Cram.* leg. *eplocea*, innixus fort. voce gr. ἐμπλόκιον (reticulum).

EPICRŎCŬLUM, i, n. 2., nom. demin. ab *epicrocum*, genus parvi amiculi, croco finctum, tenue et perlucidum. *Placid. Gloss.* V. 21. 12.

ĔPĬDECTĬCĀLIS, e, adject., ab ἐπιδεκτικός, ut terminus *epidecticalis*, index, indicativus, demonstrativus. *Gromat. vet.* 352. 17. — *Subst. epidecticalis* (is, m.). *Gromat. vet.* 307. 13. et 341. 14.

ĔPĬDĬĒGĒSIS, (is), f. 3., (ἐπιδιήγησις) fig. rhet. Ita ap. *Fortunat. Rhet.* 2. 19. p. 212. «Est et epidiegesis, cum latius in quæstionibus vel ante epilogos exequimur eas res gestas, quas in narratione breviter attigimus».

ĔPĬDĬORTHŌSIS, (is), f. 3. (ἐπιδιόρθωσις) fig. rhet., superioris rei correctio, (*Cassiod.* in *Ps.* 61. 2. p. 429.C). Ita *Sacerd. gramm.* VI. p. 468. 10. ssq. «Ex hac figura, id est synecdoche, nascuntur duæ, aposiopesis et epidiorthosis... Epidiorthosis est oblivionis correctio, ut.... Terentius: "Filium unicum adolescentem habeo. At quid dixi habere me? Immo habui"... et Cicero "Cum huius mulieris viro — fratrem volui dicere; semper hic erro"».

ĔPĬLAMPĂDĬUM, ii, n. 2. (ἐπιλαμπάδιον *inusit.*) medicorum instrumentum. *Cæl. Aur. Acut. exc.* 6. p. 691. epilampadium non satis ignitum in medio capite. *Chiron.* 677. epilampadium infigis.

ĔPĬLŎGISMUS, i, m. 2., (ἐπιλογισμός) «est ratio ab his quæ magis apparent incipiens et ad illa procedens quæ leviter et paulisper videntur». Ita *Ps. Soran. Quæst. med.* 48.

ĔPĬLŎGĬUM, ii, n. 2., novissima pars orationis, peroratio, epilogus. *Venant. Carm. præf.* § 1. Cf. *Gloss.* IV. 336. 25.

ĔPĬLŎPHĬUS, (ἐπὶ λόφῳ), culminalis, est epitheton Iovis. *C. I. L.* III. 14565. (Naissi a. 223.).

ĔPĬMĒLĬDA, æ, f. 1., (ἐπιμηλίς) est genus mali, it. *nespola*. *Diosc.* 1. 129. «(*mespillam*) multi epimelidam vocant». *Gloss.* III. 562. 47. «Epimelida i. nespula».

ĔPĬMĒNĬO, as, āre, a. 1., (epimenia) viaticum do. *Itala Deut.* 15. 14. (*Lugd.*) «viaticum epimeniabis eum». (*Vulg.* dabis viaticum).

ĔPĬPHĂNĬA, æ, f. 1., (ἐπιφάνεια) nom., quo proprie significatur quod apparet, superficies. Hoc sensu usurpavit *Macr.* in *Somn. Scipion.* 1. 5. 9. «Hæc forma (*loquitur de cubo*) in quaternarium duplicatione progreditur et facit epiphaniam, id est superficiem, planipedem, quam græci ἐπίπεδον nominarunt quattuor lineis angulis descriptam». Adde *Ps. Augustin. Categ.* 10. p. 1427. *extr.*; *Cassiod.* in *Ps.* 1. 6.

ĔPISCAZŌN, ontis, m. 3. (ἐπισκάζων) versus claudicans. *Sacerd. gramm.* VI. 525. 5.

ĔPISCŎPA, æ, f. 1., uxor episcopi. *Inscr. Christ. Diehl* 1121. «venerabili femina episcopa». Cf. *Conc. Tur.* a. 567. p. 125. 20.

ĔPISCŎPĀTUS, us, m. 3. (episcopus), generatim accipitur de quacumque dignitate. *Vulg. Ps.* 108. 8. «et episcopatum eius accipiat alter»; *h. e.* impius exspolietur v. exspoliabitur principatu, quod Petrus in Iuda proditore evenisse dicit qui ob teterrimum eius facinus decidit ab honore apostolatus (*Act.* 1. 28.). Ceterum hic psalmus imprecationes evidenter continet impiorum contra justum vel contra Davidem, typum Christi (Cf. vv. 2-4. cum v. 19.). Speciatim V. *Lexicon.*

ĔPISCŎPĬA, æ, f. 1. (ἐπισκοπή), procuratio *Itala Num.* 4. 16. (*Lugd.*) «episcopia totius tabernaculi». (*Vulg.* «quidquid ad cultum tabernaculi pertinet»).

ĔPISCŎPĬUM, ii, n. 2. (ἐπισκοπεῖον). — 1° Domus episcopi, *episcopio. Augustin. Serm.* 355. 1. 2. 6. *Lib. pontif.* p. 123. 22., etc. — 2.° Munus episcopi. *Conc.* II. 2. 1. p. 76. 23. «Si sint episcopi careant episcopio».

ĔPISCŎPO, as, āvi, āre, n. 1. (episcopus), episcopatum gero. *Inscr. Christ. Diehl.* 1033. (*a.* 476.). «Annasi episcopi... qui... episcopavit annis XIII.». *Ibid.* 1092. *adn.* et 1058. *b.*

ĔPISPASTĬCUS, a, um, adject. (ἐπισπαστικός), dic. de medicamine vim attrahendi habente. *Dioscor.* 1. 144. etc.; *Oribas. Eup.* 2. 1. *E.* 7. etc. V. supra in *App. Lexici* ADDUCTORIUS.

ĔPĬTECTĬCĀLIS, e, adject., (fort. ab ἐπιδείκνυμι indico v. ab ἐπίκτητα *Lachm.* ad I. p. 345. 22.) term. gromat. sc. terminus principalis, in angulo positus. *Gromat.* p. 307. 13.; 341. 14. etc. Cf. ibid. p. 337. 9. «Lapides in *epitecticum* adsignavimus».

ĔPĬTHĔSIS, acc. *-in*, f. 3. (ἐπίθεσις). — 1.° Fig. gramm.: positio epithetorum. *Porph.* in *Hor. Epod.* 5. 47. — 2.° Term. techn. medic.: superpositio, cui *opp.* lenimentum. *Ps. Soran. Quæst. med.* 189. p. 266. 24.; *Theod. Prisc. Log.* 39. p. 138. 11.

ĔPŌMIS, idis, f. 3. (ἐπωμίς), i. q. lat. umeralis. *Itala Lev.* 8. 7. et *Hesych.* in *Lev.* 8. 7.

ĔPOPTĬCUS, a, um, adject. (ἐποπτικός), ad epoptam pertinens, speculativus. *Chalcid. Tim. Comm.* 272. p. 303. 9. «Hæc quippe naturalis, illa epoptica disputatio est. Naturalis quidem ut imago nutans aliquatenus et in verisimili quadam stabilitate contenta; epoptica vero, quæ ex sincerissimæ rerum scientiæ fonte manat». Adde ibid. 129. p. 191. 15.

ĔPŪLŌTĬCUS, a, um, (acc. *-on*) adject., dicitur de medicamento quod valeat cicatricem ducere, seu efficere. *Cass. Fel.* 40. p. 93. 15. et 46. p. 120. 7.

ĔPYLLĬON, ii, n. 2. (ἐπύλλιον), poëmatium, seu carmen breve. *Auson.* 335. 58. et 360. 15.

ĔQUĀLE, is, n. 3. (equus), equorum stabulum. *Gloss.* III. 200. 39. «ippostasion equale»; *Chiron.* 427. 501. 698.

ĔQUĪNĀLIS v. ĔQUĪTĪNĀLIS, (is), f. 3. (equus, equinus), nomen herbæ, sc. equisætum gr. ἵππουρις *coda di cavallo. Ps. Diosc. Vind.* 4. 46. p. 203. 14. *W. Ps. Apul. herb.* 39. 9. *H. S.*

ĒRĀDĪCĀBĬLIS, e, adject. (eradico), qui eradicari potest vel, potius, debet *Ambros.* in *Ps.* 38. 5. 2. p. 187. 21. «quod non fructuosum *est*, periculosum atque eradicabile *est*».

ĔRĒMĬA, æ, f. 1., (ἐρημία) eremus, solitudo, passim in *Itala*, ut *Num.* 20. 4. (*Lugd.*) «adduxistis synagogam Domini in eremiam hanc». (*Vulg.* solitudinem); *Sap.* 5. 7. (*Lucif. Athan.* 1. 32.) «ambulavimus eremias difficiles». (*Vulg.* vias).

ĔRĒMĪTĬCUS, a, um, adject. (eremita), ad heremitam pertinens, ut *eremitica professio. Cassian. Coll.* 19. 6. 5. p. 540. 26.; *institutio Faust. Rei. Epist.* 8. p. 210. 7.; *vita Greg. M. dial.* 4. 15. p. 344.C

ĔRĒMĪTO, as, avi, āre, a. 1., (ἐρημόω) eremum, vacuum v. siccum reddo. *Itala* IV. *Reg.* 19. 24. «Heremitavi (*Vulg.* siccavi) in manu mea omnia flumina».

ĔRĒMĪZO, as, (āvi), ātum, āre, a. 1., fere i. q. eremito, vacuefacio, de intestinis dict. ap. *Cass. Fel.* 51. p. 135. 9.

ĔREPTO, as, āre, 1., intens. ab *erepo*, adrepo, ægre scando, *arrampicarsi. Ps. Cypr. Sodom.* 92. «Timuit Loth ardua tardo ereptare gradu, cælestes ne prius iræ opprimerent». — Translate *Senec. Ep.* 101. «Pecunia circa paupertatem plurimum moræ habet dum ex illa ereptat» exit expeditur. (*Haase* ibi leg. *erepat.*).

ĔREPTŌRĬUS, a, um, adject. absol., (eripio) de bono heredi indigno eripiendo. *Ulp. Reg.* 19. 17.; *Gloss. Scalig.* V. 598. 31. «ereptoria, adimenda, reddenda».

ERGASTĬLUS, i, m. 2., ita explicatur a *Non.* p. 447. 5. sqq. «ergastulum et ergastilus, ut genere, ita intellectibus differunt. Nam neutro carceris locus est, masculino custos pœnalis loci».

ERGŎDŎTA, (æ), m. 1. (ἐργοδότης), est classiarius quidam opera distribuens. *Inscr. Dessau.* 9219.

ERGUM, (i), n. 2. *Virg. gramm.* p. 15. *Mai.* «Etiam ex aliis ergis genitivus in ium pluralis finiri potest». *Id. ibid.* p. 75. «Cuius rei ergum inquirenti mihi, ita exsolvit dicens». — *Excerpt. Virgil.* apud *Hagen Anecd. gramm.* p. 201. 17. «Latinitate philosophica ergum affectus dicitur, unde et "ergo" etc....». — *Comment. Einsild.* in *Donat. gramm. suppl.* 229. 15. «Antiqui habebant ergum ergi; id est causa, cuius ablativus remansit apud nos».

ĒRĪCĬĀTUS, a, um, adject. (ericius), hirsutus. *Gloss.* V. 542. 30.

ĒRĪCĪNUS, a, um, adject. (ericius), ad ericium pertinens, ut *ericina caro* ap. *Augustin. c. Faust.* 30. 1. p. 748. 20.

ĔRĪPĬUM, ii, n. 2. (ἐρείπιον), ruinæ, rudera. *Diosc.* 4. 64. «nascitur locis maritimis et in eripiis».

ĔRŌNĀLIS, e, adject., est quædam resinæ species, apud scriptores rei veterinariæ. *Pelagon.* 252.; *Chiron.* 87.; *Veg. Mulom.* 2. 23. 1.

ĔRŌTĒSIS, f. 3. (ἐρώτησις), i. q. erotema, interrogatio. Vox græca. *Phorm.* 275.; *Comment. Lucan.* 2. 118. *Cassiod.* in *Ps.* 118. 9. et 119. 3.

ERRŎGO, as, id quod planum facio. *Gloss. Lat.* p. 129. *Hild.*, coll. *Loewe Prodr. Gloss.* p. 92. Cf. ERUGERE in *Lexico.*

ERRŎLUS v. ERRŬLUS, i, m. 2. (erro), qui errat. *Evagr. Alterc.* p. 45. 13. «ut rem manifestam errolus non intellegas».

ERRŎNĬCUS, a, um, adject. (erro, -onis), idem qui erroneus, gr. πλάνος. *Gloss.* III. 335. 49. coll. II. 408. 41.

ĒRŬBĔO, es, ēre, (ex *et* rubeo) inter verba adorativa quæ accusativo sociantur ponit *Prisc. gramm.* III. 274. 16. «colo te, honoro, adoro, erubeo» (*sc.* venerando erubesco).

ĒRŬBESCĪBĬLIS, e, adject., (erubesco) de quo erubescere quis potest. *Cassiod. de Amic.* 21. 5.

ĒRŬDĪMENTUM, i, n. 2., (erudio) rudimentum. *Iren. Interpr.* 2. *Hær.* 19. 2. «opus... esse animalibus sensibilibus erudimentis». Cf. *ibid.* 1. 6. 1. sensibilibus disciplinis, gr. παιδεομάτων.

ĒRŬDĬO, is, etc.. V. voc. in *Lexico.* — Addas etiam hæc ex *Tertull. Virg. vel.* 1. «Eruditur in mansuetudinem saporis» *i. e.* ex ruditate et acerbitate sua evehitur, *et De Carn. Chr.* 21. «Et ex flore omnis fructus eruditur in fructum», *et de Pudic.* 8. «Erudito mox utroque corpore», *h. e.* expolito utroque panno. In veteribus *Glossis* polita dicuntur γεγραμμένα, rudia ἄγραφα.

ĒRŬDĪTŌRĬUM, ii, n. 2. (erudio), «pædagogium, eruditorium puerorum». *Gloss.* IV. 143. 4.

ĒRŬO, is etc.. V. voc. in *Lexico.* Locus minus perspicuus ap. *Tertull.* 5. *c. Marc.* 21. «qua eruimus tempora ista», *h. e.* tempestive depromimus, non intempestivis repetitionibus, ut imperiti faciunt, obruimus.

ĒRUPTĬO, ōnis, f. 3. (erumpo) inter alia idem est quod etiam exsecutio, ut nonnulli interpretantur illud. *Tertull. Apol.* 35. 10. «Omnes illi sub ipsa usque impietatis eruptione et sacra faciebat pro salute imperatoris», *h. e.* cogitati facinoris executione.

ĒRUPTO, as, are, n. 1. (erumpo), fere idem quod erumpo, prorumpo, appareo. *Tert. Pall.* 2. p. 924. 4. *Oe.* «Phœnices in Africam eruptant»; et *Cult. fem.* 2. 13. p. 733. 11. «Tanta... debet esse plenitudo ejus (*sc.* pudicitiæ), ut emanet ab animo ad habitum et eruptet a conscientia in superficiem».

ĒRŬTOR, ōris, m. 3. (eruo), qui eruit, liberator. *Itala Ps.* 69. 6. «adiutor et erutor (*Vulg.* liberator) meus es tu, Domine». *Ibid. Ps.* 143. 2. «(*Deus*) susceptor meus et erutor meus».

ĔRYSĪBĒ, f. 1., (ἐρυσίβη) vox græca i. q. ærugo, id est rubigo messium (*Eucher. Instr.* p. 148. 15. et *Gloss.* V. 498. 61.) legitur in *Itala Os.* 5. 7. (*Wirc.*) et *Jöel.* 1. 4.

ĔRYSĪPĔLĀTŌDĒS, es, adject. (ἐρυσιπελατώδης) erysipelatis naturam habens. *Cass. Fel.* 22. p. 39. 3.; *Alex. Trall.* 1. 114.; *Oribas. Eup.* 2. 1. *C.* 23.

ĔRYTHRŎNĬON, ii, n. 2. (ἐρυθρόνιον), genus herbæ. *Ps. Apul. Herb.* 15. 14. *H. S.* «herba priapiscus... a Græcis dicitur satirion, alii entaticon, alii eritronion (sic)».

ESCĀRĬŎLA, æ, f. 1.ª (*demin. ab* escaria), nomen herbæ, gr. τρόξιμος, intubus, cichorea. *Gloss.* III. 16. 37. Cf. V. 552. 51. *scariola* et 504. 48. *scarola.*

ĒSĬBĬLIS, e, adject., (esus) edibilis, qui edi potest, sæpius ap. *Hesych.* in *Lev.*, ex. g. 6. 21. «Dominicam carnem esibilem hominibus reddidit».

ĔSŌTĔRĬCUS, a, um, adject. (ἐσωτερικός), ad

interiora pertinens, de doctrina dict. initiatis tantum quæ traditur. *Augustin. Epist.* 135. 1. p. 90. 15. *esoterica philosophia.* Sed al. alit. leg.

ESSENTĬĀLĬTAS, ātis, f. 3. (essentialis), id fere quod essentia v. quod ad essentiam pertinet. *Mar. Victorin. adv. Arrium.* 4. 5.

ESSENTĪTAS, ātis, f. 3. (essentia) idem ac essentialitas. *Mar. Victorin. adv. Arr.* 1. 49. et *Candid. Gen. div.* 1.

ĒTĒSĬÆ, ārum, f. plur. 1. auræ, quo sensu vox occurrit ap. *Hygin.* 2. *Astr.* 4. p. 365. *M.* et *Isid.* 13. *Orig.* 11. 15.

ĔTȲMŎLŎGUS, i, m. 2. (etymon), qui veram vocabulorum originem et significationem invenire studet, gr. ἐτυμόλογος. *Varr.* 6. *L. L.* 39.

EUĀNĀDŎTUS, a, um, adject. (εὐανάδοτος), dicitur de cibis, qui facile dividi possunt, qui sc. digestibiles sunt. *Philum. Med.* 3. p. 141. 15.

EUANGĔLĬCĒ, adv., (euangelium) secundum doctrinam euangelicam seu christianam, cui *opp.* legaliter *Hesych.* in *Lev.* 13. 18. p. 941.[A] « ipse prius legaliter circumcisus.... euangelice postea conversatus ».

EUANGĔLĬZĀTĬO, onis, f. 3. (euangelizo) euangelii prædicatio. *Op. imperf.* in *Matth.* 8. p. 678. euangelizatio propter denuntiationem futurorum bonorum.

EUCHȲLUS, (a), um, adject. (εὔχυλος) bonum sucum, habens de malogranato dict. a *Dioscor.* 1. 119.

EUCHȲMĬA, æ, f. 1. (εὐχυμία), bonus sucus. *Oribas. Syn.* 4. 15. p. 16.

EUCHȲMUS, a, um, vel græca positione ut in voc. seq.

EUCHȲMOS, on, (εὔχυμος), i. q. euchylus, bonum sucum v. saporem habens, dictum de cibis et potionibus, *opp.* cacochymos apud medicos. *Philum Med.* 4. p. 147. 16. cibi euchymi et digestibiles et substiptici. *Oribas.* 8. 21. p. 231. lac euchymon ; et 4. 14. pisces euchymi.

EUDÆMŌN, ŏnis, adject., (εὐδαίμων) beatus, felix, qui bonum omen affert. — 1.° de una ex tribus Arabiæ regionibus dictum ob ejus feracitatem, vel potius, ut videtur, de illa Arabiæ parte, quæ in orientem solem spectanti a dextra manet et ideo bonum omen afferat. *R. Gest. div. Aug.* 5. 20. *Sol.* 33. 5. *Oros. Hist.* 1. 2. 21. *etc.* — 2.° Etiam de statu animi felicis. *Apul. Socr.* 15. p. 150. « Arbitrantur.... eudæmones dici beatos, quorum dæmon bonus id est animus virtute perfectus est ». Adde *Augustin.* 9. *Civ. D.* 11. p. 382. 27.'*D.* et *C. I. L.* VI. 29082.

EUDOXĬA, æ, f. 1. (εὐδοξία), claritas. *Gloss.* IV. 410. 17. et V. 358. 3. Cf. *Gloss.* II. *Præf.* p. XIV. « *eudoxa* bona gloria, quia doxa gloria est ».

EUDŪLĬA, æ, f. 1. (εὐδουλία), bonum servitium. *Gloss.* V, 358. 55.

EUŎDĬUS, (εὐόδιος) boni itineris. *Gloss.* III. 494. 57.

EUPHŌNOS, on, adject. (εὔφωνος), bene sonans, terminus gramm. *Lucil.* 1168. ap. *Fortunat. Rhet.* 3. 6. p. 124. 8. « ut quæ verba magis sonantia sunt, ea potius conlocemus, quæ Lucilius euphona appellat, id est quasi vocalia ». *Diff. gramm.* VII. 525. 23. « præverbium est euphonum ». *Gloss. Werth. Gallée* 340. « euphonus, venustas locutionis ».

EUPHŌNUS, a, um, v. græca positione voc. seq.

EUPRĔPĬUS, a, um, adject. (εὐπρέπιος) decens, honestus, decorus. *Ps Ven. Fort. Vita Leob.* 16. 56. « (*Vir.*) angelicæ castitatis candore... dealbatus, omniumque virtutum copia ditatus et euprepia decoratus vita ». *Gloss.* III. 494. 55. euprepius, decorus.

EUSŌMUS, (a, um), adject. (εὔσωμος), i. q. corpulentus. *Vindic. Epist. ad Pentad.* « Sanguis facit homines boni voti, simplices, moderatos, blandos, eusomos ». Codd. etiam alit. leg.

EUTHĔNĬĀRCHA, æ, m. 1. (εὐθηνιάρχης), magistratus quidam in Aegypti pagis ad annonam, frumenta, alimenta (tam militibus quam populo) eroganda curanda administranda institutus (Rostowzew *R. E.* VII. 187. 10. sqq.). *Pap. Preisigke, Sammelbuch* 7181. (*a.* 220.), 21. et *Pap. Oxyrh.* VIII. 1114. (*a.* 237.) 7.

ĒVĂCŬĀTĬOR, ōris, adject., compar. ab *evacuatus*, magis vacuus, inanior. *Didasc. Apost.* 31. 12. « Ingrediuntur... vacui in ecclesia et evacuatiores iterum egrediuntur ».

ĒVĂLĔO, es, ēre, n. 1. (ex *et* valeo) valeo, v. valde valeo, queo. *Vincent. Lerin.* 5. 7. « Quis... (*martyres*) etsi adsequi non evaleat, non exoptet sequi ? ». Adde *Sedul. Epist.* 2. p. 173. 1. et *Prisc. Periheg.* 146.

ĒVECTOR, ōris, m. 3. (eveho), bajulus. *Petr. Chrys. Serm.* 170. p. 645.[C] « bajulus misericordiæ, pietatis evector ».

ĒVELLĬCO, as, āre, a. 1. (ex *et* vellico), valde vellico, quasi vellendo spolio. *Op. imperf.* in *Matth.* 46. p. 897. « (*Hæretici*) quasi pulli... vulturis aut accipitris... irruunt super ipsam gallinam, id est ecclesiam, et diripiunt et dispergunt pullos ejus et evellicant eam ».

ĒVĒLO, as, āre, a. 1. ¶ 1. (ex *et* velo), revelo, detego, ἀποκαλύπτω, spolio. *Gloss.* II. 237. 13. et IV. 233. 38. — ¶ 2. alio sensu. V. *Lexic.*

ĒVENTĀTĬO, ōnis, f. 3. (evento), term. med. i. q. evaporatio. *Oribas. Syn.* 1. 25. p. 830. (*Aa*) « Relaxare solent fumentationes cutem corporis et eventationem et digestionem facere ».

ĒVENTĀTĪVA v. ĒVENTĀTŌRĬA, qualitas seu virtus, est ea, quæ eventationem v. evaporationem producit. *Alex. Trall.* 1. 129. et *Oribas. Eup.* 2. 1. I. 18. p. 480.

ĒVENTO, as, āre, a. 1. (ex *et* ventus) ventum quasi educendo evaporo, evacuo, dict.: — *a*) de humoribus et collectionibus in corpore hominis existentium. *Alex. Trall.* 1. 41. « quo adjutorio magis eventantur et digeruntur colerici humores ». *Oribas. Eup.* 2. 1. *A.* 23. p. 435. etc. Dict. etiam : — *b*) de panis fermento. *Oribas. syn.* 4. 37. p. 40. « Lavatio panis non propter suavitatem sola fit.... sed ut facilius eventetur aut digerat vel, quod infermentatum in se habet, amittat ».

ĒVĒNUSTO, as, āre, a. 1. (ex *et* venusto) venustum facio. *Chalc. transl. Tim.* 40.[A]

ĒVERSUS, us, m. 4. (everto), actus evertendi, translate refutatio. *Augustin. c. Iul. op. imperf.* 3. 161. p. 1314. definitionis eversus.

ĒVĪBRISSO, as, āre, n. 1. (ex *et* vibrisso), *Titin. com.* 169. 170. « Si erit tibi cantandum facito usque exvibrisses ». Quæ vox Titinii ita explicatur a *Paul. Fest.* p. 370. « vibrissare est vocem in cantando crispare »,

ĒVĪDĔOR, ēris, ēri, dep. 2. (ex *et* videor), i. q. videor. *Arnob. Nat.* 2. 54. p. 90. 16. Ibi tamen al. alit. leg.

ĒVĪRĬĀTĬO, ōnis, f. 3. (evirio), virium defectus, debilitas. *Chiron.* 404. p. 124. 5.

ĒVĪRĬO, as, (āvi), ātum, āre, a. 1. (ex *et* vires, ut videtur) vires demo, i. q. eviro. *Chiron.* 14. p. 8. 16. et alibi. Cf. *Gloss.* II. 237. 54. « eviriatus ἀπόκοπος ὁ ἐτμηθεὶς τοῦ αἰδοίου ».

ĒVĪTĬO, as, ātum, āre, a. 1. (ex *et* vitio) vitiando perdo. *Itala Jer.* 13. 7. (*Wirc.*) « evitiatum erat præcinctum » (*Vulg.* computruerat ; LXX. διεφθαρμένον ἦν).

ĒVŎLĀTĬO, ōnis, f. 3. (evolo) actus evolandi, ut *evolatio columbæ* ap. *Hil. Myst.* 1. 14. 3. p. 15. 1. ; et translate, *evolatio annorum Psalt. Cas.* 89. 10.

ĒVŎMO, is, ŭi etc. V. voc. in *Lexico.* — Translate. *Tertull.* de *Pudic.* 8. « Errorem omnem traducta diversitas evomet », *h. e.* ostendet male conciliata fuisse colorum temperamenta : lanas dicit evomere colores, quales imbibere.

ĒVULNĔRO, as, āre, a. 1. (ex *et* vulnero), exulcerandi vim habeo. *Diosc.* 2. 161. et fort. 4. 148.

ĒVULSĬTĬO et ĒVULSĬTĬUM, τιλμὸς ὀσπρίων. *Gloss.* II. 455. 36. et 49. 4. 64. Legitur etiam *ebulsitio* et *evulsio.*

ĒVULSO, as, āre, a. 1. (evello), evello. *Orib. Syn.* 5. 53. p. 92. (*La*).

EXACCĬPĬO, is, ĕre, n. 3. (ex *et* accipio) accipio), apprehendo. *Itala Deut.* 22. 18. (*Lugd.*) « Excipient seniores.... illum hominem ». (*Vulg.* apprehendent ; LXX. λήψεται).

EXACTĪVUS, a, um, adject. (exactio). *Vita Desid.* 1. 9. p. 633. « exactiva professio » (q. e. per vim extorta).

EXĂCŪMĬNĀTUS, a, um, part. præt. exacumino, i. q. acumino, translate de philosophis et oratoribus naturali sapientia literarum exercitatione exacuminatis. *Op. imperf.* in *Matth.* 28. p. 776. *post. med.*

EXĀDĪTŬAT, excludit ab adytis. *Gloss.* IV, 234. 2. et *al.*

EXADVERSĬO, ōnis, f. 3., fig. gr. ἀντεναντίωσις. *Carm. de fig.* 163. « Exadversio fit, minimis si maxima monstres : / " Non parva est res, de qua agitur " pro " maxima res est " ».

EXÆMĂTŌSIS, f. 3. (ἐξαιμάτωσις). *Ps. Soran. Quæst. med.* 62. « Quid est exæmatosis ? Dicunt Græci quando ex suco cibi sanguis factus traditur corpori ».

EXÆQUĀBĬLIS, e, adject. (exæquo) par, ut *exæquabilis natura Christi* ap. *Hil. Trin.* 9. 2. p. 282.[A]

EXAGGĔRĀTĪVUS, a, um, adject. (exaggeratus), amplificatorius, ut *exaggerativa locutio. Rustic. Conc.*[s] I. 4. p. 19. 16.

EXAGGĔRĀTŌRĬĒ, adverb. (exaggero), i. q. exaggeranter. *Orig.* in *Matth.* 18. 134. p. 1784. [C] exaggeratorie dicta sunt illa.

EXĀLĂPO, as, ātus, āre, a. 1., alapis percutio. *Augustin.* in *Ps.* 49. 6. « (*Christus*) veniet... non adhuc exalapandus ».

EXALTĀTOR, ōris, m. 3. (exalto), qui exaltat v. elevat, de Christo Domino *Augustin. Serm.* 207. 1. p. 1043. (= *Cassiod.* in *Ps.* 50. 2. p. 359.[D] ). « Creari creatorem, servire dominatorem, vendi redemptorem, humiliari exaltatorem, occidi suscitatorem ». *Evang. nat. Mar.* 5. 1. humilium exaltator.

EXĀMĬNĀBĬLIS, e, adject. (examino), fere idem qui examinatorius, ut *examinabilis disciplina* ap. *Cassiod. Didym.* in I. *Joh.* 4. 1. p. 63. 13.

EXĀMĬNĀTRIX, īcis, f. 3. (examinator) probatrix. *Augustin Virg.* 46. 47. examinatrix temptatio.

EXANCLĀTĬO, ἐκπλήρωσις, ἀκρίβεια. *Gloss.* III. 447. 42. et 480. 25.

EXĂPŎRĬOR, āris, āri, n. dep. 1. (ἐξαπορέω), summis angustiis premor, deficio. *Itala* II. *Cor.* 4. 8. (*Cod.* q.) « Aporiamur sed non exaporiamur ». (*Vulg.* destituimur). Cf. *Rufin.* in *Cant. Prol.* p. 73. 24. *B.*

EXAURĪCŬLĀTUS, a, um, (ex *et* aures), is cui aures ablatæ sunt, dict. de œnophoro ansas fractas habente. *Querol.* p. 38. 5.

EXBRŌMO, as, ātum, āre, a. 1. (ex *et* bromus), bromum eximo, fetido odore purgo. *Apic.* 2. 52. « Ossucla de pullis exbromas etc. » ; *ibid.* 6. 216. et *exc.* 4.

EXCALCĔĀTĬO, ōnis, f. 3. (excalceo), actus excalceandi seu calceos exuendi. *Orig.* in I. *Reg.* 1. 6. p. 10. 19. *B.* « Selom.... interpretatur " avulsio " vel discalceatio, hoc est calciamenti resolutio ».

EXCANDĬDO, as, are, a. 1. (ex *et* candidus), candidum reddo (*opp.* denigro). *Ps. Augustin. Serm.* 246. 4. p. 2199. extr. « Sol per splendorem et calefacit et illuminat.... et excandidat et denigrat ». — Translate : explanando illustro. *Rustic. Conc.*[s] I. 4, p. 97. 2. « Quodcumque.... non intelligitur.... excandidabitur » (gr. καταλευκανθήσεται).

EXCANTĀTOR, oris, m. 3. (excantor), qui excantat, qui sc. incantationis v. veneficiis elicit, evocat, ut *excantator venenatorum morsuum* (*sc.* venenorum evocator) ap. *Hieronym.* in *Joel. Prol.* p. 948.[B]

EXCĂPILLO, as, āvi, ātum, āre, a. 1. (ex *et* capillo) occurrit ter in *Lege Sal. Cap.* 1. 11. de muliere cui capilli vi denudantur. Cf. supra **DISCAPILLO.**

EXCARNO, as, ātum, āre, a. 1. (ex *et* caro). 1.° Proprie : carne privo v. carnem demo. *Itala Ezech.* 24. 4. (*Wirc.*) « crus et umerum excarnata ». *Zeno* 1. 12. 8. « excarnata umbra ». *Chiron.* 575. ubi de carne excrescente resecanda. — 2.° Translate : carnaliter vivendi rationem exuo *Augustin. c. Arrian.* 14. 9. p. 695 *extr.* et *Serm.* 140. 6.

EXCELLO, as, āre, n. 1. (ex *et* cella), cum uxore esse in libertate. *Gloss.* V. 598. 26. et *al.* Cf. *Löwe Gloss. Nom.* 153.

**EXCELSĬTŪDO**, inis, f. 3. (excelsus) altitudo, sublimitas, excelsitas. *Verec.* in *Cant.* 5. 3. p. 73. excelsitudo vitæ humanæ.

**EXCESSĬO**, onis, f. 3. (excedo). — 1.° i. q. excessus, mors. *Hil. Trin.* 10. 61. p. 391.[A] « traditio spiritus morientis excessio est ». — 2.° Actus exeundi, ut *classis excessio. Schol. Stat. Theb.* 4. 599. — 3.° peccatum. *Ps. Rufin. Jos. b. Jud.* 12. 4. p. 341. et *Greg. M. Moral.* 2. 79. p. 589.[D]

**EXCĬTĀMENTUM**, i, n. 2. (excito), id quod excitat, stimulus, *Jul. Val.* 2. 25. p. 90. 33.

**EXCĬTĀTŌRĬUS**, a, um, adject. (excieo), qui excitando inservit. *Augustin. Epist.* 26. 2. excitatorii labores.

**EXCĪTOR**, ōris, m. 3. (excio v. excieo), i. q. excitator ap. *Heges.* 2. 10. 4. excitor belli; 3. 26. 4. excitores et perturbatores concordiæ.

**EXCŌLĀTĬO**, ōnis, f. 3. (escōlo, as) actus excolandi. *Rufin. Orig. in Num.* 27. 12. p. 276. 7. *B.* « "Baneain"... fontes significat vel excolationes, idest ubi divinorum verborum fontes haurit, usque excolet eos bibendo ».

**EXCŎLĬDUS**, (a, um), adject. (ex *et* cōlo), vox ficta ab *Isid.* 16. *Orig.* 13. 13. « squalidus ager, quasi excolidus, quod jam a cultura exierit ».

**EXCŎMES**, ĭtis, m. 3. (ex *et* comes), qui comitis munere functus est. *Pallad. Hist. Mon.* I. 43. p. 329.[B] et 54. p. 337.[A] V. in *Lexico* EX- COMITE.

**EXCŎMESTĬO**, ōnis, f. 3. (excomedo) i. q. ulcus, *Oribas. Syn*, 9. 46. (*rec. A.*).

**EXCOMMŪNĬCĀTOR**, ōris, m. 3. (excommunico) qui excommunicat. *Epist. Pontif. Thiel Gelas.* frg. 37. et *Conc. Agath.* a. 506. *Mansi* 8. 324.

**EXCOMMŪNĬO**, ōnis, f. 3. (ex *et* communio), excommunicatio. *Greg. Tur. Vit. Patr.* 17. 1. et *Conc. S. Patricii* a. 450. *Mansi* 6. 517.[B] etc.

**EXCOMMŪNIS**, e, adject., brevius pro excommunicatus. *Conc. Arel.* 2. *Mansi* 7. 882.[B] et *Conc. Turon.* a. 567. p. 123. 2., 134. 19.

**EXCONSŬLĀTUS**, us, m. 4. (ex *et* consul) dignitas viri consularis. *Greg. M. Ep.* 2. 36. p. 132. 10.

**EXCŎŎPERTUS**, ab inus. excooperio, apertus, repertus. *Schol.* in *Lucan.* 8. 789. *ed. Weber.*

**EXCORPŎRO**, as, āre, a. 1. (ex *et* corpus) ex corpore excludo (*opp.* incorporo). Translate: *Vincent. Lerin.* 28. 40. 15. « Juliano, qui se collegarum sensui aut incorporare neglexit aut excorporare præsumpsit ».

**EXCORTĬCĀTŪRA**, æ, f. 1. (excortico), est locus cute nudatus, fere i. q. ulcus. *Oribas.* passim, ubi leg. etiam *iscorticatura* v. *scorticatura* v. *corticatura.*

**EXCRĔPO**, as, āre, 1.ª (ex *et* crepo) — 1.° Transitivorum more est aliquid cum crepitu emittere. *Arnob.* in *Ps.* 74. p. 431. « mugitum gemitumque... excrepate ». — 2.° intransitive, disrumpor. *Greg. Tur. Vit. Patr.* 19. 2. p. 738. 7. « In quattuor partibus vulnus excrepans, puellam..... mors.... reliquit ».

**EXCRŬCĬĀTOR**, ōris, m. 3., (excrucio), qui excruciat. *Augustin. c. Gaud.* 1. 21. 25. p. 222. 21. « Non tibi videatur excruciator cordis levior esse quam corporis ».

**EXCŬBĀTOR**, ōris, m. 3. (excubo), qui excubat, v. vigilat. *Vigil. Trid. ad Joh.* 3. p. 553.[C] et 11. p. 558.[B]

**EXCŬBĬĀLIS**, e, adject. (excubiæ), ad excubias pertinens, ut *excubiales curæ* ap. *Sidon. Epist.* 8. 6. 18.

**EXCŬBĬO**, v. **EXCŬVĬO**, as, āre, (ex *et* cubo), i. q. excubo. *Gloss.* II. 64. 17. excubiat ἐκκοιτεῖ. *Inscr. Chr. De Rossi* II. p. 127. n. 7. 10. (a. 618.). « Excuvians Christi cantibus hymnisonis simplicitas sapiens ».

**EXCULTĬO**, ōnis, f. 3. (excolo), actus v. cura excolendi. *Epist. Impp. de Asia.* (*Bruns* fontes[7] p. 270. a. 370. 71.).

**EXCURSĀTĬO**, ōnis, f. 1. (excurso). V. voc. in *Lexico.* Addimus tantum ibi citari *Val. Max.* 2. 3. 3., ubi non *excursationibus* sed *excursionibus* nunc emendatius legend. est

**EXCURTO**, as, āre, a. 1. (ex *et* curtus) demeto, abscindo (caballi caudam). *Lex Sal.* 38. 8.

**EXCŪSĀMEN**, ĭnis, n. 3. (excuso), excusatio v. excusamentum. *Comm. Apol.* 779.

**EXDIGNUM**, non dignum. *Gloss.* V. 196. 6.

**EXĒGĒMĀTĬCON**, adject, (ἐξηγηματικόν) enarrativum, est unum ex tribus poësis generibus. *Dosith. gramm.* VII. 428. 9.

**EXEMPLĀRĬA**, æ, f. 1., i. q. exemplarium. *Oribas. Syn.* 9. 24. (*La*) p. 325. « quæ... sunt dicta exemplariæ causa ».

**EXEMPLASTĬCUS**, a, um, adject., i. q. gr. ἐμπλαστικός. *Diosc.* 5. 121. « virtus (*milti*) est.... exemplastica ».

**EXĔNIM**, valde, *Gloss.* V. 598. 56. « exenim valde ». Emenda « *ex* enim valde », *h. e.*: *ex* significat *valde*; coll. *Isid.* 10. *Orig.* 83. « *Expertus*, multum peritus; *ex* enim hic pro valde ponitur ». — Sic et *Gloss. Placid.* in voc. *expetivit.* Et (*corr.* ex) pro valde ponitur ».

**EXERCĪPES**, ταχυδρόμος, δρομεύς καὶ κούρσωρ. *Gloss.* II. 63. 52.

**EXERCĬTĀTIM**, meditatim. *Gloss.* V. 572. 54.

**EXĒRĒSĬMUS**, (a, um), adject. (ἐξαιρέσιμος), qui eximi potest. *Cic. Verr.* II. 2. 129. « Est consuetudo.... Græcorum.... ut nonnunquam eximant unum aliquem diem... ex mense, quos illi exæresimos dies nominant ».

**EXERGĀSĬA**, æ, f. 1. (ἐξεργασία) vox græca, fig. rhet. *Cassiod.* in *Ps.* 47. 2. p. 337.[C] « exergasia, id est quoties aliquid breviter proponitur et subtiliter ac latius explicatur ».

**EXĔTASMOS**, i, m. 2., (ἐξετασμός) fig. rhet. exquisitio, cum res complures divisas cum interrogatione exquirentes singulis quæ conveniunt adplicamus. *Schem. Diac.* 28. p. 72. 22. et *Cassiod.* in *Ps.* 23. 3.

**EXFEBRŬĀRE**, expurgare, februare enim purgare est. *Gloss. Placid.* V. 21. 23. = 67. 4. Cf. *Gloss.* V. p. VI.

**EXFERVĔFĀCĬO**, is, ĕre, a. 3. (ex *et* fervefacio), fervidum v. calidum facio. *Chiron.* 614. et 761.

**EXFERVESCO**, is, ferbŭi, ĕre, n. 1. (ex *et* fervesco) calidus fio. *Chiron.* 425. exfervescit toto corpore. — Translate. *Scol. Hor.* 3. *Od.* 21. 12. « "caluisse mero"... exferbuisse ».

**EXFUNCTUS**, a, um, adject.. V. supra EFFUNCTUS.

**EXGĔNER**, -ĕris, adject. (ex *et* genus) idem qui degener v. ignobilis. *Novell. Iust.* 99. *pr.*

**EXHĀLĪTĬO**, ōnis, f. 3. (exhalo), i. q. exhalatio. *Dionys. Exig. Greg. Nyss. Creat.* 31. p. 405.[B]

**EXHĬĔMĀTĬO**, onis, f. 3. (ex *et* hiematio), term. milit. i. q. hiematio. *Cassiod. Jos. Antiq.* 14. 19. p. 406. exhiemationes militum.

**EXHĬĔMO**, as, āre, n. 1. (ex *et* hiemo), de militibus dict., hiemem ago, *svernare*. *Itala Tit.* 3. 12. (*Vulg.* hiemare); *Marcell. Chron.* II. 106. 538. 7.; *Cassiod. Jos. Antiq.* 14. 19. p. 406.

**EXHŎNŌRĀTĬO**, ōnis, f. 3. (exhonoro), actio exhonorandi, honoris detractio. *Augustin.* 5. *Civ. D.* 18; in *Ps.* 66. 3. *Serm.* 96. 3.; *Ps. Ambros. Confl.* 2. 17. p. 295.[A]

**EXĪGENTĬA**, æ, f. 1. (exigo), necessitas. *Cassiod. Anim.* 24. — In plur. num. *Vulg.* 4. *Esdr.* 7. 65. « munificus est, quoniam donare vult pro exigentiis ».

**EXŌRĀTĪVUS**, a, um, adject. (exoro), ad exorandum pertinens. *Cassiod.* in *Ps.* 17. 32. « Aggressus est dicere nescio quid exorativum ».

**EXŎRĬOR**, etc., unde partic. fut. *exorturus*, pro *exoriturus* habet. *Augustin.* 17. *Civ. D.* 14. Cetera huiusmodi V. in *Lexico* s. v.

**EXPĀVĔFĀCĬO**, is, factus, ĕre. V. voc. in *Lexico.* Addimus tantum ap. *Senec. Ep.* 85 expavescentia legend., edd. *Tickert* (§ 35.) et *Haase* (§ 41.).

**EXPĀVESCENTĬA**, æ, f, 1. (expavesco), actus expavescendi. *Interpr. Iren.* 1. *Hær.* 5. 4. « De expavescentia... et aporia... mundi elementa facta esse; terram vero secundum expavescentiæ statum, aquam vero secundum timoris motum etc. ».

**EXPELLO**, is, expŭli etc. V. voc. in *Lexico.* Admonemus tantum a *Pompon. Dig.* 50. 7. usurpatum præt. perf. *expulsisse* quasi sit ab *expulsi* pro *expulisse*, non imitandum.

**EXPLĒTOR**, ōris, m. 3. (expleo), qui explet. *Inscr. ap. Grut.* 1168. 5. « Hujus et expletor sancti pulcrique laboris ». Adde *Hieronym. adv. Pelag.* 1. 32.

**EXPLĬCĀTĒ**, adv., (explicatus). V. voc. in *Lexico.* Hic addimus comparat. *explicatius* usurpatum ab *Augustin.* 19. *Civ. D.* 4.

**EXPLŌRĀTRĪX**, tricis, f. 3. (exploro), quæ explorat. *Cassian.* 19. *Coll.* 16. « Interdum etiam aliquam exploratricem sui imaginem possit admittere ».

**EXPRŎBRANTER**, adv., (exprobrans) exprobrando, *rinfacciando.* Occurrit ap. *Ps. Cyprian. Sing. Cler.* 32.

**EXPRŎBRĀTĪVĒ**, adv., idem ac exprobranter. *Schol. Bern. Lucan.* 3. 338.

**EXPROMPTO**, (expromto), as, are, a. 1. (*intens.* v. expromo), idem fere ac expromo. *Fulg. Virg. contin.* p. 137. *M.* « Expectabat qualitas nostri temporis, ut non solum expromptare desisset quod didicit ». Adde p. 148. *M.*

**EXPUNCTRIX**, tricis, f. 3. (expungo), quæ expungit et delet, ut transl. *expunctrix honestatis*, ap. *Augustin. op. imp. c. Iulian.* 2. 11.

**EXSĀTŬRĀTĬO**, onis, f. 3. (ex saturo), idem ac saturatio. *Chalcid. Tim.* 166. « Par atque eadem habetur sententia de indigentia et exsaturatione ». Adde *ibid.* 203.

**EXSĔCŪTĬO**, pro persecutio habet *Tertull. c. Jud.* « Nova lex clementiam designabat et pristinam ferocitatem... ad tranquillitatem convertebat et belli pristina in æmulos legis et hostis executionem in pacificos actus... reformabat ».

**EXSĔCŪTŌRĬUS**, a, um, adject. (executor), ad exsecutionem pertinens, cui *opp.* judiciarius, ut *exsecutoria potentia*, ap. *Augustin. c. Litt. Petil.* 3. 29.

**EXTERRĬTĀTĬO**, ōnis, f. 3. (ex *et* terreo), actus exterrendi, maximus terror. *Vulg. interpr. apocr.* 4. *Esdr.* 15. 39. « Sidus ad faciendam exterritationem ».

**EXSTILLESCO**, is, ĕre, n. 3. (ex *et* stillo), stillare incipio. V. stillo. *Anthol. Lat.* 807. 11. *R.*[1] « Sic... oculi exstillescant mei ». Adde 32. (*Phædr. Fab.* 1. *app.* 8. 11. et 32.).

**EXTIRPĀTOR**, ōris, m. 3. (extirpo), qui extirpat, ut *extirpator silvæ* ap. *Augustin. Enarr.* in *Ps.* 95. V. 35, et in *Ep. Joh. c.* 2. *Tract.* 2. 8.

**EXSTRUCTĬO**, ōnis, f. 3. (exstruo), de capillorum strue, suggestu usurpat. *Tertull.* 2. *Uxor.* 3. « Gentilem (*maritum uxor*) observando gentilia exhibebit, formam, exstructionem, munditias sæculares etc. ». Cf. *Juvenal. Sat.* 6. « aliud ædificat caput ».

**EXTRUCTOR**, ōris, m. 3. (extruo), qui extruit. *Hieronym.* in *Is.* 18. 66. 1.

**EXŪBĔRANTER**, adv. (exuberans), cum exuberantia, modo exuberanti. Superl. habet *Cassiod. de Amic.* 25. 3. « Certum est quod meritis ejus æterna retributio exuberantissime respondebit ».

**EXŪTĬO**, onis, f. 3. (exuo), actus exuendi seu spoliandi. — Metonym. ap. *Ambros.* in *Luc.* 8. V. 64.

# F

**FĂBRĀTERĬA**, æ, f. 1. (faber), fabricatio *Gloss.* II. 579. 15.; domus ubi fabricæ sunt *Gloss.* V. 499. 69.; est fabrica qua sedent fabri [vel ornatus equorum]. Cf. *Prisc. gramm.* II. 81. 5.

**FĂBRĬCĀLIS**, e, adject. (faber), fabri proprius, ut *officina fabricalis Ven. Fort. Vita Marcell.* 5. 17. et *fabricalis opera Gloss.* IV. 603. 28.

**FĂBRĬCĀMENTUM**, i, n. 2. (fabricor), fere idem quod fabricatio, v. fabrica. *Ps. Primas.* in *Hebr.* p. 718.[B]

**FĂBRĬCĀTŌRĬUS**, a, um, adject. (fabrico), fabricando seu creando idoneus. *Augustin.* 12. *Civ. D.* 26. *potentia Dei fabricatoria*, et *Genes. ad litt.* 4. 16. *vis effectoria et fabricatoria.*

**FABRĬLĬTAS**, ātis, f. 3. (faber), est fabri ars. *Eustath. Hexaem.* 1. 7. et 2. 2.

**FĀBŬLĀRĬUS**, ii, m. 2. (fabula). *Gloss. Mai* VII. 560. « Fabularii fabularium inventores ». Cf. *Löwe Prodr. Gloss.* 388.

**FACCILLO**, as, āre, n. 1., vocem turdi edo. *Suet. fragm.* p. 253. « turdorum trucilare vel faccillare » (*var.* soccitare); *Anth. Lat.* 733. 10. « faccillat hinc volitans turdus » (*var.* facillat, faxillat).

**FĂCIĀLE**, is, n. 3. (facies) *Gloss.* προσόψιον v. προσωπίδιον sc. persona, larva.

**FĂCĬNŎRŌSĒ**, adv., (facinorosus) flagitiose, sceleste. *Augustin. Div. quæst.* 66. 1. « etiamsi facinorose flagitioseque viverent ». Cf. *eund. c. Jul. op. imperf.* 5. 64. Adde *Greg. Tur. Hist. Fr.* 10. 16.

**FACTĬUNCŬLA**, æ, f. 1. (*demin. a* factio), factio (*Gloss.*), de hæreticali secta Valentini ap. *Tert. Carn. Chr.* 15.

**FACTRIX**, icis, f. 3. (facio), quæ facit v. creat v. fingit. ut *artes factrices*, ap. *Eust. Hexaëm.* 1. 7., et ap. *eund.* 3. 9. « factricem Dei potentiam ».

**FĀGUM**, i, n. 2., est fagi arboris glans. *Plin.* 16) *N. H.* 18. « fagum muribus gratissimum est ». Cf. *Calp. Ecl.* 4. 35. « hiberna prohibes jejunia solvere fago ».

**FALCĬTĔNENS**, entis, adject. (falx *et* teneo), qui falcem tenet, epitheton Silvani. *Inscr. Comptes rendus de l'Acad. des inscr.* 1909. 468.

**FALCĬTO**, as, āre, a. 1. (falx), falce seco. *Augustin.* in *Ps.* 33. *Serm.* 2. 18. « Adduxisti me ad vineam ut falcitem illam et putem »; *Gloss.* « falcitat, putat, secat ».

**FALLĬBĬLIS**, e, adject. (fallo) subdolus, malitiosus, mendax, insidiosus. *Lib. Gloss. Mai* VII. 561. *Löwe Prodr. Gloss.* 385.

**FALSĀTOR**, ōris, m. 3. (fallo), i. q. falsarius, mendax. *Firm. Math.* 3. 7. 26. « falsatores damnabuntur ». *Augustin. c. Faust.* 16. 8. et *Serm.* 84. 1.; *Hieronym. adv. Ruf.* 3. 26. « schedularum falsator »; etc.

**FALUPPÆ**, ārum, f. pl. 1., ita ap. *Gloss.* V. 525. 32. « Quisquilias paleas minutissimas vel surculi minuti quas faluppas vocant ». Cf. it. *faloppa* V. in *Gloss.* quisquiliæ.

**FĀMĒLĬCO**, as, āre, n. 1., i. q. esurio. *Gloss.* V. 164. 30. et 146. 29.

**FĀMĬDĬCUS**, famam dicens vel esuriens (cf. *famedicus*) *Gloss.* V. 455. 42; qui certa dicit (cf. *fatidicus*) *Gloss.* V. 362. 11.

**FĀMĬGĔRŬLUS**, a, um, adject. (fama *et* gero), famam nuntians, sic enim dicimus et rumigerulus. Ita *Gloss.* V. 198. 11.

**FĀMĬLĬŌSUS**, a, um, adject. (familia), cui multi famuli sunt. *Porph.* ad *Hor. Epod.* 2. 65. « "ditem" (*domum*): frequentem ac *familiosam* ».

**FĀMŌSIS**, e, adject. (fama), omnibus notus, celeber. *Virg. gramm. Ep.* 3. « famosis et ventilabilis quæstio ».

**FĀMŬLĀTŌRĬĒ**, adv. (famulatorius), serviliter. *Ps. Cassiod. de Amic.* 5. § 5.

**FĀMŬLĀTUM**, i, n. 2. (famulus), famulatus, servitus. *Ps. Fulg. Rusp. Serm.* 53. « *in oratione* benedictione dominica cumulatum canoræ vocis tibi restitutum est famulatum (*i. e.* famulatium, novatum, ut videtur, propter præcedens cumulatum) ».

**FĀNĀTĬCUS**, a, um, adject. V. voc. in *Lexico.* — Addimus. *a*) In sermone Christianorum, modo *i. q.* dæmoniacus, arrepticius, modo generatim ad cultum deorum gentilium pertinens, gentilis. — α) Subst. sacerdos, fanorum cultor gentilis. *Comm. Instr.* 1. 37. «qui judaeidiant fanatici». Adde *Arnob.* 1. 24. *Ambrosiast.* in 1. *Cor.* 2. 12. — β) Adject. *Paul. Nol. Carm.* 25. 33. « Nec sit christicolam fanatica pompa per urbem ». Adde *Greg. Tur.* 1. *Hist. Fr.* 31. — *b*) Singulariter fere i. q. sacer *Paul. Fest.* p. 92. « Fanatica dicitur arbor fulmine icta ».

**FARCĪLEM**, plenum unde fartores. *Gloss.* IV. 74. 23.; V. 500. 17. (ubi *fartilem*, v. *farsilem Nettleship*).

**FARCĪMĬNĀLIS**, a, farcimen subst. i. q. fimum. *Chiron.* 229. « Cum hæc.... causa evenerit, per anum farciminalis sero venire solet, ut ex... retorsione moriantur ».

**FARCĪNA**, æ, f. 1. (farcio), congeries, sarcina, onus. *Eugraph. Ter. Andr.* 769. « Suffarcinari dicitur quasi farcina aliqua fulciri ». Videtur commentum esse grammatici.

**FARFĀRĬA**, æ, f. 1., nom. herbæ. *Diosc.* 3. 112. *W.* — Forma farfarum (non *farfarus* ut est in *Lexico*) ap. *Plin.* 24. *N. H.* 135. et farferum ap. *Plaut. Pœn.* 478. Cf. et *farfara Gloss.* III. 546. 35. « ungula caballi, farfara » et III. 583. 54. « farfara, idest cuda caballina ».

**FARĪNĀTUS**, a, um, i. q. in farinam redactus. *Itala Lev.* 6. 21. « In sartagine cum oleo (*fiet decima pars ephi*), farinatam afferet eam ». (*Vulg.* oleo conspersa frigetur). *Hieronym. Nom. Hebr.* 5. 1. « Chorri sive Chorræus farina aut farinatus ».

**FARRĪCUS**, a, um, adject. (far), i. q. farreus. *Apic.* 4. 180. « ptisanam farricam ».

**FARSŌRES**, qui aves saginant. *Gloss.* IV. 74. 26., V. 462. 39. « "fartores"... quos et farsores dicimus » et 500. 18. « qui aves saginant et homines ».

**FARSŪRA**, æ, f. 1. (farcio), quidquid ad farciendum implendumque congeritur, immittitur et inculcatur. Cf. *fartura. Tertull. adv. Valent.* 27.

**FASCĬĀMENTUM**, i, n. 2., i. fere ac fascia. *Pass. Petr.* 6. « Ceciderunt illi fasciamenta ex crure demolita a compede ». Cf. voc. seq.

**FASCĬĀRĬUM**, ii, n. 2. (fascia), fere i. q. fascia v. fasciamentum. *Anthol. Lat.* 209. 11.

**FASCĬŎLO**, as, āre, a. 1. (fasciola), i. q. fascio. *Chiron.* 544. « fasciolam... fasciolato »; *Cass. Fel.* 67. « spongia fasciolabis (*vulnus*) ».

**FASTĀLĬA**, ium, adject. plur. absol. (fastus), quæ ad fastos pertinent. *Fulg. Serm. ant.* 6. « Bebius Macer, qui fastalia sacrorum scripsit ». (*var.* festalia).

**FASTĪDĬLIS** et **FASTĪLIS**, e, adject. *Gloss.* V. 455. 56. « fasti(di)lis dives, habundans ».

**FASTĪGĬŌSUM**, sublime elatum. *Liber Gloss.* (cum nota Ciceronis, sc. *Synom.*) Cf. *Löwe Prodr. Gloss.* 385.

**FĀTĬGĀBUNDUS**, a, um, adject. fatigatus, lassus. *Schol. Prud. Psych.* 165. « Anhelus, fatigabundus ».

**FĂTĬGĀTOR**, ōris, m. 3. qui fatigat, qui vexat. *Augustin. Serm.* 48. « Tenete me debitorem, ne diu habeatis fatigatorem sed pro viribus meis adjutorem ».

**FĂTĬGĀTUS**, us, m. 4., fatigatio. *Gloss.* II. 353. 23. « κόπος lassitudo fatigatus ».

**FĂTŬŌSUS**, a, um, adject. fatuus, stultus. *Itala Eccli.* 21. 21. « Tamquam domus exterminata, sic fatuoso sapientia » (μωρῷ *Vulg.* fatuo).

**FĀVĪSOR**, ōris, m. 3. (faveo), i. q. fautor. « *Favisor* et *favisio* a favere ducta esse videntur ita, ut terminationem a *provisor, provisio* acceperint, sed vide ne erraverint imitatores illi antiquitatis, qui soli his vocibus usi sunt ». Ita *Th.* Cf. *Apul. Apol.* 93. *Jul. Val.* 1. 7. *Gloss.* etc.

**FĒCUNDĀTOR**, ōris, m. 3., qui fecundat. *Fulg. Aet. mund.* p. 151. 17. « (*Deus*) sterilitatis aridæ (*Elisabeth*) fecundator ». *Augustin. c. Julian. op. imp.* 1. 66. virginis fecundator.

**FĒLĪCĬŌSUS**, a, um, adject., felix vel valde felix. *Greg. Tur. Glor. conf. pr.* p. 748. 18. « Septimum librum (*sc. qui inscriptus est* « liber vitæ patrum ») *scripsimus* de quorumdam feliciosorum vita » (religiosorum *cod. Brux.*, quod probat *Bonnet* p. 195. 6.).

**FELLĀTRIX**, icis, f. 3. (fello), quæ exsugit, sensu obsceno in *C. I. L.* 4. 2389., ubi *felatrix*, unico *l.* Cf. *ibid.* 4. 2292. (*felatris*).

**FELLĔUS**, a, um, adject. (fel), ex felle v. ut fel amarus. — Translate ap. *Augustin.* in *Ps.* 5. 15. « Felleus cibus veritatis ».

**FELLĪNĔUS**, a, um, adject. (fel), confunditur cum *felineus*, i. q. fellis qualitate, colore præditus. *Cæl. Aur. Chron.* 4. 7. 92. « Vomitus humorum... fellineorum ».

**FELLĪNŌSUS**, a, um, adject. χολικός, id est cholericus. *Gloss.* 456. 19. et 500. 44. Cf. *Loewe* in *Epidici præf.* (p. XXIV): cf. c. æruginosus.

**FĒMELLĀRĬUS**, ii, m. 2., femineo operi deditus et femineos habens mores. (Cf. SARDANAPALUS in *Onomast.*). *Isid.* 10. *Orig.* 107.

**FĒMĬNĀLE**, ālis, n. 3., nom. herbæ. *Diosc.* 4. 103.

**FĔNESTELLŬLA**, æ, f. 1., nom. demin. a *fenestella*, parva fenestella. *Greg. Tur. Vit. Patr.* 19. 1. « In qua (*cella*) unam tantum fenestellulam, per quam modicum lumen possit cernere, præcepit aptari ».

**FĔRĪCŬLA**, æ, f. 1., nom. demin. a *fera*, parva fera. *Gloss.* II. 328. 29. « fericula, θηρίδιον ».

**FERMENTĀCĬUS**, a, um, adject. fermentacius, fermentaticius, fermento imbutus, ut *fermentacius panis* ap. *Isid.* 20. *Orig.* 2. 15.

**FĪBŬLĀRĬA**, æ, f. 1. (fibula) idem, ut videtur, quod fibula. *Chiron.* 530.

**FICTĬŌSUS**, a, um, adject. (fictus), ficticius. *Ps. Cyprian. de Aleat.* 7. (*cod. D. sæc.* IX.).

**FICTŌRĬA**, æ, f. 1. (fingo), ars fingendi. *Chalcid. Tim. comm.* 329.

**FICTŪRA**, æ, f. 1. (fingo). V. voc. in *Lexico.* — *Metonym. a*) Est formatio, fictio. *Chalcid. Tim.* 349. — *b*) Item inventio. *Plaut. Mil.* 1189.

**FĪDIFRĂGUS**, a, um, adject. (fides *et* frango), qui fidem violat. *Gloss.* V. 501. 5. « fidifragi refragæ fidei ».

**FĪDĬTAS**, ātis, f. 3. (fidus), i. q. fidelitas. *Virg. gramm. Epit.* 4. p. 14. fiditas fida.

**FĪDŪCĬĀLĬTER**, adv. V. *Lexicon.* — Addimus comparat, *fiducialius* ap. *Virgil. gramm. præf.* p. 3. *Mai.*

**FĬGŪRĀTIM**, adv. i. q. figurate, ut *figuratim dicere, prænuntiare, facere* ap. *Iren. interpr.* 4. *Hær.* 10. 1. *Cassiod.* in *Ps.* 97. 8. *Isid.* in *Gen. præf.* 2.

**FĬGŪRĀTRIX**, tricis, f. 3., quæ figurat et fingit. *App. Polem. Physiogn.* p. 105. « Figuratricem corporis animam esse ».

**FĪLĀMENTUM**, i, n. 2. (filum), opus ex filo, ut *filamenta sacerdotum*, h. e. infulæ, ap. *Paul. Fest.* 81. 18.

**FĪLĀTĒRĬUM**, ii, n. 2. V. PHYLACTERIUM in *Lexico.* — Sensu affini ap. *Greg. M.* 12. *Epist.* 7. « Filateria curavimus: id est crucem cum ligno S. Crucis Adulowaldo regi transmittere ».

**FĪLĀTŪRA**, æ, f. 1. (filo), actio filandi, it. *filatura. Schol. Ter.* p. 80. 26. « lana ac tela: lanificio et filatura ».

**FĪLĒTĬUS**, a, um, adject. (φιλητέος), benevolentia plenus, *amorevole*, in *C. I. L.* 6. 10185.

**FILOFLORES**, est nomen herbæ ap. *Diosc.* 3. 115. (gr. φιλοφαρές v. φυλλοφερές).

**FĪNĀLĬTER**, adv. (finalis) finiendo, terminando, ut *vita finaliter* (*sc.* morte), *abolenda* ap. *Fulg. Rusp. ad Tras.* 2. 5. Adde *Ps. Cassiod. de Amic.* 19. 3.

**FINCTOR**, ōris, m. 3. (fingo), qui fingit et format. *C. I. L.* 3. 11423. « Felix finctor ». (Legitur in tegula). Usitatius FICTOR.

**FISTŬLOR**, āris, ātus sum, āri, dep. 1., fistula cano. *Dosith. gramm.* VII. 435. 6. Cf. *Loewe, Prodr. Gloss.* p. 385. sq.

**FIXOR**, ōris, m. 3. (figo), qui clavis defigit, configit, καθηλωτής. *Gloss.* II. 215. 38. (ubi trad. *fictor*).

**FIXŌRĬUS**, ii, m. 2. (fixor), clavus acutus. *Anon. de Mach. bell.* 8. p. 12.

**FLĀBĀRĬUS**, ii, m. 2. *Gloss.* V. 600. 26. « custos porcorum ? ». Cf. *Osb.* 246. *ubi Grævius legtororum*, et *Thes. Nov. Lat.* p. 246. *Mai* « Flabanum, custos porcorum, subulcus, scrofarius ».

**FLĀBŬLŌSUS**, a, um, adject. (flabrum). *Gloss.* V. 599. 28. « flabulosi ventosi ».

**FLACCOR**, ōris, m. 3. (flacceo) est languor stomachi. *Cass. Fel.* 42. p. 103. « Sin... circa digestionis tempus cum morsu et flaccore stomachi singultus fuerit natus etc. ».

**FLĂGELLĀTOR**, ōris, m. 3. (flagello). *Gloss.* II. 591. 6. « Quæstionarius, plagarius, flagellator, plagitor, (plagator ?) ». *Apon.* 8. p. 147. « acerrimus flagellator ».

**FLĀGELLO**, onis, m. 3. (flagellum), copidermos, verbero, casabus (?). *Gloss.*

**FLĀGĬTĀMENTUM**, i, n. 2., impulsus, exagitatio, vexatio. *Fulg.* 1. *Myth. præf.*

**FLĀGĬTĬO**, as, (āvi), ātus, are, a. 1. *Isid. Diff.* 1. 230. « Flagitare idem est quod acriter interpellare, flagitiare vero est impurare ». *Gloss.* V. 457. 3. « flagitiata (!) scelerata ».

**FLĀMĬNĬCĀTUS**, us, m. 4. (flaminica), est munus flaminicæ. *C. I. L.* VIII 12317.

**FLĀMĬNĬCĬUS**, ĭi, m. 2. (flamen), i. q. flaminalis. *C. I. L.* VIII. 20706.

**FLAMMĀRĬI**, ōrum, m. plur. 2., flammei coloris, *Plaut. Aul.* 510. *Goetz* et *Schoell.* V. *Lexic.* « *Flammearius* » ubi loc. *Plaut.* citatur secundum lect. *Hermolai* « flammearii ».

**FLAMMĬFLŬUS**, a, um, adject. (flamma *et* fluo), flammeus, ardens, ignitus. *Tiberian.* (*Anth. Lat.* 490. 19. *R.*) « flammifluum quoddam jubar es (*deus*) ». *Augustin. Serm.* 140. 1. *ed. Mai* « Magi... flammiflui jubaris secuti viam ».

**FLĒBĬLĬTAS**, ātis, f. 3. (flebilis), abstracte de eo, qui modestiæ causa, se fletu dignum agnoscit. *Avell.* p. 618. 2. « pro meæ flebilitatis exiguitate ». Cf. *Löwe Prodr. Gloss.* p. 160.

**FLĒMĬNŌSUS**, a, um, adject. (flemen) fleminibus laborans. *Chiron* 872. « Malagma ad genua fleminosa ».

**FLĒMĬNUM**, i, n. 2., vescica, e qua sanguis ambulando in pedes fluit. Ita *Gloss. Placid.* V. 634. 37. Cf. *Löwe Prodr. Gloss.* p. 264. V. FLEMĬNA in *Lexico.*

**FLEXĬBĬLĬTER**, adv., cui opp. *inflexibiliter* ap. *Augustin. Quæst. hept.* 2. 18. p. 101. 9. « (*Cor*) induratum non flexibiliter consentiebat, sed inflexibiliter resistebat ».

**FLEXĬLIS**, e, adject. (flecto). V. voc. in *Lexico.* — Monemus ap. *Ovid.* 1. *Am.* 14. 26. nunc non *flexilis* legend. sed *nexilis.*

**FLŌRĬO**, is, ivi (ii), ire, n. 4. (flos), idem ac floreo. Plura licet sequioris Latinitatis leguntur exempla. *Diosc.* 4. 92. *Greg. Tur. Vit. Patr.* 20. 1. *C. I. L.* XIII. 7113. et *al.* necnon *August.* 2. *Doctr. Christ.* 13. 20. ubi tamen huiusmodi usus reprehenditur.

**FLŌRĬSĂPUS**, a, um, adject. (flos *et* sapio), qui sapit flores, de melle dict. *Carm. Epigr.* 1552.[A] 90. (*sæc.* II.) « ut semper domus hæc thymbræo nectare dulcis sudet, florisapos dum dant nova mella liquores ».

**FLOSCĬDA**, florulenta, floribus plena. *Gloss.* V. 457. 24. et 501. 21.

**FLOSCŬLA**, æ, f. 1. *Ps. Fulgent. Rusp. Serm.* 6. « Videant unam flosculam capitis mei ». An i. q. *flosculum* transl. ?

**FLUCTŬĀBUNDUS**, a, um, adject. (fluctuo), vacillans, *vacillante, ondeggiante. Ambros. de Job.* 4. 10. 27. « vestigium fluctuabundum ». *Augustin. Serm.* 28. 4. *Mai* « commotio fluctuabunda (*terræ*) ». *Cyprian. de Laps.* 25. « mentis æstu fluctuabunda jactari »; *Rufin. Comm.* in *Os.* 12. *v.* 12. sq. « Ideo quasi fluctuabundus sermo progreditur ».

**FLŬENTUS**, a, um, adject. (fluo), fluens v. valde fluens, ut *fluentæ lacrimæ* in *C. I. L.* XIII. 2016. et *fluentus æstus* in *Itin. Alex.* 12. Sed al. aliter leg.

**FLŬĬTĀTĬO**, ōnis, f. 3. (fluito), fluctuatio, vacillatio. *Laud. Dom.* 25. et *Augustin. Gen. ad litt. op. imperf.* 8. p. 479. (*var.* fluctuatio).

**FLŬŌSUS**, a, um, adject. qui fluit. *Anonym. Rav.* p. 35. *Pind.* « In fluosas maritimas inundationes incidere ».

**FLUXĬBĬLIS**, e, adject. (fluo), i. q. fluxilis, fluens, liquidus. *Iren. interpr.* 2. *Hær.* 18. 7. fluxibilis materia; *Augustin. Gen. ad litt.* 3. 4. 6. fluxibiles humores. Adde *eund. Serm.* 242. 8.

**FLUXŬĀTĬO**, ōnis, f. 3., i. q. fluxus (menstruus) ut *pannus fluxuationis mulieris. Itala Esth.* 14. 16. (*Corb.*).

**FLUXŬŌSUS**, inconstabilis, lubricus. *Gloss. V.* 295. 40.

**FLUXUS**, us, m. 4. (fluo). V. voc in *Lexico.* — Addimus ap. *Tac.* 5. *Hist.* 23. nunc legend. non *fluxu* sed *flexu* autumni.

**FŌCĀNUM**, i, n. 2. (faux), idem fort. quod fauces. *Marcell. Med.* 15. 16. « Adversus languorem focani expertum medicamen hoc facies etc. ».

**FŒDĔRĀLES**, dicuntur sacerdotes, per quos fœdera fiunt inter duas gentes, quæ post bellum ad pacem redeant. *Gloss. Placid.* V. 23. 25. — Huc spectat *Serv.* ad *Virgil.* 1. *Aen.* 62. « Foedus autem dictum vel a fœcialibus, idest sacerdotibus, qui olim fœdales (*lege* fœderales) dicebantur, per quos fiunt fœdera vel a porca fœde lacerata, hoc est lapidibus occisa ».

**FŒTŌRŌSUS**, a, um, adject. (fœtor) fœtosus, fœtidus v. aliquanto fœtidus. *Zeno Tract.* 1. 15. 6. fœtorosa cadavera; et 2. 31. fœtorosi panni; *Chiron.* 992. « Vomicosi, qui sanguinem fœtorosum per nares mittunt ».

**FŒTŌSUS**, a, um, adject. (fœdo), fœtidus vel valde fœtidus, *spiacevole, nauseante. Hippocr. Progr.* 12.

**FŌLĬA**, æ, f. 1., idem ac folium. *Isid.* 17. *Orig.* 9. 105. et *Dynam.* 1. 21. et 28.; 2. 9, et 10. *Diosc.* 1. 104., 2. 131. et al.

**FŌLĬŎLUM**, i, n. 2. (*dem. a* folium) parvum folium. *Arn. Nat.* 2. 59. *Ps. Apul. Herb. Greg. Tur. Hist. Fr.* 10. 16.

**FOLLEX**, i. q. follis. *Gloss.* II. 72. 51. *Vulc.* « follex; θύλακος, καμίνου ἀσκός ».

**FOLLĬCĀTĬO**, ōnis, f. 3. (follico), est actus se contrahendi et dilatandi. *Chiron.* 502. « (*Jumentis*) evenit dum potionantur, ut tussiant et... folli(ca)tio gravis superveniat ». *Ibid.* 736. « donec follicatio corporis se temperet ».

**FOLLĪNUS**, a, um, adject. (follis), ad utrem pertinens. *Prisc. gramm.* II. 78. 24.

**FOLLĪTUS**, a, um, adject. (follis), folle indutus. V. in *Lexic.* voc. FOLLITIM, ubi ad locum. *Plaut. Epid.* 3. 2. 14. (= v. 351.) nunc legend. *follitum ductitabo*, non autem *follitim*, ut est ibi.

**FŌMEN**, ĭnis, n. 3. (foveo), i. q. fomentum. *Gloss.* V. 202. 6. fomen: nutrimentum. Add. *Carmen de Bæbiani baptismo* 28. (*Brandes, Archiv.* 6. [1889.] 46. 168.)

**FŎRĀLIS**, e, adject. (forum), ad forum pertinens, forensis, ut *Greg. M.* 1. *Epist.* 60. 62. et 67. « litigia foralia » et 3. 57. « foralis strepitus ».

**FŎRĀNUS**, a, um, adject. — ¶ 1. *a* forum. *Schol. Hor.* 1. *Sat.* 6. 86. « Argentarium dicimus eum, qui habet summam olivarum, a quo accipiunt forani; coactorem, qui exigit nummos a circumforanis ». — ¶ 2. *a* foras. *Op. imperf.* in *Matth.* 40. p. 857. « forani lapides ».

**FŎRASMŪRĀNĔUS**, a, um, adject. (foras *et* murus) extramuranus. *Greg. Tur. Hist. Fr.* 5. 11.

**FŎRĀTŪRA**, æ, f. 1. (foro), i. q. foramen. *Augustin. Serm.* 28. 4. *Mai* « Compaginem palmarum (*Christi*) rumpit violentior foratura clavorum ».

**FORCO**, æ, f. 1., instrumentum ad feriendum aptum. *Gloss. Placid.* V. 22. 2. « Forco, quam nunc falliscum appellamus, nunc culter, alias securis, qua pontifices in Sacris utuntur, dicta ab eo, quod feriendo petat ».

**FŎRĔCŬLÆ**, arum, f. plur. 1., nom. demin. a *fores*, ostiola, foricula. *Paul. Fest.* 84. 15.

**FORFĬCĀTĬO**, ōnis, f. 3. (forfico), ψαλίδωμα, sc. actus forficandi. *Gloss.* 72. 68.

**FŎRĬSCĒNĬUS**, ĭi, m. 2. (foris *et* ceno), qui foris cenat, in *Lemmate Mart.* 5. 47. « de Philone foriscenio: nunquam se cenasse domi Philo jurat ».

**FORMĀBĬLĬTAS**, ātis, f. 3. (formabilis), capacitas suscipiendæ formæ. *Augustin. Gen. ad litt.* 5. 15. « Fecit Deus cælum et terram secundum materiæ quandam, ut ita dicam, formabilitatem ».

**FORMĀRĬUS**, ĭi, m. 2. et **FORMĀRĬA**, æ, f. 1., qui et quæ cōenobialis vitæ formam præbendi munus habet. *Ferreol. Reg.* 17. p. 965.[C]; *Cæs. Arel. Reg. virg.* 35. et 40.

**FORMĀTĬLIS**, e, adject. (forma), fere i. q. formatus. *Chalcid. comm. Tim.* 225. « animam.... esse formatilem speciem etc. ».

**FORMENSIS**, e, adject., ad formam aquarum pertinens. *Novell. Valent.* 5. 4. (*a.* 440.) « cæspes formensis »; *Donatio Tiburt.* 14. (*a.* 471.) « formensia prædia ».

**FORMĪDĀTOR**, ōris, m. 3. (formido), qui formidat v. metuit. *Augustin. Serm.* 23. 18. « Formidator mali », cui opp. *amator boni.*

**FORMIDŌSUS**, a, um, adject. (formido). *Gloss.* V. 457. 40. « Formidosus, formidolosus, timidus, pavidus ». *Diff. ed. Beck* p. 58. 28. « Inter formidosum et formidulosum: formidosus locus est ubi formidines multæ sunt; formidulosus vero homo ». *Itala Deut.* 20. 8. (*Lugd.*). (*Vulg.* formidolosus ».

**FORMŌSO**, as, āre, a. 1., formosum facio. *Ven. Fort. Vit. s. Mart.* 1. 506. « Religio Martini, cujus honore fœdere fida fides formosat fœda fidelis ». (*Var.* firmosat).

**FORNĬCĀTŌRĬA**, æ, f. 1., i. q. fornicaria, fornicatrix, meretrix. *Hil. Coll. Antiar.* A. IV. 1. 9. « Numquidnam... membra Christi membra fornicatoriæ faciemus ». (Cf. *I. Cor.* 7. 15.).

**FORTĬŌSĬTER**, adv., (fortiosus) fortiter. *Virg. gramm. Epit.* p. 70. « Sunt adverbia, quæ .. adduntur, ut *fortiositer* pro *fortiter, comptose* pro *compte* ». Cf. voc. seq.

**FORTĬŌSUS** v. **FORCĬŌSUS**, a, um, adject., (fortis) i. q. fortis. *Virg. gramm. Epit.* p. 9. 2. et 10.

**FORTĬTAS**, ἀνδρειότης, γενναιότης *Gloss.*

**FŌTOR**, ōris, m. 3. (foveo), qui fovet. *Augustin. Serm.* 23. 3. 3. « (*Paulus*) nutritor et fotor ».

**FŌTRIX**, īcis, f. 3. (foveo), quæ fovet; translate in *Tab. devot. Andollent* 191.

**FŎVĪTĬO**, ōnis, f. 3. (foveo), i. q. fomentum, *ut fovitiones calidæ et frigidæ* ap. *Chiron.* 472. et 771.

**FRACTĀMENTUM**, i, n. 2. (fractus), i. q. fragmentum. *Gloss.* V. 202. 30. et *Itala Luc.* 9. 17. (*Vulg.* fragmenta).

**FRACTĒ**, adv., (fractus) molliter, enerviter, delicate. *Phædr. App.* 8. 2. « Pompei miles vasti corporis fracte loquendo et ambulando molliter famam cinædi traxerat ».

**FRACTŌRĬUM**, ĭi, fere i. q. ascia. *Itala Ps.* 73. 6. (ap. *Augustin.* in *Ps.* 73. 9.). « In dolabro et fractorio (*Vulg.* in securi et ascia) dejecerunt eam ».

**FRACTŪRĀRĬUS**, ĭi, m. 2., qui fracta membra habet. *Itala Lev.* 22. 22. (*Wirc.*) (*Vulg.* fractum).

**FRĂGĬLĬTER**, adv. (fragilis), fragili modo. *Augustin.* 4. *Civ. D.* 3. p. 149. 8. D² « Ut vitrea lætitia comparetur fragiliter splendida » et *Epist.* 150. p. 381.

**FRĀGRĀTĬO**, ōnis, f. 3. (fragro) i. q. fragrantia, ut *fragratio pomorum. Apon.* 9. p. 184.

**FRĂGUS**, recurvatio poplitis quæ et suffraginatio. *Gloss. Scalig.* V. 600. 2. (Cf. *Osb.* 243.).

**FRATRO**, as, āre, n. 1. (frater), idem ac fraterculo. *Paul. Fest.* 91. 1., ubi cit *Plaut. frg.* VIII. *Frivol.* Item *Gloss. Placid.* V. 22. 28.

**FRAUDŬLENTĬA**, æ, f. 1. (fraudulentus). V. voc. in *Lexico.* — Monemus ap. *Plaut. Pseud.* 582. nunc pro *fraudulentia* legend. esse *malitia fraudulenta.*

**FRĒDĬĀNUS**, i, m., ut videtur, a germ. *fredum* " æs collatum ". *Cod. Theod.* 16. 10. 20. 2. (a. 415.) « Loca quæ frædiani, quæ dentrofori, quæ..... professiones gentiliciæ tenuerunt epulis vel sumptibus deputata ». Ita *Vollmer.*

**FRĔMISCO**, is, ĕre, n. 3. (*incoh. a* fremo), i. q. fremo. *Claud. Don.* ad *Aen.* 7. 451. « qui rabioso furore fremiscunt ».

**FRĒNĀRĬUS**, (faber) χαλινοποιός. *Gloss.* III. 309. 70.

**FRĒNĀTĬO**, ōnis, f. 3. (freno), actus frenandi; translate *Augustin. c. Jul.* 5. 7. 25. frenatio libidinis.

**FRENDESCO**, is, ere, n. 3. frendeo. *Ps. Fulgent. Serm.* 11. « Frendescens crudelitate doloris ».

**FRĒNŌSUS**, a, um, adject. i. q. frenis coërcendus, ut *equus frenosus* ap. *Ps. Augustin. Quæst. test.* I. 115. 37.

**FRĔQUENTĀBĬLIS**, e, (adject.), qui frequentari potest. *Hil.* in *Ps.* 131. 15. requies frequentabilis.

**FRĬCĀTĬO**, ōnis, f. 3. (frico). V. voc. in *Lexico.* — Apud *Cels.* hodie legit. *frictio*, non fricatio. (Cf. *Vitr.* 7. 6. 2.). Leg. tamen fricatio ap. *eum. Cels.* 3. 12. 6.; 3. 24. 5.; 4. 5. 7.

**FRICTĬCŬLÆ**, ārum, f. plur. 1. (frigeo), escæ frictæ, it. *frittelle.* Translate; culinæ ap. *Hieronym. Adv. Jovin.* 1. 40. Cf. *Gloss.* suspectam III. 256. 11. *frictulæ.*

**FRICTĬCUS**, a, um, adject. (frigeo), i. q. tostus. *Oribas Syn.* 4. 33.

**FRĪGĬDŌSUS** v. **FRIGDŌSUS** v. **FRĪGŎRŌSUS**, a, um, adject. (frigus), valde frigidus. *Gloss.* alsosus; *Cæl. Aur. Acut. exc.* 11. « jacere in lecto... non frigidoso ». *Schol. Juv.* 3. 190.

**FRĪSĬO**, ōnis, m. 3., nomen avis, ita fort. dict. a cantu. *Plin. Val.* 5. 12.

**FRĪTĀMENTUM**, vox merulæ. *Gloss.* II. 580. 42. Translate *Gell.* 5. 1. 1. fritamenta orationis (*trad.* fretamenta).

**FRĪVŎLĀRĬA**, æ, f. 1., comœdia Plauti deperdita de qua *Varro* 7. *L. L.* 58. *Paul. Fest.* p. 169. etc.

**FRIXOR**, ŏris, m. 3. (frigeo), assator. *Gloss.* II. 568. 34.

**FRONDĀTUR**, purgatur, pomatur, fusicatur. *Gloss.* (*var.* fundatur).

**FRONDĬSŎNUS**, a, um, adject. (frons *et* sono), strepitum frondium edens, ut *frondisonæ ulmi. Eug. Toiet. Carm.* 34. 1.

**FRONDŌSĬTAS**, ātis, f. 3. (frondosus), frondium abundantia. Translate *Hieronym.* in *Soph.* 3. 1. sqq., vertens vocem versionis Alexandr. LXX ἐπιφυλλίς.

**FRONDŪCŬLA**, (*dem. a* fronde), quæ ex frondibus amputatur. *Gloss.* V. 634. 47.

**FRONTĒSĬA**, ostenta: unde et portendere vel ostendere. *Gloss. Plac.* V. 22. 22. Cf. *ibid.* V. 70. 14. ubi minus recte « fortensa ». V. *Bücheler Mus. Rh.* 39. (1884.) 408. sqq.

**FRONTISPĬCĬUM**, ĭi, n. 2. (frons *et* specio). 1.° Est mensæ speciosæ quædam pars, quæ græce vocatur κυμάτιον. *Ps. Rufin. Jos. Antiq.* p. 334. 10. 12. 17. ed. *Bas.* — 2.° Frons ædificii *Ps. Prosp. Prom.* 3. 38. 44. « Titulus... in frontispicio templi conscriptus ». — 3.° Locus circumspectus. *Marcell. Chron.* II. p. 101., 518. 3.

**FRUCTĬFĔRO**, as, āre, n. 1. (fructus *et* fero). *Gloss.* IV. 597. 8. « Germinat, virdicat, fructiferat, seminat, pullulat ».

**FRUCTŬO**, as, āre, v. **FRUCTŬOR**, āris, āri, a. vel d. 1. fructifico, it. *fruttare. Didasc. Apost.* 32. 4. « fructuare sibi aut dare episcopo ad susceptionem peregrinorum ». Translate *ibid.* 1. 4. « qui æternum regnum fructuantur ».

**FRUCTŬŌSĬTAS**, ātis, f. 3. (fructuosus), fertilitas, feracitas. Translate *Filastr.* 132., 2. 3. 6.

**FRŪGĬFĔRĀTĬO**, κάρπωμα, fertilitas. *Gloss.*

**FRŬĬTĬO**, ōnis, f. 3. (fruor), actus fruendi. (*Gloss.* ἀπόλαυσις adeptio). *Interpr. Iren.* 4. *Hær.* 37. 6. et 5. 27. 2. fruitio boni, bonorum; *Hieronym.* in *Philem.* 20. p. 615.[B] *bis. Augustin. Serm.* 255. 6. Dei fruitio; etc.

**FRŪMENTĀLIS**, e, adject. (frumentum), frumentaceus, triticeus. *Cassiod.* in *Ps.* 34. 21. et 36. 27.

**FRŪMENTĬFER**, fĕra, fĕrum, adject. (frumentum *et* fero), frugifer. *Expos. mundi* 54. Calabria frumentifera.

**FRUSTRATŌRĬĒ**, adv. (frustratorius), fallaciter, falso, ut *frustratorie loquens Leo M. Epist.* 28. 2.

**FRŬTESCO**, is, ĕre, n. 3. (frutex), i. q. fruticesco, frutices emitto. *Ambros. Virg.* 9. 52. « nostræ ligna silvæ frutescant ». Adde *eund. Epist.* 70. 6.

**FŪFÆ**, interj. dedecus! (It. *vergogna*! germ. *pfui*). Occurrit ap. *Charis. gramm.* I. 339. 6. *Gloss.* IV. 240. 2. « Fufæ, interjectio mali odoris ». Cf. *Löwe Asin. præf.* p. XXIV.

**FŬGĬTĪVŌSUS**, φυγάς *Gloss.* II. 473. 38. φευ⟨κτ⟩ικός *ibid.* 470. 40.

**FŬGĬUM**, ĭi, n. 2., idem ac fuga. *Schol. Bern. Virg. Georg.* 3. 384. Cf. *refugium, effugium*, etc.

**FULCĪMENTO**, as, āre, a. 1. (fulcimentum), i. q. adminiculo, fulcio et sustineo. Translate. *Gild. Brit.* 71. *Chron.* III. p. 66. 9. « columnæ... quibus... domus nequitiæ fulcimentatur ».

**FULGŌRĔUS**, a, um, adject. (fulgor), ad fulgur pertinens, fulgidus. *Virgil. gramm. Epit.* 15. p. 91. « Fulgorea flamma ». *Mart. Cap.* 5. 427. *Cassiod.* in *Ps.* 117.

**FŬLĪCŬLUS**, i, m. 2. (fulix v. fulica). *Gloss.* III. 345. 54. λάρος; *Schol. Bern. Virg. Georg.* 1. 363. « Fulicæ, quas vulgo "fuliculos" dicunt ».

**FULMĬNĀLIS**, e, adject. (fulmen), i. q. fulminaris, v. fulminator. *Anon. de Mach. bell.* 18. « Fulminalis (*ballista*).... appellatione sua virium testatur effectum ». *Gloss.* III, 82. 62. « Jovis fulminalis Ζεὺς κεραυνιός ». Cf. in *Lexico* FULMINARIS.

**FULTĬO**, ōnis, f. 3. (fulcio). *Diff. gramm.* VII. 529. 3. « Fultio, dum fit; fultura, cum facta est ».

**FŪMĀBUNDUS**, a, um, adject. (fumo), fumo abundans, fumosus. *Itala Gen.* 15. 17. fornax fumabunda. (*Vulg.* fumans).

**FŪMĀRĬA**, æ, f. 1. (fumo), genus herbæ. *Diosc. Vind. C.* 157. *N.* 46.

**FŪMĬGĀTĬO**, ōnis, f. 3. (fumigo), actus fumigandi, fumigium, suffitus; ap. *medicos: Chiron.* 193. *Plin. Val.* 3. 7. *Diosc.* 3. 112. etc. Translate *fumigatio tristitiæ* in *Epist. pontif. Thiel Gelas. Tract.* 3. 34.

**FUNCTŌRĬUS**, a, um, adject. (fungor), ad defunctos pertinens, *funebre. Virg. gramm. Epit.* p. 54. 8. « Functorium carmen ». *Gloss.* « Functoria, transitoria ». Cf. *Löwe Prodr. Gloss.* 386.

**FUNDĀBĬLIS**, e, adject. (fundo), i q. fundatus, firmus. *Max. Taur. Germ.* 29. p. 907.[B] (*Stephanus*) fide fundabilis.

**FUNDĀMENTĀLIS**, e, adject. (fundamentum), ad fundamentum pertinens. *Hieronym.* in *Job.* 38. et *Augustin. Serm.* 337. 4. lapis fundamentalis.

**FUNDĀMENTĀLĬTER**, adv. (fundamentalis), i. q. funditus. *Sidon.* 3. *Epist.* 8. 2.

**FUNDĬBĀLO**, as, āre, a. 1. (fundibalus), fundibalum jacio. *Itala* I. *Reg.* 25. 29.

**FUNDĬBŬLĀRIS**, e, adject., i. q. fundibularius. *Ps. Rufin. Jos. B. Jud.* 3. 9. *ed. Bas.*

**FŪNĔBRĬTER**, adv. (funebris), funere, morte, ut *funebriter vindicare* sc. capitis damnare ap. *Ps. Augustin. Quæst. test.* 102. 1. p. 199.

**FŪNĔRĀLIS**, e, adject. (fumus), i. q. funebris, funestus, letalis. *Schol. Ter. Hec.* et *Ad.* ludi funerales. *Augustin. Serm.* 72. 2. *Mai*: præmium funerale.

**FUNGĀLIS**, est nomen ignotæ bestiæ, quæ inter spirantes et quadrupedes recensetur a *Polem. Silv. laterc.* p. 543. 12. (*Chron. min.* I.).

**FUNGO**, is, ĕre, a. 3., idem ac fungor. *Carm. Inscr. Chr. De Rossi* II. 245. v. 9. *Chronogr. min.* (a. 334.) p. 90. 21. *Romul. Fab. Aesop.* 53. p. 170.

**FŪNĬCŬLA**, æ, f. 1., nom. demin. a *funis*, parva funis, funiculus. *Charis. gramm.* I. 125. 22.

**FŪNĬCŬLUM**, i, n. 2., demin. a *funis*, i. q. funiculus. *Itala Deut.* 32. 9. (*Vulg.* funiculus). *Gloss.* « Funiculum, cubitum, mensura, territorium ».

**FŪNĬTORTOR**, ōris, m. 3. (funis *et* torqueo), σχοινοπλόκος. *Gloss.* III. 309. 31.

**FUNUS** et **FERIAS**, proverbium de morte dictum, quoniam funere publico feriæ indicebantur. *Gloss. Placid.* V. 22. 27.

**FŪR**, ūris, m. 3., translate dicitur de diabolo, qui quæ sunt bona spiritualia insidiose furatur. *Tertull.* 4. c. *Marc.* 29. « Porro cum furem nobis diabolum demonstret, cujus horam etiam in primordio, si homo scisset, nunquam ab eo suffossus est », sumpta nempe metaphora a fure, qui suffodit domum noctu, ut inde aliena secum auferat. Adde *Hil.* in *Matth.* 26. 6. et in *Ps.* 120. 15., *Optat.* 4. 6. et 17.

**FURCA**, æ, f. 1., « quasi ferens caput suspensum et strangulatum: minor pœna quam crucis; nam patibulo adpensos statim exanimat, crux autem suffixa diu cruciat ». *Gloss.* ap. *Mai. Class. Auct.* VII. p. 562. (Cf. *Gloss.* V. 360. 25.).

**FŪRO**, as et sæpius **FŪROR**, āris, d. 1. V. voc. in *Lexico.* — Hic addimus aliqua exempla formæ activæ, ut fut. *furabis* in *Itala Matth.* 19. 18. — perf. *furaverit* ap. *Symm. Epist.* 2. 48. (*al.* furetur). — infin. perf. *furasse* ap. *Fulg. Myth.* 2. 6.

**FŪRO**, ōnis, m. 3. (fur). Ita ap. *Isid.* 12. *Orig.* 2. 39. « Furo a furvo dictus... tenebrosos enim et occultos cuniculos effodit et eicit prædam ». — 1.° Est nomen bestiæ. *Pol. Silv. Nom. anim. Chron.* I. p. 543. *Cassiod. Jos. c. Ap.* 2. 81. *Gloss.* V. 214. 18. — 2.° idem ac fur *Damig. Lapid.* 24.

**FURTĪVO**, as, āre, a. 1., i. q. furari, v. res alienas sibi furto ablata prædicare. *Lex. Sal. capit.* 6. 12.

**FUSCĒDO**, ĭnis, f. 3. (fuscus), fere idem quod nigredo. Translate *Fulg. Aet. Mund.* p. 158. 17. « Bethsabee... sceleris fuscedo maculosa » et p. 171. 13. « Tenebrosa fuscedine caligabat ».

**FŪSIM**, adv. effusim, sparsim. *Lib. Gloss.* passim. (*Löwe Prodr. Gloss.* p. 386.).

**FŪSĬŌNĀTĬCUM** v. **FŪSĬŌNĀLĬTĬUM**, ὁλοτικόν. *Gloss.* II. 74. 47. A fusione dictum, genus tributi, ut interpr. *De Vit.*

**FUSTELLUS**, i, m. 2., nom. demin. a *fustis. Gloss.* II. 581. 36. « Gruma fustellus horologii ». (*Goetz*: Gruira, fusti⟨ce⟩llus horologii). Cf. it. *fuscello* et V. voc. seq.

**FŪSTĬCELLUS**, i, m. 2., demin. a fustis. *Gloss.* II. 589. 17. « Pistillus, fusticellus, tribulator ». (Cf. *Gloss. Werth. Gallée* 341. « Pistillus, lignum breve quo holera comminuntur in mortariolo »).

**FŪTĬLĬTER**, adv. (futilis). V. voc. in *Lexico.* — Verum ap. *Apul. Apol.* nunc legend. *utiliter* pro *futiliter.*

# G

**GA**, *Anonymi de litteris.* (*Gramm. suppl.*) p. 303. 13. *Hagen.* « G adjecta vocali utraque parte numerum complet, ut *ga*, idest *c* (*h. e.* centum) et præposita, ut *ag* idest sexcenta ».

**GĂBĬA**, æ, f. 1., i. q. cavea, it. *gabbia. Gloss.* et *Mart.* 14. 77. *tit.* (*codd.* β et *Q*).

**GÆANIS** v. **GĒANIS**, ĭdis, f. 3., est nomen lapidis. *Plin.* 1. *N. H.* 37. 66. et 180.

**GÆUM** v. **GĒUM**, i, n. 2., nomen herbæ. *Plin.* 1. *N. H.* 26. 21. et 37. « Gæum radiculas tenues habet nigras, bene olentes. Medetur... pectoris doloribus etc. ».

**GAITANUS**, a, um, adject. v. seq.

**GAITANUS**, i, m. 2., subst., significat fort. materiam quandam ex qua fila conficiuntur. *Marcell. Med.* 8. 27. « De tribus cerasiis lapillos (it. *nòccioli*) pertundes et gaitano lino inserto pro phylacterio uteris ».

**GĂLĂTĬCUS**, a, um, adject. ¶ 1.° Coccineus. *Tertull. Pall.* 4. « Latioris purpuræ ambitio et galatici ruboris superjectio Saturnum commendat », *h. e.* pallium cocco galatico infectum. Cf. *Plin.* 9. *N. H.* 41. — ¶ 2.° adject. subst. a gr. γάλα, γάλατος (pro γάλακτος), lacteus. *Marc. Med.* 8. 7. « perunctiones... quæ appellantur galaticæ » et *Isid.* 20. *Orig.* 31. « (*escæ*) galaticæ a colore lacteo appellatæ ».

**GALBĔŎLUS**, demin. a *galbus*, viridis v. flavus, unde galbeoli, genus quoddam avium dicuntur apibus infestum, de quibus. *Schol. Bern.* ad *Virg.* 4. *Georg.* 14.

**GĂLĔŎNŸMOS** v. **GALLĔONYMOS**, a, m. 2. (γαλεώνυμος), nomen piscis. *Oribas. Syn.* 4. 17. « A Græcis vocantur malacoderma, id est molles habentes carnes, qualia sunt... galleonymi ».

**GĂLĔRUS**, i, m. 2. V. voc. in *Lexico.* — Addimus hic locum *Tertull. Pall.* 4. « Ob notam vittæ (*non* vitæ, ut *alii leg.*) et privilegium galeri ». Matronarum enim erat crinium attextorum compositio in modum galeri facta, quibus matronæ maxime caput velabant.

**GALGŬLUS**, i, m. 2., idem quod calculus. (V. *Löwe: G. L. N.* p. 50.), *Gloss.* II. 581. 15. « granum olivæ ». (Cf. *Löwe, Prodr. Gloss.* 40.).

**GALLĬCŎLA** v. **GALLĬCŬLA**, æ, f. 1., parvum calceamentum, quo utebantur pastores Galliæ. (V. *Lexicon*). *Gloss. Placid.* V. 71. 13. et *Löwe Prodr.* 298. 399. Etiam *Lucil. frg. incert.* LXXX. et *Paul. Fest.* p. 98. ubi *L. Müller* galluca et *Otfr. Müller* et etiam *Thewrewk* galliocæ *habent.*

**GALLŌDRŌMI**, sunt mangones discurrentes et fraude decipientes. *Gloss.* V. 620. 8. Coll. *Pallad. Hist. Laus.* 14. p. 37. 13. et *Hist. mon.* I. 3. p. 265.[D], ita videntur appellari mercatores per vel usque in Galliam currentes. (*Leumann*).

**GĀMELLA**, æ, f. 1., nom. demin. a *gamma*, parva gamma. Forma vulgaris idem quod CAMELLA (V. *Lexic.*). Cf. it. *Gamella* vas potorium militum. *Anecd. Helv. gramm. suppl.* 96. 3.

**GAMMA**, æ, f. 1.; etiam indecl., ut gr. γάμμα. *Cæl. Aur. Chron.* 5. 1. 19. « Aduncus in modum gamma litteræ ». Cetera V. in *Lexico.*

**GANTŬLA**, æ, f. 1., fort. nomen avis, ἀτταγήν. *Oribas. Syn.* 4. 3. et 16. (Var. *gattula* demin. a *catta*, i. q. *cattula*).

**GARGĂLA**, æ, v. **GARGĂRILLA**, æ, f. 1., est arteria quam asperam vel τραχεῖαν appellant. *Oribas. Eup.* 2. 1. *G.*

**GARGĂRISSO**, as, are, 1., idem quod gargarizo. (V. *Lexicon*). Gargarissare *Varr.* 6. *L. L.* 96. — Gargarissabi (= gargarissavi). *Aur. Front.* p. 69. 14. *N.* (apud quem etiam *Novius Com.* hac forma usus esse dicitur). — Item gargaridio eod. sensu. *Varr.* ap. *Non.* 117. 9. *Diosc.* 4. 68. *Ps. Diosc. de Vit. herb.* 62. et 95. *Anecd.* ed. *Rose* II. 143. 16. et 149. 5.

**GARGĂRIZĬO**, ōnis, f. 3., i. q. gargarizatio. *Cæl. Aur. Acut. exc.* p. 709.

**GARRĪTOR**, ōris, m. 3. (garrio). V. voc. in *Lexico*, ubi unicum exemplum est *Ammiani*, in quo non *garritor*, sed *garrula* legendum est.

**GARRĬUM**, ĭi, n. 2. (garrio), i. q. garritus, vox ficta ab *Isid.* 18. *Orig.* 15. 4. « Jurgium dictum quasi juris garrium, eo quod hi qui causam dicunt jure disceptent ».

**GARRŬLĀTĬO**, ōnis, f. 3. (garrulo), actus garrulandi sive inaniter loquendi, latratus. *Greg. Tur. Glor. mart.* 12. p. 496. et 25. p. 503.

**GARRŬLĒ**, adv. (garrulus), garriendo, garruli modo. *Porphyr. Hor. Sat.* 1. 1. 120. *Aug.* 1. *Ord.* 8. 22. *Don. Ter. Eun.* 903.

**GARRŬLO**, as, āre, a. 1., per deminutionem a *garrio* sed ejusd. fere significationis, *garrulare*, *garrire*, ap. *Prisc. gramm.* II. 431. 21. « Ut a sorbeo sorbillo, a garrio garrulo ». *Fulg. Myth.* 1. *præf.* p. 20. *M.* « Nec puellas inquirimus Hero atque Psychen poëticas garrulantes ineptias ». — Habet etiam formam depon. *garrulor*, ap. *Virgil. Taps. contra Arian.* 2. 21. « Istis, quæ Arius garrulatur tanquam inexpugnabili quæstione, nihil ineptius ». Adde *Greg. Tur. Vit. patr.* 2. 2. et 8. 5.

**GASACĬO**, ōnis, v. **GASACĬUS**, ĭi, m. 3. v. 2. (*a germ.* *ga-sakia) est qui ab altero in judicium vocatus est, adversarius *Lex Sal.* 50. 2. et 51. 1.

**GASTRĬMARGUS**, i. m. 2. (γαστρίμαργος), edax vorax, (lurcho, id est glutto. *Gloss.* V. 458. 40.), *Cassian. Inst.* 12. 7. *Mutian. Chrisost. Hom.* 31. 3. « Esau gastrimargus » ; et *ibid.* 31. 2. « gastrimargus, qui ventris servus extitit ».

**GAUDĔO**, habet etiam formam depon. *gaudeor*, ut fort. ap. *Papyr. Archiv. f. Pap.* 3. (1904.) p. 168. (*sæc.* IV). At cf. *Gramm. suppl.* 50. 2. « non enim dici potest gaudeor ».

**GĂVESSA** v. **GĂBESSA**, æ, f. 1., vas concavum, fort. i. q. gabata. *Mart. Bracc. Refert.* 3. « nec per multiplices abaco splendentes gavessas ».

**GAZŎPHȲLAX**, ācis, m. 3. (γαζοφύλαξ), thesauri custos. Legitur ap. *Cassiod. Jos. A. J.* 18. 8. et 20. 15. *Gloss.* III. 495. 21.

**GĔHENNA**, (geenna), æ, f. 1. V. voc. in *Lexico*, ubi Hebr. ; male pro ' : scriptum est, et omittitur adject. derivatum gehennalis, ad gehennam pertinens, ut *gehennale incendium*, ap. *Cassiod. de Amic.* 22. § 32. et *ibid.* 24. § 4. *gehennales pœnæ.*

**GĔHENNĀLIS**, e, adject. V. voc præc.

**GELELA**, æ, f. 1. *Ps. Diosc. Herb. fem.* 47. « Cucurbita agrestis quam Afri gelelam vocant »; *Cass. Fel.* 73. p. 176. et *Gloss.*: Coloquintida, coloquintis (= κολοκυνθίς). *Var.* gelila, gelda, gelaia.

**GĔLESCO**, is, ĕre, n. 3., i. q. gelasco. Translate : *Tert. Scorp.* 1. p. 146. « sanguis animi gelescit » (*edd.* gelascit).

**GĔLĬCĬDĬA**, æ, f. 1., i. q. gelicidium, v. gelu (*Gloss.*). *Itala Jer.* 36. (43.) 30. (*Wirc.*); *Pallad.* 2. 9. 1. etc. *Chiron.* 317.

**GĔMĬBĬLIS**, e, adject. (gemo), plorandus. *Hieronym.* in *Ezech.* 5. 15. *Vall.*

**GĔMĬNĀLIS**, e, adject., absol. sc. herba, genus salviæ. *Diosc. Vind. C.* 254. *N.* 99.

**GĔNĔARCHA**, æ, m. 1., (γενεάρχης), totius generis princeps vel caput. *Gloss.* IV. 346. 21.

**GĔNĔARCHĬA**, æ, f. 1., generis initium. Ap. *Gloss.* 4. 588. 33.

**GĔNĔARCHĬCUS**, a, um, adject., ad genearcham pertinens. *Julian. Epit. novell.* 29. 102.

**GĔNER**, i. m. 2., et etiam gener, eris; dat. *generi*, in *C. I. L.* III. 1584. — Plur. nomin. *generes ibid.* 8. 3492. et 7928. — Dat. *generibus* ap. *Acc. Tr.* 65.

**GĔNĔRĀTŪRA**, scelum (seclum ?), posteritas. *Gloss.* V. 204. 37.

**GĔNĔSĬĂCUS**, a, um, adject. (γενεσιακός), qui ad genesim, sive ad nascentium ortum refertur. *Eustath. Bas. Hexaëm.* p. 926.[B] et 929.[C]

**GĔNĔSĬDĬUM**, ĭi, n. 2. (genesis). i. q. libellus *Augustin. C. Faust.* 2. 1. et *ibid.* 2. 6. « Tam elegans vocabulorum fabricator Faustus fuit, ut et... Iohannis exordium "verbidium" nominaverit propter Verbum, sicut illud (*Matthæi*) propter genesim, "genesidium" ausus est appellare ».

**GĔNĔTĬUS**, adject., de quo *Incert. Gramm. Bern.* p. 88. *Hagen.* « Videndum, utrum genetius, an genetivus et reliqua dicantur ». Sed *ibid.* infra hæc forma reprobatur : « duo *u* scribi debent ».

**GĔNĔTO**, genito. *Gloss.* IV. 436. 32.

**GĔNĬTO**, γεννῶ. *Gloss.* II. 262. 33.

**GĔNŬFLEXĬO**, ōnis, f. 3., est genuum flexio, gr. γονυκλισία. *Apon.* 12. p. 241. cælestium, terrestrium et infernorum, trina genuflexio.

**GĔŎGRĂPHUS**, i, m. 2. (γεωγράφος), terræ descriptor. *Amm.* 22. 15. 4. *Mythogr. lat.* 3. 6. 25.

**GERMĬNĀLIS**, e, adject., qui ad germen pertinet. *Dionys. Exig.* vert. *Greg. Nyss. creat.* 8. p. 357.[A] « Post exanimem materiam... germinalem substantiam legislator expressit ». Adde *ibid.* p. 358.[A] et p. 400.[A]

**GERMĬNASCO**, is, ĕre, inchoh. n. 1., germinare incipio. *Cat. Agr.* 151. 4. ubi (*semen*) germinascere cœperit (*cod.* germen nascere); *Ambros. Cain et Abel* 2. 8. 26. translate: « fetus et fructus varios germinascere ».

**GĔRONTŎCŎMUS**, i, m. 2. (γεροντοκόμος), qui senes curat. *Novell. Justin.* 7. 12. p. 62. 18. et 36.

**GERRÆ**, ārum, f. plur. 1. etc. V. *Lexicon.* — Est etiam sing. *gerra* ap. *Varr. L. L.* 55., *Paul. Fest.* p. 94. 4. coll. *Charis.* 33. 14. et 549. 13. *Schol. Ter.* 126. 6.

**GERSAULA**, æ, f. 1., nomen avis, fort. i. q. herodio. *Isid. in Lev.* 9. 9. p. 326.[C]

**GĔRŪSĬARCHĒS**, æ, f. 1, (γερουσιάρχης), gerusiæ præses. *C. I. L.* 10. 1893. et 9. 6221.

**GESSUM**, i, n. 2., hasta vel jaculum. *Gloss.* IV. 597. 13.

**GESTĀTĬUNCŬLA** v. **GESTĬUNCŬLA**, res minuta. *Gloss.* Cf. *Gloss.* V. 298. 7. « gestatio, ipsa res » et 458. 54. « Gestita, jocolaris minuta ».

**GESTĬCŬLŌSĒ**, adv., cum crebris gestibus. *Don. Ter. Eun.* 903.

**GEUSĬÆ**, ārum, f. plur. 1., de significatione non constat ; certe partem aliquam interioris oris et fortasse faucium labra denotat. Recurrit ap. *Marcell. Med.* 11. 37.; 12. 19.; 15. 90.

**GIGARTA**, sunt granula interiora uvæ. *Galen. Alfab.* 3.; *Gloss. Pallad.* 12. 20.; *Cassiod. in Ps.* 8. præf. Etiam aliter scribitur, sed hæc lectio rectior videtur ex gr. γίγαρτον.

**GIGARUS**, est herba proserpinalis, quæ græce draconteum, gallice gigarus appellatur. Ita *Marcell. Med.* 10. 58. Adde *Gloss.* III. 562. 70.

**GILLUNCŬLUS**, i, m. 2., nom. demin. a *gillo*, i. q. gillo. *Vitæ Patr.* 3. 14. p. 746.[D]

**GIRBA**, æ, f. 1. mortarium. *Gloss.* V. 298. 32. « Pila ubi tessene (= tisanæ) piscantur (*Goetz* pistantur) ». *Cass. Fel.* 31. p. 65. etc. et *Diosc.* 1. 34. etc. in girba tundere.

**GIZERIA**, non gigeria, ut est in *Lexico. Lucil. sat.* 259. *Lachm.* (= 309.), *Petron.* 66. 2., *Apic.* 4. 141. et 181., 5. 200., *Paul. Fest.* 95., *Non.* 119. 20. — mss. ubique habent *gizeria*. Cf. et *Vahlen ad Lucil. Sat.* 259., 2. 29. *Lahm.*

**GLĀBRĒ**, adv., (glaber), cum levitate, polite. *Arnob.* 7. 59. p. 38. 28. *R.*

**GLĂBRĬO**, onis, m. 3. (glaber), qui pilos aufert. *Gloss.*; faciei disceptor v. discerptor. V. *Onom.*

**GLĂBRŌSUS**, a, um, adject. (glaber), pilis et translate arboribus et herbis nudatus, ut *mons glabrosus* ap. *Herm. Vulg. sim.* 9. 19.

**GLĂCĬESCO**, is, ĕre, n. 3. (glacies), in glaciem concresco. *Plin.* 20. *N. H.* 230. (ubi *codd.* etiam aliter). V. in *Lexico* ELACTESCO. et ibi ad confirmandam lect. *glaciesceret*, adde *Epit. Alex.* 25. « cum frigore omnis humor terræ coiret ac glaciesceret ».

**GLĂDĬANTES**, adject., absol. plur. fort. i. q. gladiatores. *Carm. Epigr.* 1319. 7. « Martios accentu stimulans gladiantes ad arma vocavi ».

**GLĂDĬĀTRIX**, icis, f. 3., quæ gladio pugnat. *Schol. Juven.* 6. 251.

**GLĂDĬUNCŬLUS**, i, m. 2., demin. a *gladius*, i. q. gladiolus. *Passio Polycarpi* 16. 1. (gr. ξιφίδιον).

**GLANDĀRIS**, e, adject., qui glandibus vescitur. *Plin.* 1. *N. H.* 10. 59.

**GLĀRĬA**, æ, f. 1., i. q. glarea. *C. I. L.* 8. 25. 32. *Fragm. B.* 9. ubi « fossa glaria dura ». Cf. it. *ghiaia.*

**GLAUCĬO**, is, ire, n. 4., verbum fort. onomatopoeicum ad notandam vocem ovis voci similis, *Physiogn.* 115. p. 134. glaucire ut oves.

**GLĒBO**, rusticus arator, stivarius. *Gloss.*

**GLĒBŌSĬTAS**, ātis, f. 3. (glebosus), est terrena compositio corporis mortui. *Potam.* 1. p. 1412.[C] pigra glebositas.

**GLIFĬA**, æ, f. 1. (cf. γλίφω), modus, ut videtur, scribendi vitiosus. *Virg. gramm. Epist.* p. 137. 12. *H.* « Solent tamen nostri... sæpe verba conserere quæ vitioso consuetu tam a veteribus quam etiam a recentibus scriptoribus inserta sunt, multas, ut reor, ob causas... propter ipsam glifiam, ut scilicet lectores impediant ». Apud *eund. Epit.* p. 77. 10. etiam **GLIFUS**: « scinderatio.... literarum... a glifis sensuque subtilibus recipitur ».

**GLŎBĀTĬO**, ōnis, f. 3. (globo), materiæ coacervatio. *Cereal.* 20. p. 762.[C] « Deus spiritus est, non caro ; intellectus est, non est globatio ; internum lumen est, non materies circumfusa ».

**GLŎBĔUS**, a, um, adject., i. q. globosus sive in globi modum conformatus, rotundus. *Chalcid. Comm. Tim.* 75. « mundi... constitutio... formam præferens globeam ».

**GLŎMUSCŬLUM**, i, n. 2., demin. a glomus, it. *gomitolo. Gloss.* V. 22. 23. et 70. 17.

**GLŌRĬUS**, a, um, (gloria) adject., cui *opp.* inglorius. Recurrit ap. *Charis. gramm.* 392. 16. *Barwick* « Glorius unius est gloriæ ; gloriator non habet causam gloriandi ; gloriosus pluribus ex causis esse cogitur ». Item in *Carm. Epig.* 506. 1. (sæc. III.).

**GLOSSIS**, (ĭdis ?), f. 3. (γλωσσίς), fort. nomen morbi, linguæ inflammatio. *Cæl. Aur. Acut. exc.* p. 482.

**GLUTTĪTĬO**, onis, f. 3. (gluttio), actus gluttiendi. *Ps. Soran. Quæst. med.* 59. « Quid est cataposis ? Gluttitio cibi et potus ab ore transvoratus ».

**GLUTTĪTUS**, us, m. 4. (gluttio), i. q. gluttitio. *Diosc.* 5. 39. *Schol. Virg. Bern. Georg.* 3. 431. (ubi *al.* gluttinatus).

**GLȲŌDES**, is, adject. (γλοιώδης), glutinosus. *Oribas. Eup.* 2. 1. *A.* 40. et *D.* 4. (*Var.* gliodis, gliotis).

**GLȲPHŎPŌEOS**, m. 2. (γλυφή *et* ποιέω), est signorum marmoreorum sculptor. Ita de Scopa ap. *Porph. Hor.* 4. *Od.* 8. 6.

**GNĀRĒ**, adv. (gnarus), scienter, perite. *Gloss.* II. 35. 7. gnare, ἀρχαιῶς ἐντρεχῶς.

**GNĀRĬGĀTĬO**, ōnis, f. 3., rei alicuius v. notitiæ narratio. (Cf. **GNARIGAVIT** in *Lexico*). Ap. *Gloss. Plac.* 5. 24. 23. in plur. num. « Gnarigationum, sermonum, colloqui(orum) ».

**GNĀRĬO**, is, ivi, ire, a. 4. (gnarus), communico alicui aliquid narro. *Paul. Fest.* 95. 17. et *Gloss.* II. 35. 12. (ubi *gnaritur*, γνωρίζεται).

**GNĀRĬTAS**, atis, f. 3. (gnarus). V. voc. in *Lexico.* — Etiam **NĀRITAS** occurrit ap. *Donat. Ter. Adelph.* 397. « ideo "nares" dictæ a naritate, quia nos odoratu doceant... prope esse, quod oculi adeo non vident ».

**GNARRAT**, narrat διηγεῖται. *Gloss.* II. 34. 38.

**GNOSTĬCĒ**, es, f. 1. (γνωστική), prima ars in medicinis, cognitio morbi. Ita *Fulg. Myth.* 3. 10.

**GŎĒTĬA**, æ, f. 1. (γοητεία), incantatio ap. *Augustin.* 10. *Civ. D.* 9. *D.* « Nefariæ curiositatis arte... quam vel magiam vel detestabiliore nomine goëtiam vel honorabiliore theurgiam vocant ». Adde *ibid. l.* 14.

**GŎLAIA**, æ, f. 1. (χελώνη), idem quod testudo. *Gloss.* passim.

**GŎNORRHOICUS**, a, um, adject. — 1.° gonorrhoeæ effectus, ut *gonorrhoica mors. Firm. Math.* 7. 3. 19. — 2.° qui gonorrhoea laborat, *ibid.* 3. 12. 13.

**GORGO**, (corgo), adv., fide, certe, sine dubio. *Paul. Fest.* 37, 6. (corgo), *Placid. gloss.* V. 24. 22. (gorgo), *Gloss.* II. 34. 47. et 36. 51. (ubi *goreo*, corr. *gorgo*, ἀναμφιβόλως).

**GRACCĬTO**, as, āre, n. 1, vocem anseris edo. *Anthol. Lat.* 762. 19. (fort. medii ævi).

**GRĂDĀBĬLIS**, e, adject. (gradus), qui transiri potest, ut *gradabilis fluvius* ap. *Jul. Val.* 26. (14.) p. 92. *Kuebler.*

**GRĂDĀLIS**, e, adject. (gradus), ad gradus pertinens, gradarius. Hinc *gradalis pugna* dicitur a *Diomed. gramm.* I. 477. 16. in qua pede collato miles gradatim sensim procedit urgetque hostem. — Hinc etiam *gradalis pes* metricus apud *eund. ibid.* « Unde non immerito inquit, melon hunc jambicum *gradalem* quidam nuncupant gradivoque Marti augurant, quod gradariæ pugnæ hujus effectu moveantur ».

**GRĂDĬTŪDO**, ĭnis, f. 3. (gradus), vis gradiendi. *Serv. Virg.* 3. *Aen.* 35. « (*Gradivus*) a graditudine, quod huc et illuc gradiatur ».

**GRAFĬO**, ōnis, m. 3., vox germanica. (Cf. *Graf*), est judex, v. judicis officialis « actionarius grafio ». (*Gloss.* V. 260. 62.); « Grafio, -nis vel causidicus est advocatus (*ibid.* 616. 46.) »; *Lex Sal.* passim.

**GRĀGŬLUS**, i, m. 2. (κολοιός), idem ac graculus, ap. *Varr.* 5. *L. L.* 76. Cf. *Charis.* 57. 19.

**GRAMMĂTĬCŎMASTIX**, īgis, m. 3. (γραμματικομάστιξ) est grammaticorum flagellum. *Auson.* 349. *in lemmate.*

**GRĀNASCO**, is, ĕre, n. 3 (granum), in granum convertor. — Translate. *Augustin. Serm.* 223. « Non vobis desunt imbres verborum Dei: non sit sterilis in vobis ager Dei. Ergo revirescite, granascite, maturascite ». Cf. *Pallad. Vet. med. ed. Sv.* 3. 2., ubi *granesco.*

**GRĀNĀTĪCĬUS**, a, um, adject. (granatus), ex malis granatis expressus. *Cass. Fel.* 47. « Polenta... cum vino melino, id est granaticio ». Adde *ibid.* 64.

**GRĀNĀTĬCUM**, adject. absol., i. e. vectigal e granariis collectum. *Greg. M. Epist.* 1. 42.

**GRANDĬLŎQUĬUM**, ĭi, n. 2., grandis et sublimis sermo. *Jul. Sev. Rhet.* 23. p. 369. « in argumenti... enucleata diligentia, in adfectibus grandiloquium quæritur ».

**GRANDĬNO**, as, passive: grandinatur *Zenon.* 2. *Tract.* 17. 1.; grandinantur *Augustin. Serm.* 8. 8.; vinea grandinata est, *Augustin.* in *Ps.* 37. 13.; 49. 22. et 76. 5. — Impers. grandinat, *Pacuv. præt.* 4., *Senec. Nat. Quæst.* 4. 4. 1.; fut. grandinabit, *Aur. Vict. Vir. ill.* 73. 7.

**GRANDĬUSCŬLUS**, a, um, adject., per deminutionem a *grandis* factus, (cui opp. *infans, parvulus*), aliquantum grandis, *grandicello.* Sic explicatur a *Prisc. gramm.* III. 496. 27. « A comparativis neutralibus majus et grandius inveniuntur deminutiva maiusculus... grandiusculus ». Et a *Donat. gramm.* IV. 374. 33. « Sunt nomina significatione deminutiva et intellectu comparativa, ut grandiusculus, majusculus, minusculus ». Legitur ap. *Augustin. Confess.* 9. 8. « Grandiusculæ puellæ » et 19. *Civ. D.* 12. 2. « Filii vel parvuli vel grandiusculi » et in *Ps.* 130. 13. « Ablactatur jam infans sed jam grandiusculus ». — *Ter. Andr.* 814. *Fleckeisen* et *Spengel* leg. *grandicula* (virgo).

**GRĀNUS**, i, m. 2., idem quod granum n. g., ut communius usurpatur. *Isid.* 19. *Orig.* 23. 7.

**GRĀPHĀRĬUM**, ĭi, n. 2., demin. a gr. γραφή, est medici præceptum scriptum, it. *ricetta.* Ap. medicos legitur ut *Soran.* 56., *Alex. Trall.* 1. 49. etc.

**GRĀTĬA**, æ, f. 1. V. in *Lexico.* — Alio sensu ap. *Tertull. c. Gnost.* 5. « Martyrium enim non de communi aliqua malitia certat cum idololatria, sed de sua gratia » *h. e.* certamen non est inter duo mala, utrum sit potentius, sed martyrium certat de sua gratia, nempe de suo bono, quod ab idololatria liberat. — Alib. merces, ut ap. *eund.* 2. *Marc.* 20.

**GRĀTĬĀLĬTER**, adv. benigne, per gratiam. *Fulg. Aet. mund.* p. 174. « quidquid Dei largitas gratialiter prærogaret ».

**GRĀTĬĀTOR**, ōris, m. 3., « arbiter, gratiator, unitor, fœderator, pacis factor ». *Gloss.* IV. 480. 41. *Cod. Leid.* 67. *E.* (*Löwe Prodr.* 410.).

**GRĀTĬDĬCUS**, a, um, adject. (grates *et* dico), qui gratias agit. *Rustic. Conc.*s I. 4. p. 68. gratidicæ voces.

**GRATĪLO**, as, āre, a. 1. latro. *Gloss.* I. p. 92. « catuli gratilant ».

**GRATĬO**, is, ire, n. 4., i. q. gratilo. *Eug. Tolet. Carm.* 41. 6. (= *Anth.* II. 730.) « dissona vox hominis... signat... quod gratit catulus » (*var.* glatit).

**GRĀTŬĬTO**, adv. V. *Lexicon.* — *Gratuita* in *Gloss.* II. 348. 41. corr. a *Goetz* « gratuito ». Item ap. *Cic.* 2. *Off.* 66. et *Suet. Cæs.* 17. *gratuitu* est falsa lectio pro *gratuito.*

**GRĀTŬLĀBĬLIS**, e, adject. (gratulor), qui gratulatur, lætus, *opp.* tristis. *August. Serm.* 285. 6. « vox gratulabilis " intra in gaudium Domini tui " ».

**GRĀVĬO**, as, etc. idem quod *gravo*, as, in *Itala* (Taurin.) *Matth.* 13. 15. « oculos eorum gravia ».

**GRĀVŌSUS**, a, um, adject., onustus, plenus, oneratus. *Gloss.*

**GRĔGĬCŬLUS**, i, m. 2., nom. demin. a *grege*, pusillus grex. *August. Ep.* 93. 49. « hæc pestilentia... vestrum gregiculum penetravit ».

**GRĔMĬUS**, ĭi, m. 2., forma omissa in *Lexico*, sed usurpata ap. *Charis. gramm.* 451. 26. *B. Auct. de Idiom. gen. gramm.* IV. 574. 43. — Gremiu ἀρχ. acc. *C. I. L.* 1. 33.

**GRESSUS**, us, m. 4. (gradior). V. voc. in *Lexico.* — Monemus ap. *Cic.* 1. *Off.* 131. nunc legend. *in ingressu.*

**GRESSŪTUS**, a, um, adject. (gressus). Ita in *Gloss.* IV. 347. 50. et V. 544. 8. « Gressutus, pedester », et in *Gloss.* ap. *Mai, Class. Auct.* 8. p. 249. « Gressutus, id est magnos gressus habens, sicut manutus dicitur qui habet magnas manus ». *Ps. Augustin. Categor.* 7. gressutum animal.

**GRŌSA**, v. **GROSSA**, æ, f. 1., est instrumentum rasorium. *Gloss.* V. 206. 9. « Grosa rosaria (rasoria ?) argentari[i] » et III. 207. 44. ξυστήρ; *Arn. Nat.* 6. 14. « simulacra... grosis rasa »; *Chiron.* 593. « Ubi bene ossum cecideris grosa rades ».

**GROSSĀMEN**, ĭnis, n. 3., crassitudo, it. *grossezza. Itala* III. *Reg.* 7. 12. (*Legion.*) « grossamen columnæ » (deest in *Vulg.*, gr. πάχος).

**GROSSESCO**, is, ĕre, incohat. 3., grandior fio, incresco, intumeo, it. *ingrossare. Greg. M. Reg. past.* 1. 11. « humore defluente infirmatæ palpebræ grossescunt ». Translate ap. *eund. Moral.* 5. 61. « mens grossescit » et *Epist.* 9. 147. « culpa grossescit ».

**GRŬGŬLO**, as, āre, n. 1. *Gloss.* I. p. 93. « equi hinniunt vel grugulant ».

**GRŬĪNUS**, a, um, adject., ad gruem pertinens. *Marcell. Med.* 18. 7. « adipes gruina ». *Plin. Val.* 5, 33. « pedes gruini ».

**GRŪTĀRĬUS** v. **SCRŪTĀRĬUS**, ĭi, m. 2., scrutorum venditor. *Gloss.* III. 201. 57. γρυτοπώλης. (Cf. *Gloss.* II. 265. 26. « scrutarius γρυτοπώλης). *Charis. Syn. Cic.* p. 445. 10. *B.* « scrutarii, grytarii, mangones, capones, dardanarii ».

**GRŪTĀRĬUM**, ĭi, i. q. gr. γρυτάριον. *Pallad. Hist. mon.* II. 9. p. 354.A « Grutaria (*q. e.* frivola) vendens ».

**GŬBERNĀBĬLIS**, e, adject., qui gubernari potest. *Sen.* 3. *Nat.* 29. 2. « Corpus natura gubernabile ».

**GŬBERNĀTĪVUS**, a, um, adject., ad gubernium pertinens, gubernatoria, ut *gubernativa sapientia. Novell. Justin.* 98. *præf.*

**GŬBERNĀTŌRĬUS**, a, um, adject., gubernatoris proprius, ut *gubernatoria disciplina*, ap. *Mutian. Chrysost. hom.* 8. 4. p. 297. — Absol. ap. *Orig.* in *Matth.* 18. 12. p. 1616.C « Gubernator, qui dicit gubernatoriam » (*subaud.* artem).

**GŬBERNĀTUS**, us, m. 4., i. q. gubernatio. *Ps. Rufin.* in *Os.* 3. 1-5.

**GŬBĬO**, ōnis, m. 3. (*Pol. Silv. Chron.* I. p. 544.) et **GUBIUS**, ii, m. 2. (*Oribas. Syn.* 8. 3., i. q. **GOBIUS** q. V. in *Lexico.*

**GŬLŌSĬTAS**, ātis, f. 3. (gulosus), gulæ vitium. vel gulæ aviditas, it. *golosità. Greg. M.* in I. *Reg.* 5. 1. 4. et *Avian. Fabul. apol.* 30.

**GUNNA**, æ, f. 1., mastruca, vestis pellicea, *Schol. Bern. Virg. Georg.* 3. 383. *Anth. Lat.* 209. 4.

**GUNNĀRĬUS**, ĭi, m. 2. (gunna), gunnarum fabricator. *Gloss.* V. 441. 32. « gunnarii, artepellones ». *Papyr. Marini* 74. 6. 8. « Laurentius.... gunnarius ».

**GUNTA** v. **GUNTHA**, æ, f. 1., vox significationis incertæ quæ leg. in *C. I. L.* XIV. 4295. (*in margine putealis*) « guntas fecerunt » et *ibid.* XI. 6222. « cenationem ad guntham ex voto ædificavit ». Cf. gr. γούντη.

**GURGA**, æ, f. 1., nom. idem ac gurges. *Gromat. Vet.* 330. 19.

**GURGĬTO**, as, āre, a. 1., fere i. q. ingurgito. *Cassiod.* in *Ps.* 35. 8. « " inebriabuntur ".... qui vino nimio gurgitati mente tepescunt ».

**GURGO**, ōnis, m. 3., garrulus. *Gloss.* V. 299. 22. (Cf. *Gloss.* IV. 81. 25. garro, garrulus, verbosus); *Virg. gramm. Epit.* p. 18. et *Epist.* p. 121.

**GUSTŬLUM**, i, n. 2., dem. a *gustus. Apul. Met.* 2. 10. « dulce et amarum gustulum carpis »; *ibid.* 9. 33. « cogitas... gustulum nobis præparare ».

**GUTTĬO**, is, ire, n. 4. *Gloss.* V. 299. 18. « guttit, paulatim pluit » et 459. 18. « guttit, stillicidium, id est guttæ quæ ab altitudine cadent ». *Charis. gramm.* p. 478. 19. *B.* « guttio, ῥανίζω ».

**GUTTO**, as, āre, n. 1. « guttat, στάζει. (*Gloss.* II. 36. 46.), parum pluit (V. 299. 18. etc.) ». (Cf. *Osb.* p. 263. « g u t t i t a r e sæpe g u t t a r e, quod et g u t t i r e dicitur »). *Cassiod. var.* 1. 46. 1. « aquis guttantibus ».

**GUTUATER**, tri, m. 2., vox gallica, fere idem ac sacerdos in *C. I. L.* XIII. 1577. (*sæc.* I. p. *Chr.*), 2585. 11225. et 11226.

**GYMNĀSĬUM**, ĭi, n. 2. Etiam gyminasium ap. *Varr.* 1. *R. R.* 55. 4. *Goetz Catull.* 63. 60. (*cod. opt.*). — Hinc g u m i n a s t i c u s adject. ap. *Næv. tit. com.* V. *Ribbeck com. fragm.* p. 52. et cf. *Rischl. opusc.* 2. 483.

**GYNÆCANTHĒ**, es, f. 1., genus vitis ap. *Plin.* 23. *N. H.* 27. « Est... nigra (*vitis*), quam proprie bryoniam vocant, alii Chironiam, alii gynæcanthen vel apроniam ».

**GYPSŌDES**, (es), adject. (γυψώδης), qui colorem habet gypsi, sc. albus et subcanus. *Chiron.* 72.

**GȲRŎVĂGUS**, a, um, adject. (gyrus *et* vagus), circumvagans. (*Gloss.* V. 413. 40.), it. *girovago. Bened. Reg.* 1. « Quartum... genus est monacorum quod nominatur gyrovagum, qui... per diversas provincias ternis vel quaternis diebus per diversorum cellas hospitantur, semper vagi et nunquam stabiles ».

# H

**HĂBĔO**, es, etc. V. in *Lexico.* — Est græcorum ἔχειν in utraque significatione ut sit et *posse* et *debere.* — *a*) *Tertull. Apol.* 22. « Habent de incolatu aeris etc. » *h. e.* possunt incolentes et mansionem habentes in aere etc. — *b*) *Id. Anim.* Ceterum totiens animam revocari habere, quotiens minus quid intulerit » *h. e.* debere revocari.

**HĂBĬLĒ**, adv. (habeo), i. q. habiliter. *Gloss.* II. 316. 20. εὐαρμόστως. Etiam *facile* signif. ap. *Greg. Turc. Hist. Fr.* 7. 2. et 9. 16.

**HĂBĬLIS**, e, adject. dicitur etiam qui se habet, id est integer, fortis. *Gloss.* IV. 348. 8.

**HĂBĬLĬTER**, adv. V. *Lexicon.* — Addimus superl. *habilissime* ut est in *Greg. Turon. Glor. mart.* 50. p. 523. 15.

**HĂBĬTAS**, atis, f. 3. (habeo), habitus, qualitas. *Chiron.* 327.

**HĂBĬTĀTĬUNCŬLA**, æ, f. 1., nom. demin. ab *habitatio*, parva habitatio, habitaculum. *Hieronym.* in *Abd. ante med.* « Omnis australis regio Idu-

mæorum in specubus habitatiunculas habet ». Adde *Salv. de Gub. Dei* 5. 38.

**HABRŎDĪÆTUS**, i, m. 2. (ἁβροδίαιτος), qui molliter vivit. *Plin.* 35. *N. H.* 71.

**HADRA**, æ, f. 1., idem ac lapis. *Schol. Bern. Virg. Georg.* a. 158. *Hag.*

**HÆDĪLĬA**, æ, f. 1. (ædulus) parva capra. *Gloss.* ἔριφος hædus, ἐρίφιον hædilia ». V. HÆDULLA in *Lexico*.

**HÆMĀGŌGUS**, um, adject. (αἱμάγωγος), qui sanguinem educit, ut *pessarium hæmagogum* ap. *Soran. app.* 43. et *Cass. Fel.* 80. p. 192. 7.: « hæmagogum clysteren » ap. *Oribas. Syn.* 1. 19. p. 825.

**HÆMĀLOPS**, ōpis, m. 3. (αἱμάλωψ), suffusio sanguinolenta oculorum. *Diosc.* 2. 60.

**HÆSĪTĀBĬLIS**, e, adject. (hæsito), qui hæsitat v. dubitat. *Mutian. Chrysost. Hom.* 22. 1. p. 373.

**HÆSĬTANTER**, adv. (hæsito). *Gloss.* cunctabunde, *Augustin. Serm.* 117. 10. 17. « titubanter atque hæsitanter » (*opp.* certius et clarius).

**HĀGĒTĒR**, (*accus.* agetēra), m. 3. (ἁγητήρ), dux, de Hercule dicitur ap. *Plin.* 34. *N. H.* 56.

**HAGNEUONTES**, m. pl. 3. (ἁγνεύω, purum facio v. fio), qui se sanctificant (*Gloss.* IV. 13. 24., V. 164. 44), qui se castificant *Rufin. Hist.* 11. 23. p. 1027. 6. (græce script.).

**HĀLĀTĬO**, ōnis, f. 3. (halo), actus halandi, exhalatio. *Cassiod.* in *Ps.* 37. 13. « halationes ejus (*Job*) uxoris charitas sustinere non potest ».

**HĂLŎSANTHUS** v. **HĂLŎSANTHOS**, i, m. 2. (ἁλὸς *et* ἄνθος) flos salis, sc. « veluti pinguamen, quod aqua supernatat ». (*Galen. Alfab.* 10.) quodque « invenitur super petras Nili fluminis et in stagnis ipsius » (*Diosc.* 5. 37.). — *Philagr. Med.* 4. p. 120. *Diosc.* 5. 87. *Alex. Trall.* 1. 127. et *Oribas.* 2. 1. A. 14.

**HALLELUJA**, scribitur etiam cum aspiratione, ut ap. *Paul. Nol. Epist.* 32. ad *Sever.* 5.; item adj. *hallelujaticus*, ut *Psalmi hallelujatici* ap. *Augustin. Ps.* 165. 1. V. supra *Alleluja*.

**HAMĀTĬLIS**, e, adject. (hamus) ad hamum pertinens, ut *hamatile spiculum* ap. *Tertull. c. gnost.* 1. h. e. aduncum in summo, quod inter vulnerandum restringit illa nodorum series et de venula infundit venenum suum ulceri retrahens. Adde *Plaut. Rud.* 299. (ut in *Lexico*) et hinc *Front.* p. 224. 14. (sed iuxta al. hammatilem).

**HĀMĀTŌRES**, ōris, m. 3. (hamo), qui hamo piscatur. *Gloss.* V. 601. 32. « hamatores, piscatores ».

**HAMMĪTIS**, ĭdis, f. 1. (ἀμμῖτις). V. voc. in *Lexico*. — *Isid.* tamen 16. *Orig.* 4. 29. habet *ammites*, æ, m. (ἀμμίτης), gemma ignota, similis nitro, sed durior, quæ gignitur in Aegypto vel Arabia.

**HĂPĂLOCRŎCŌDES**, is, n. 3. (ἁπαλός lenis et κροκῶδες) est genus collyrii. *C. I. L.* XIII. 10021. VII. 1319.

**HĂRĬŎLUS**, (ariolus), m. 2. V. *Lexicon.* — Etiam fariolus (*Donat.*) Addimus ex *Gloss. Placid.* V. 25. 2. « Harioli dicuntur insani, qui spiritu nescio quo inflati vaticinantes circa aras et templa discurrunt atque bacchantur ».

**HĂRUSPĬCĀTĬO**, ōnis, f. 3. (haruspex) extorum inspectio. *Act. Lud. Sept. Sev.* 3. 78.

**HASTĪLĬĀRĬUS**, ĭi, m. 2. (hastile). 1. Est genus præfectorum equitum legionis, ut in *C. I. L.* VIII. 2562. 7. et etiam genus præfectorum equitum singularium imperatoris. *C. I. L.* VI. 3192. 2. V. *Domaszewski, Westd. Zs.* 14. 1895. 88. 93.

**HASTĪNA**, æ, f. 1. (hasta), δόρυ, ἀκόντιον. *Gloss.* II. 68. 21. V. *Rönsch. Coll. Phil.* p. 202.

**HASTO**, as, āvi, ātum, āre, a. 1. hasta armo v. munio, ap. *Virgil. gramm. Ep.* 5. p. 165. 29. *H.* et 166. 3. *H. Gloss. nov. Latin.* p. 27. « Hastavere se omnes et calciaverunt et scutantes se inruerunt ». — Hastatæ turmæ ap. *Val. Flacc.* 6. 120. etc.

**HĔBĔFACTUS**, a, um, adject. (hebes *et* facio), hebes factus, stupefactus, attonitus. *Vita Sim.* 16. p. 332.[B] (*Migne* 73.) « hebefactus planxi amarissime ».

**HĔBĔTISSĬMĒ**, adv., superl. (hebes), stultissime. *Jul. Ecl.* (*Augustin. op. imperf.*) 5. 25. p. 1462. hebetissime calumniari.

**HĔCĂTOMPŎLIS**, is, f. 3. (ἑκατόμπολις), nom. gr. ab ἑκατόν, *centum* et πόλις, *urbs*. Epitheton est Cretæ insulæ, centum urbibus insignis. *Serv. Aen.* 3. 103. et *Isid.* 14. *Orig.* 6. 15. « Fuit autem quondam (*Creta*) centum urbibus nobilis, unde et hecatompolis dicta est ». Cf. *Strab.* 8. 362.

**HĔCĂTONTARCUS**, i, m. (ἑκατόνταρχος) qui centum militibus præest. *Ps. Rufin.* vert. *Jos. B. J.* 3. 5. p. 712. et 713. etc. (*ed. Basil.*).

**HECCĒDĔCĂSYLLĂBUS**, (a), um, adject. (ἑκκαιδεκασύλλαβος), est versus sexdecim syllabas habens. *Fortun. gramm.* VI. 302. 6. *Mar. Victorin. gramm.* VI. 181. 11. et 167. 21. *Diom. gramm.* I. 505. 25.

**HĒDŬPHAGĒTĬCA**, (ex gr. conj. ἡδυφαγητικά), est titulus comœdiæ Ennii. *Apul. Apol.* 39.

**HĒGŪMĔNUS**, i, m. 2. (ἡγούμενος), est archimandrita, seu abbas qui monasterio præest, ap. *Vict. Tonn. Chron.* II. p. 202. et *Conc.*[s] II. 5. p. 117.

**HEIC**, adv., *arch. pro* hic. *C. I. L.* I. 551. 590. 1007. 1009. 1297. Apud *Lucil.* 9. 15. et 29. 117. heic. Ita ex conject. *Müllery*, ut heice 9. 21.

**HELCŌDES**, (es), adject. (ἑλκώδης), ulcerosus. *Orib. Syn.* 5. 15. et 17.

**HELCŌSIS**, is f. 3. (ἕλκωσις), est vulneratio jecoris. (*Gloss.* III. 600. 36.) vel epatis (*ibid.* 601. 1.).

**HĔLĔOSPĂRĂGUS**, vel **HĔLȲOSPĂRĂGUS**, i, m. 2. (ἕλειος ἀσπάραγος), genus quoddam asparagi. *Alex. Trall.* 1. 47. « caulis et rapa et helyosparagus ».

**HĒLĬŎDRŎMUS**, i, m. 2. (ἡλιοδρόμος), est gradus initiationis Mithriacæ. *Hieronym. Epist.* 107. 2. 2. p. 292. (V. *Cumont*: *Die Myst.* d. Mithra[3] 1923. 138. *sqq.*).

**HĒLĬŌSIS**, *acc.* -*in*, f. 3. (ἡλίωσις), terminus technicus medicinæ, i. q. apricatio. *Cæl. Aur. Chron.* 4. 1. 1. et 4. « Sole corpus torrendum, quod Græci ἡλίωσιν vocant ». *Cass. Fel.* 54. p. 141. 2. « solatione quam heliosin vocant ».

**HĒMĬASTĂTON**, abl. -ō, n. 2. (ἡμιάστατον), est figura rhetorica de qua *Sacerd. gramm.* VI. 469. 31. « emiastaton est... cum dictio continet speciei ignorantiam et scientiam generis ».

**HĒMĬŌBŎLĬON** et **HĒMĬŌBŎLUM**, n. 2. (ἡμιωβόλιον) dimidium oboli, pondus. *Marcell. Med.* 16. 8 et *Diosc.* 4. 160.

**HĒPĂTĬĀRĬUS**, a, um, adject. (hepar), hepaticus. *Plaut. Curc.* 219.

**HĒPĂTUS**, i, m. 2. (ἥπατος), nomen piscis colorem habens hepatis. *Oribas. Syn.* 4. 14. p. 14. Cf. *Aristot.* 2. *Hist. Anim.* 17. 27.

**HEPTĂLYCHNUS**, i, m. 2. (ἑπτάλυχνος), candelabrum Hebræorum septem lucernas habens. *Petr. Crisol. Serm.* 134. p. 654.[B] Cf. infra HEPTAMIXOS.

**HEPTĂMĔRĒS**, adject. (ἑπταμερής), qui septem partibus constat. *Ter. Maur.* 1957.

**HEPTĂMYXŎS**, ŏn, (ἑπτάμυξος), adject. gr. septem ellychnia habens. — Translate. *Interpr. Iren.* 5. *Hær.* 20. 1. de prædicatione veritatis quæ est « eptamixos lucerna ». *Ps. Ambros. Apolog. David* II. 9. n. 49. « Lux Christi in lege præcessit, cuius postea in evangelii gratia, quasi in heptamyxo Spiritu, universa mundi huius implevit » *h. e.* in septiformi Spiritu. Alluserunt Irenæus et Ambrosius ad candelabrum veteris legis, in quo erant lucernæ septem, quibus septiformis gratia Sancti Spiritus designabatur.

**HEPTĂTĬCUS**, i, m. 2. *subaud.* codex, liber, h. e. heptateuchus. *Greg. M.* 12. *Epist.* 30. « Codicem heptatici de substantia Antonini dari volumus ».

**HERBĂCANTHUS**, i, m. 2. (herba et ἄκανθος), i. q. acanthus. *Serv.* 1. *Aen.* 649. « (*acanthus*) genus virgulti flexuosum, quod vulgo herbacanthum dicunt ». *Pass. coron.* 3. p. 328. 26. et 4. p. 330. 1. *W.*

**HERBĀGO**, ĭnis, f. 3. (herba), est nomen herbæ, quæ græce dicitur ποταμογείτων. *Ps. Diosc. Vind.* 4. 100. p. 256.

**HERBĀNUS**, a, um, adject. (herba), qui herbis pascitur. *C I. L.* X. 6012. 6012. (a. 249.) « ursis herbanis ».

**HERBĪTUM**, i, m. 2. (herba), locus herba abundans, herbetum, herbitium. — Est etiam nom. vulgare rhododendri ap. *Isid.* 17. *Orig.* 7. 55. « Herbitum (*al.* herbetum) vocaverunt pastores eo quod vice herbæ præbeatur pecoribus, ubi desunt pascua ».

**HĒRĒDES**, is, m. 3. idem ac heres. *Itala Gal.* 4. 1. (*cod.* d). *Commod. Apol.* 380. *Ven. Fort. Carm. App.* 34. 12.

**HĒRĒDĬFĬCO**, as, āre, a. 1. (heres *et* facio), hereditate accipio, heredito. *Interpr. Iren.* 4. *Hær.* 22. 1. « Hic est enim finis humani generis heredificantis Deum ».

**HERMON**, anatema *Gloss.* IV. 61. 12. V. 364. 54. (Vox est hebraica a rd. חרם *haram* h. e. devovit). Cf. *Rönsch, M. Rh.* XXXI. p. 461.

**HĒRŌAS**, ădis, f. 3., idem ac herois. *Placid. Gloss.* V. 24. 30.

**HĒRŌĬDA**, æ, f. 1., idem ac herois v. heroas. *Fulg. Myth.* 1. *præf.* p. 4. *M.*

**HERPĒN**, *acc.* -ēna, ~~m. 3. (ἑρπήν)~~, genus morbi qui se papulis rubris per corpus ostendit, *erpete.* Ita *Ps. Diosc. Herb. fem.* 29.

**HESTERNUS**, a, um, adject., est etiam novus, nuperus. *Tertull. c. Prax.* 2. « Etiam ante priores quosque hæreticos, nedum *Praxeam* hesternum ».

**HEXĂHEDRUM** et **EXAHEDRUM**, i, n. 2. (ἑξάεδρον) est corpus solidum sex lateribus constans. *Chalcid. Tim.* 53. « exahedra et octahedra ».

**HEXDĔCĂSYLLĂBUS**, a, um, adject., i. a. ECCEDECASYLLABUS (v. supra) *Shol. Hor.* 1. *Od.* 11. *pr.*

**HĬĔRANTHĔMIS**, is, f. 3. (ἱεράνθεμις), nomen herbæ. *Ps. Apul. Herb.* 23. *l.* 10.

**HĬĔRARCHĬA**, æ, f. 1., sacer principatus. *Gloss.* III. 279. 6.

**HĬĔRARCHĬCUS**, a, um, (ἱεραρχικός), ad hierarchiam pertinens. Abs. *Greg. M.* 3. *Epist.* 2. « Convenientibus hierarchicis cunctisque cleri primoribus ». *h. e.* qui primas tenent in hierarchia, ut archiepiscopi et episcopi.

**HĬĔRŎCŎMĬUM**, ĭi, n. 2. (γηροκομεῖον), locus ubi senes curantur, *casa di ricovero. Greg. M. Epist.* 11. 2. p. 261. 20. « lectisternia in hierocomio... quod constructum est deesse ».

**HĬĔRŎPRĔPES**, es, adject. (ἱεροπρεπής), dignus sacerdos ap. *Avit. Brac. Lucian. Epist. rec.* A. 2.

**HĪLUM** v. **HILLUM**, i, n. 2., idem ac hilla. *Schol. Hor.* 2. *Sat.* 4. 60. « Hillæ et hilli dicuntur salsa intestina. Hirri positivus est, diminutive hilli dicuntur; hæc illa quidam in deminutione neutri generis esse dicunt, alii hilli sive hilla farfata salsicia ». Cf. *Charis. gramm.* p. 130. 16. *B.*

**HINC**, de hac re. *Hinc viderit*, phrasis Tertullianea pro eo quod est: non curo, mea nihil refert, ut 1. *c. Marc.* 1. « Si quid gestum est nobis adversus Marcionem, jam hinc viderit ».

**HINNĬCŬLA**, æ, f. 1., idem ac hinnula. *Ps. Augustin. Serm app.* 265. 6.

**HIPPĪTO**, as, āre, idem ac oscito. *Gloss.* passim et ap. *Loewe Prodr. Gloss.* 4. 12.

**HIRCĬGĔNA**, æ, m. 1. (*fort. ab* hircus *et* gigno), qui ab hirco originem ducit, ab *Anth. Lat.* 682. 2. inter Panis epitheta recensetur.

**HIRNĬŎLA**, æ, f. 1. (*demin. ab* hirnea), parva hirnea. *Diom. gramm.* 1. 326. 22.

**HIRQUĬCŎMANS**, antis, adject. (hircus *et* coma), qui comam hircinam habet. *Querul.* p. 32. 19.

**HISPĬDĬTAS**, ātis, f. 3. (hispidus), status ejus qui hispidus seu trucis animi est. *Gloss.* (= *Anth.* 19. 7.).

**HISTŎRĬĀLĬTER**, adv. (historialis), secundum rationem rerum gestarum. *Gaudent. Serm.* 7. 9. *G. Philastr.* 107. 11. *Schol. Virg. Bern. ecl.* 9. *præf.*, *et al.*

**HISTŎRĬŎLA**, æ, f. 1. (*demin. ab* historia), brevis historia. *Isid. Vir. ill.* 46. « (*Maximus cæsaraugustanus scripsit*) brevi stilo historiolam de his quæ temporibus Gothorum in Hispaniis acta sunt ».

**HISTŎRĬUNCŬLA**, æ, f. 1. (*demin. ab* historia), fere idem ac historiola ap. *Jord. Rom.* 6. « (*Cupio*) in modum historiunculæ.... gesta strictim breviterque collegere ».

**HISTRĬŌNĬUS**, a, um, adject. (histrio) ad histrio-

nem pertinens. *Cæcil. com.* 181. — Absolute fem. *histrionica* sc. *ars Plaut. Amph.* 90. *Senec.* 9. *Contr.* 2. 1. *Macr.* 3. *Sat.* 14. 12.

**HĬULCĀTĬO**, ōnis, f. 3. (hiulco) idem ac hiatus. *Sacerd. gramm.* VI. 454. 19.

**HŎLŎCAUSTŎS**, ŏn, (ὁλόκαυστος), idem ac holocaustus, dictum de tota (ὅλος) victima combusta (καυστός). *Cypr. Test.* 3. 15. et 20.

**HŎLŎCAUSTŌSIS**, f. 3. (ὁλοκαύστωσις), rectius holocautosis. — Est idem ac holocaustum. *Itala Levit.* 6. 9. et 10. apud *Augustin.* 3. *Quæst.* in *Heptat.* 10. « Ista holocaustosis super incensionem ejus super altare etc.». Adde *ibid.* 9. — *Accus.* holocaustosin *ibid. Levit.* 6. 10., et holocaustosim *Augustin.* 17. *Civ. D.* 7. *D.*

**HŎLŎGRĂPHĬA**, æ, f. 1. (ὅλος *et* γράφω). *Gloss.* V. 301. 4. « propria manu totum conscriptum testamentum », *testamento olografo.*

**HŎLŎLAMPUS**, a, um, adject. (ὅλος *et* λάμπω), qui undique lucet. Sic interpretatur etymon vocis " Olympus " a *Serv.* 4. *Aen.* 268. et ab *Isid.* 14. *Orig.* 8. 9.

**HŎLŎSĒRĬCĀTUS**, a, um, (holosericus), totus ex serico, ut *vestis holosericata* (*opp.* pannosa). *Augustin.* in *Ps.* 85. 3.

**HŎLŎVITRĔUS**, a, um, adject., totus vitreus v. ex vitro. *Primas.* in *Epist.* ad *Hebr.* 10. « Holocaustum dicebatur sacrificium, quod totum cremabatur in altari, quasi totum incensum; sicut holovitreum, totum vitreum». *Gloss. Scalig.* V. 606. 38. Cf. *Loewe, Prodr. Gloss.* XIV. Adde *Ps. Ambr. Act. Seb.* 16. 54. « cubiculum holovitreum ».

**HŎMĬCĪDĀLĬS** et **HŎMĬCĪDĬĀLĬS**, e, adject. (homicida) ad homicidium pertinens, *micidiale*, ut *anima homicidalis* ap. *Augustin. Serm.* 8. 7; *Interp. Iren.* 1. *Hær.* 6. 3. « homicidiale spectaculum » et *ibid.* 3. 16. 8. « sententia homicidialis ». Adde *Dioscor.* 1. 144., 4. 79. etc.

**HŎMĬCĪDĬĀLĬTER**, adv. (homicidialis), homicidiali modo, sicut homicida. *Interpr. Orig.* in *Matth.* 14.

**HŎMĬCĪDĬĀTOR**, ōris, m. 3. (homicidium) ἀνδροφόνος. *Gloss.* III. 508. 8.

**HŎMĬCĬDĬŌSUS**, a, um, adject. (homicidium), qui homicidia perpetrat v. ad homicidia promptus est. *Philo Vita contempl.* 9.

**HORCISTA**, æ, f. 1., mulier dissoluta seu mima in veterum orchestris. *Cassiod.* 4. *Var.* 51. 8. « His (*rusticis*) sunt additæ horcistarum loquacissimæ manus ». Cf. *l. de Divin. litt. c.* 30.

**HORDĬOR**, āris, āri, (hordium = hordeum), hordeo saturo. *Pelag. Vet.* 5. p. 47. — Partic. *hordiatus* ap. *eund.* 19. 278. (al. *hordeatus*).

**HORTĬCŎLUS**, i, m. 2. (hortus *et* colo), i. q. hortulanus. *Appon. in Cantic. l.* VII. p. 27. *Mai.*

**HOSPĬTĬA**, æ, f. 1. idem quod hospitium. *Prob. app.* (*IV.*) 194. 18.

**HOSPĬTO**, as, āre, n. 1., idem quod hospitor, hospes sum, deversor. *Augustin. Serm.* 160. 3. *Mai.*

**HUC**, pro quo etiam *hoc* ap. *Plaut. Capt.* 480.; *Merc.* 871. *Pers.* 605. etc., *Ter. Eun.* 394. et 501., *Virg.* 8. *Aen.* 423. — Hoc et illoc ap. *Petron.* 39. 8.

**HŪMĬLIS**, e, adject., v. voc. in *Lexico*, ubi superlat. *humillimus* ponitur; addimus tamen etiam *humilissimus* posse usurpari, ut ap. *Ps. Cyprian. adv. Jud.* 6.

**HŪMĬLO**, āvi, ātus, āre, pro humilio habet *Itala* (*Psalt. Veron.*) *Ps.* 38. 3.; 74. 8.; 89. 15. *Itala cod. Aug.* et *Freis.* 2., *Cor.* 12. 21., *Lact. Epit.* 48. 2. (cod. *Plaff.*). *Coripp. Joh.* 6. 494. et 7. 404.

**HŸPOBRĂCHYS**, ys, *acc.* -yn, adject., versus membrum, quod constat – ⏑ – – –. *Diomed. gramm.* 1. 481. 19.

**HŸPŎCAUSTĒRĬUM**, ĭi, n. 2., idem ac hypocaustum, *h. e.* vaporarium. *Compend. Vitr.* 16. p. 300. 18. *Rose* p. 274. *Krohn.*

**HŸPŎLŸDĬUS**, a, um, adject. (ὑπολύδιος), ad harmoniam pertinens antiquissimæ græcorum musicæ. *Censorin. fr.* 12. 2. et *Boët. Inst. music.* p. 342. 13. *Fr.*

**HYSTĒRA**, æ, f. 1. (ὑστέρα), uterus. *Interpr. Iren.* 1. *Hær.* 31. 2.

# I

**ĬAMBŌDĒS**, (es), adject., absol. adhib. subaud. *pes* (ἰαμβώδης). *Diom. gramm.* I. 482. 3. « iambodes ex brevi et longa et brevi et longa et brevi temporum septem ».

**ĬAMBOGRĂPHUS**, i, m. 2. (ἴαμβος *et* γράφω), qui iambicos scribit. *Mar. Victorin. gramm.* VI. 81. 35.

**ĬATRŎMĒA**, æ, f. 1. (ἰατρόμαια), obstetrix. *C. I. L.* VI. 9477. et 9478.

**ĪBER** et **IMBER**, bri, m. 2., vox peregrina. *Plin.* 8. *N. H.* 199, « Genus musmonum.... quorum e genere et ovibus natos prisci ibros vocaverunt ». *Gloss.* II. 75. 52. « Iber ἡμίονος » et 235. 57. « ἀπὸ βοὸς καὶ τιτύρου » et 240. 10. « ἀπὸ προβάτου καὶ τιτύρου ».

**ĪCHŎR**, ōris, m. 3. (ἰχώρ), sanies. *Orib. Eup.* 2. 1. *G.* 1.

**ĪCHŌRŌDĒS**, (es), adject. (ἰχωρώδης), saniosus v. purulentus. *Philum. Med.* 2. 81. p. 32.

**ĪCŎNISMA**, ătis, n. 3. (εἰκόνισμα), imago picta. *Gloss.* passim. In arte rhetor. plur. iconismata seu imagines, ap. *Volusian.* in *Augustin. Epist.* 135. 1. « Iconismatum pulchritudo ».

**ĪCŎSĂHEDRUM**, i, n. 2. (εἰκοσάεδρον), figura geometrica, quæ viginti (εἴκοσι) basibus (ἕδρα) constat. *Chalcid. Tim.* 326. (65). Innumeras formans figuras: « modo pyramidis ex ea mox octohedri dictoque citius icosahedri », et mox: « Eodem modo nec octohedrum spirabilem silvam, nec icosahedrum, nec cubum (*esse respondebimus*) ». Cf. *Mart. Cap.* 6. 722.

**ICTĒRĬCĬA**, æ, f. 1. (icterus), i. q. icterus morbus. *Avian. Fab. apol.* 6. ubi sic vulpem ranæ loquentem inducit: « Te ipsam ab ictericia, quam croceus in te color denotat, sanare non potes ».

**ICTĒRĬŌDĒS**, (ĕs), adject. (ἰκτεριώδης), i. q. icterodes. *Soran. Quæst. med.* 118.

**ICTĒRĪTIS**, is, f. 3. (ἰκτερῖτις), nomen herbæ rosmarini, quod a græcis dicitur libanotis. Ita *Ps. Apul. Herb.* p. 80. l. 30. et 35. *H. S.*

**ICTĒRŌDĒS**, (ĕs), adject. (ἰκτερώδης), icteri similis seu ictericum morbum simulans. *Cass. Fel.* 32. p. 67. 18.

**ICHTŸŎCOLLA**, æ, f. 1. (ἰχθυόκολλα ab ἰχθύς = piscis et κόλλα, gluten, it. *colla*). 1.° Est idem ac acipenser, seu genus piscis, cui glutinosum est corium. Ita *Plin.* 32. *N. H.* 73. — 2.° Est etiam genus glutinis e vesica ejusdem piscis factum, *ibid.* a *Plinio* descriptum. — Adde *Diosc. præf.* 56. 3. 97. *Cels.* 5. 2. et 19. *Theod. Prisc. Log.* 101.

**ICTĪNUS**, i, m. 2. (ἰκτῖνος), genus ignotum piscis, quem recenset. *Plin.* 32. *N. H.* 149. ubi *codd. catinus* et *cotinus* habent.

**ICTĬO**, ōnis, f. 3. (icio), percussio, gr. βολή. *Gloss.* II. 358. 36.

**ICTŬĀTUS**, (a, um), adject. (ictus), *Gloss.* III. 604. 39. « qui paralyticus » et 601. 41. « Ictuati qui loqui non possunt nec membra judicare (?) ». *Greg. Tur. H. Fr.* 6. 35. p. 276. 1.

**ĬDĬŎCHĪRUM**, i, n. 2. (ἰδιόχειρον), scriptura secrete v. privatim confecta. *Cod. Just.* 8. 17. (18.) 11. ubi opponitur instrumentis publice confectis.

**ĬDĬŎLŎGUS**, i, m. 2. (ἰδιόλογος), quo significatur procurator rationum privatarum sive patrimonii in aliqua provincia (græce ἐπίτροπος τοῦ ἰδίου λόγου: h. e. procurator propriæ seu privatæ rationis, ut agitur in *Inscr.* Græca in *C. I. L.* n. 3751.). Ejus mentio in *Inscr. Dessau* 2690. « idiologus ad Aegyptum » et in *Inscr.* ap. *Perrot, Exploration archéol. de la Galatie et de la Bithynie*, p. 264. n. 146. Cf. *Momms.* in *Memorie dell' arch.* II.: 319. et *Marquardt's Röm. Staats werw.* II. 299. n. 300. V. etiam *Strab.* 797.

**ĬDĬŌTES**, æ, m. 1. (ἰδιώτης) = idiota. *Tertull. adv. Prax.* 9. p. 239.; *Rufin.* vert. lat. *Orig.* in *Num.* 26. 3. et *al. Orig. Princ.* 4. 16. — Accus. idioten. *Hieronym.* ad *Gal.* 6. 18.

**ĬDĬŌTĬCĒ**, adv. (idioticus), est indocte, imperite = ἰδιωτικῶς. *Interpret. Iren.* 1. *præf.* § 3. et 5. 30.

**ĪDŌLŎLATRĬO**, as, āre, a. 1. (εἰδωλολατρεύω), idololatriam facio. *Didasc. Apost.* 49. 12.

**ĪDŌLŎLĀTRIX**, trīcis, f. 3. (idololatra). V. **IDOLOLATRIS** in *Lexico.*

**ĬDŌNĔUS**, a, um, adject. aptus. Construitur etiam apud prosæ scriptores, præterquam poetice, ut apud *Tertull. Resurr. carn.* II. « Et utique idoneus est reficere qui fecit ».

**ĬDŌNĬO**, as, āvi, ātum, āre, a. 1, (idoneus), i. q. innocentem in judicio testor. *Lex. Sal. capit.* 1. 9. et *C. I. L.* XII. 1172.

**ĬDURĬO**, onis, m. 3., vox obscuræ significationis et originis fortasse peregrinæ recurrit *Inscr. christ. Diehl* 3705. (Cf. adnot. *Diehl l. c.*).

**IGNĀRE**, adv. (ignarus), ignoranter. *Synon. Cic.* ap. *Char. gramm.* p. 424. 4. B. « erravit: secus fecit, ignare fecit ». Adde *Oros. Apol.* 8. 2.

**IGNĀTUS**, a, um, adject. — ¶ 1. ἀρχ. pro innatus. — ¶ 2. ab *ignis*, i. q. ignitus *Oribas. Syn.* 1. 17. p. 817.

**IGNĀVĪTER**, adv. (ignavus), idem quod ignave. *Exc. Bob. gramm.* I. 557. 16. « quattuor hæc excepta quæ proferuntur contra regulam per -*ter.*, ut naviter, ignaviter.... quæ quamvis antiquitati assignant grammatici, tamen dicunt etiam secundum suam rectam analogiam proferri posse, ut nave et ignave etc. ». Alia v. in *Lexico.*

**IGNĔO**, es, ēre, a. 2. (ignis), in ignem convertor. *Priscian. gramm.* II. 466. 25.

**IGNĪFORMIS**, a, um, ad. ignitus, igneus ignis formam habens. *Anonym. Rav.* I. 9. p. 23. *Pind.* « igniformus sol ».

**ĪLĔĀTĬCUS**, a, um, adject. (ileos), ilei morbo laborans. *Cæl. Aur. Diæt. pass.* 44. p. 230.

**ĪLĬCĪNUS**, a, um, adject. (ilex), i. q. ilignus. *Act. Arv.* a. 87. II. 55. *Plin. Med.* 3. 4. p. 77. et *Schol. Hor. app. Sat.* 2. 4. 40.

**ILLĂCRĬMŌSUS**, a, um, adject. (in *negat. et* lacrimosus) indefletus. *Ammian.* 14. 11. 24.

**ILLÆDĪBĬLIS**, e, adject. (in *et* lædo), id. e. illæsibilis. *Isid. Ord. creat.* 10. 9. « corpus illædibile ».

**ILLĂQUĔĀTĬO**, ōnis, f. 3., actus illaqueandi, implicatio. *Isid.* 6. *Epist.* 3.

**ILLASSĀBĬLIS**, e, adject. (in *neg. et* lassabilis), infatigabilis, ut *illassabilis patientia* ap. *Conc.* 4. 2. p. 102.

**ILLECTRIX**, (inlectrix), trīcis, f. 3. (illicio), quæ illicit, *allettatrice.* Ap. *Cassian.* 20. *Coll.* 11. 2. « Materiam avaritiæ, illectricem suæ deceptionis, abscindat ». Adde *ibid.* 22. 6. 4.

**ILLĒGĀLIS**, e, adject. (in *et* legalis), non legalis. *Gloss.* II. 564. 41.

**ILLĪBĀTE**, adv. (illibatus), sine labe, integre. *Greg. M.* 8. *Epist.* « sed cuncta illibate et sine aliqua studeat revelatione servare ». *Epist. Pontif. Migne* 13. 349. « Sacerdotium illibate servavit ». Cf. *Inscr. Chr. Diehl.* (a. 378.).

**ILLĪCENTER**, adv., (in *negat. et* licenter), i. q. illicite v. illicito. *Epist. Pontif.* 322. 1. (= *Augustin. Epist.* 182. 1.). Alii leg. *illiciter.*

**ILLĬCĬTĀMENTUM**, i, n. 2. (illicito), i. q. illecebra, ut *illicitamenta vitiorum*, ap. *Pallad. Hist. mon.* l. 1. p. 252.[B], et *gloriæ vanæ illicitamenta* ap. *eund. ibid.* p. 25 p. 311.[A]

**ILLĬCĬTĀTĬO**, ōnis, f. 3. (illicito), 91. actus illicitandi v. frequenter illiciendi. *Cassian.* 5. *Coll.* 4. et 6. 91. *Greg. Tur. Hist. Fr.* 9. 39.

**ILLĪMO**, as, ātum, āre, a. 1. (in *et* limo), limo oblimo. *Colum.* 9. 7. 4. ubi dicit alvaria « luto punico frondibus illimatis adumbrari ». Cf. etiam *Gloss.* II. 83. 43. et *Act. martyr. S. Vincent.* 8. *Ruinart.*

**ILLINGUIS** vel **INLINGUIS**, e, adject., mutus. *Gloss.* IV. 354. 18.

**ILLŪMĬNANTER**, adv. (illuminans), i. q. clare, perspicue in *Itala Ps.* (*Ps. Cas.*) « illuminanter ostende vultum tuum » (LXX. ἐπίφανον. *Vulg.* illustra).

**ILLŪMĬNĀTĬO**, ōnis, f. 3. (illumino), actio illuminandi. — Translate, consolatio, solatium. *Vulg.*

*Ps.* 26. 1. « Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo ? ». Sic locutio *illuminatio vultus* pro hilaritate, lætitia, benevolentia in *Ps.* 43. 4. Cf. *Ps.* 4. 7. « Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine », cujus sensus, de quo loquimur, eo parallelismo, uti ajunt, poetico clare confirmatur; sequitur enim: « dedisti lætitiam in corde meo ». Non igitur de lumine rationis est hoc intelligendum, nisi simplici accomodatione verborum.

**ILLŪMĬNO**, as, āvi, ātum, āre, a. 1. Translate seu figurate accipitur pro baptismo abluere in illo *Vulg. Hebr.* 6. 4. « Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati.... rursum renovari ad pœnitentiam », h. e. qui semel baptizati sunt, non possunt post apostasiam iterum baptizari. Ita locum interpretantur omnes Patres Græci, et ex Latinis Ambrosius aliique doctores et interpretes ut Thomas, Estius, Mauuoury etc.; alii vero recentiores plerique cum Hieronymo intelligunt de maxima difficultate, cui subiacent apostatæ, ad fidem redeundi.

**ILLŪSĬO**, ōnis, f. 3. (illudo), derisio, ut in *Lexico*. — Sed *Augustin. de Ver. rel.* 34. § 64. usurpat pro detectione, *illusione*; inquit enim: « anima mea impleta est illusionibus ». Quo sensu occurrit sæpe ap. Vulg. et eccles. scriptores. V. *Pancker, Subind.* p. 423.

**ILLUSTRĀBĬLĬS**, e, adject. (illustro), illustrans *Cassiod.* in *Ps.* 118. p. 835.[D]

**ILLUSTRĬA**, æ, f. 1. (illustris), celebritas parentum. *Schol. Bern.* in *Lucan.* 5. 207.: paterna, *ibid.* 6. 420. Sed alii rectius leg. putant: *industria*.

**ILLUSTRĬCĒNĀRĬS**, e, adject. deriv. ut videtur ab *illustris* et *cœna*, v. ab inusit. *illustricenium*, de Venere dicitur in *Carm. epigr.* 255. 1. et 5. « Salve, mille animarum illustricenare opus, salve ».

**ILLŪVĬO**, ōnis, f. 3. (in *et* lavo), inundatio, diluvium, κατακλυσμός, it. *illuvione, alluvione. Ps. Apul. Ascl.* « Deus... malignitatem omnem vel illuvione diluens vel igne consumens ». *Chalc. Tim. comm.* 128. « tempestatum atque illuvionis incommodo ». *Hieronym.* in *Jöel.* 2. 1. p. 188. V. « illuvione fluminum ».

**IMĀGĬNĀLĬS**, e, adject. (imago), qui est ex imagine, it. *immaginale. Interpr. Iren.* 1. *Hær.* 14. 5. « Emanationes imaginales » et 5. *ibid.* 8. « imaginalis descriptio ». *Mar. Victorin.* 1. *adv. Arrium.* 19. « Si imago Dei Christus, de Deo Christus. Imago imaginalis imago. Imaginalis autem Deus; imago ergo Christus. Sed imago imaginalis imago et quod imaginale est principale etc. ». *Augustin.* 10. *Trin.* 10. 16. « imaginale figmentum ».

**IMBĒCILLE**, v. **IMBĒCILLĬTER**. V. *Lexic.* Addimus inveniri etiam positivum *imbecille* ap. *Sen.* 5. *Dial.* 28. 3. « nihil tam imbecille natum est... ut sine elidentis periculo pereat » (sed al. ut adject. interpr.); et *imbecilliter* ap. *Augustin. Epist.* 120. 6.

**IMBĒCILLOR**, āris, āri, imbecillis fio v. sum. *Charis. gramm.* p. 465. 8. *B. Dosith. gramm.* VII. p. 431. 10. *Gloss.* II. 247. 34.

**IMBĒCILLŌSUS**, a, um, adject. (imbecillus), fere i. q. imbecillus. *August. Ver. rel.* 15. 29. « Corpus hominis... post peccatum factum est imbecillosum et morti destinatum ».

**IMBRŎMĬDO**, as, are, n. 1. (in *neg.* et bromus gr. ἔμβρωμος), fastidio sum, putesco. *Philum. Med.* 2. 82. p. 34. « Ulcera imbromidantur et sordidantur ».

**IMBŪMENTUM**, i, n. 2. (imbuo), documentum. *Gloss.* V. 210. 4. « Imbumentis, documentis ». Cf. *Fulg.* 9. 5. *ed. H.* V. in *Lexic.* **IMBUTAMENTUM**.

**IMBŪTĬO**, ōnis, f. 3. (imbuo). *Gloss.* II. 79. 37. προβιβασμός μύησις, i. q. instructio, ut *disciplinæ imbutio* ap. *Cassian. Instit.* 2. 13. 2. et *imbutio legis* ap. *Epist.* in *Cant.* 108. p. 56.

**ĬMĬTĀTŌRĬUS**, a, um, adject. (imitor), ad imitandum idoneus. *August. Serm.* 57. 1. *Mai.* « imitatoria disciplina »; vel ab imitatione prodiens, ut ap. *eund. c. Julian. Pelag.* 6. § 77. « imitatorium peccatum ».

**ĬMĪTUS**, adv. funditus, medullitus, penitus, ut est in *Lexico*. Adde *Gloss.* V. 209. 28. « imitus, medullitus funditus » et *Diom. gramm.* I. 407. 18.

**IMMĂCŬLĀTĬO**, ōnis, f. 3. (immaculatus) status ejus qui immaculatus est. *Mar. Victorin.* in *Eph.* 1. 4. 1242.[B] « Vides.... quid habeat immaculatio ».

**IMMĀNESCO**, is, ēre, n. 3. (immanis), immanis fio, *opp.* mansuesco, ap. *Thaps. c. Eutych.* 1. 11. p. 104.[D] « mansuescere lenitate, furore atque ira immanescere ».

**IMMĒDĬĀBĬLĬTER**, adv. (in *et* mediare), i. q. immediate. *Rustic. c. Aceph.* p. 1208.[B] « conjunctio... eorum... quæ immediabiliter non sunt unita »; *ibid.* p. 1210.[B] « quæ habet persona habet immediabiliter et natura ».

**IMMENDO**, as, āre, a. 1. (in *et* mendum), implico mendis. *Augustin. c. Mend.* « mendum... non auferimus sed nos potius immendamur ». *Gloss.* IV. 95. 26. et V. 460. 54. « immendat, depravat ».

**IMMENSĬBĬLĬS**, e, adject. (in *et* metior, gr. ἀμέτρητος), immensurabilis, *Filastr.* 93. 4. « immensibilis Trinitas » et *Vit. Patr.* 7. 44. 2 « mare immensibile ».

**IMMĬSĔRĀBĬLĬS**, e, adject., qui alicujus non miseret, immisericors, ap. *Serv. Virg.* 6. *Aen.* 315. « Tristis: asper, immiserabilis, severus ». *Schol. Bern.* in *Virg.* 4. *Georg.* 512. « durus: immiserabilis ». Alia significatione opp. V. in *Lexico*.

**IMMISSŪRA**, æ, f. 1. (in *et* mitto), dicitur de pannis quæ vestimentis insuuntur, ap. *Italam Luc.* 5. 36. « nemo immissuram... immittit in tunicam veterem ». (*Vulg.* commissuram, t. gr. ἐπίβλημα).

**IMMIXTĬBĬLĬS**, e, adject. (immixeo), qui mixeri non potest. *Boët.* in *Porph. comm. pr.* 2. 25. p. 125.

**IMMŎRĀTĬO**, ōnis, f. 3. (immoror), actus immorandi. *Interpr. Iren.* I. *Haer.* 8. 4. « immoratio in passionibus ». *Boët. Top. Arist.* 1. 4. p. 912.[D] « circa definitiones... plurima fit immoratio ».

**IMMŌRŌSUS**, a, um, adject. (in *neg. et* mos, moris), qui non moris est, seu, ut videtur, insolitus. *Virg. gramm. Epit.* 4. p. 120. 10. compar. « immorosior eloquentia ».

**IMMORTĀLĬTER**, adv. (immortalis), sine morte, perpetuo. — 1.° Proprie: *Augustin.* 10. *Civ. D.* 15. « immortaliter beati (*angeli*) ». *Greg. M. Moral.* 4. 5. « (*anima in gehenna*) immortaliter mortalis est ». — 2.° *Translate*: a) est maximopere, ut in *Lexico*: b) de longo tempore dicitur ap. *Novell. Justin.* 26. *pr.*; c) est etiam spiritaliter, cui opponitur carnaliter ut in *Augustin. de Catech. rud.* 23. n. 42. « Nec promissum regem carnaliter expectantes sed immortaliter intelligentes ».

**IMMŌTĀBĬLĬS**, e, adject., fort. pro immutabilis, v. ut aliis videtur, assiduus, ap. *Virg. gramm. Epist. præf.* p. 107. 18. « immotabilis lectionis fastidium ».

**IMPĀCĬFĬCUS**, a, um, adject. (in *et* pax *et* facio), qui pacem non servat, minime pacificus. — 1.° Proprie. *Cyprian. Sent. Episc.* 1. p. 347. « Pacem dat impacificus »; et *Ambros.* in *Ps.* 43. § 12. — 2.° Translate. *Hilar.* in *Matth.* c. 4. n. 18. « Impacifica oratio » et *Cassian.* 18. *Coll.* 16. 4. « impacificum cor ».

**IMPALPĀBĬLĬS**, e, adject. (in *et* palpo), qui palpari nequit. *Ps. Arnob. Conflict. de Deo* 2. 7. « Ut impalpabilis palpabilis fieret ». Etiam de Deo dicitur ap. *Augustin. Epist.* 130. 13. *Interpr. Ignat. ad Polyc.* 3. *Leo M. Serm.* 30. 6.

**IMPARTĬCĬPĀBĬLĬS**, e, adject. (in *et* participo), qui participari non potest. *Hieronymus* in *Didym. de Spir. Sancto* 61.

**IMPELLO**, is, etc. V. voc. in *Lexico*. — Hic tantum addimus a *Ps. Cyprian. de Sina et Sion* 9. p. 113. 19. *H.* partic. *impulitus* pro *impulsus* usurpari, non imitandum.

**IMPENDĬŌSUS**, a, um, adject., qui magna impendia facit, prodigus, ap. *Plaut. Bacch.* 396. « Impendiosum præstat te, quam ingratum dicier ».

**IMPENSO**, as, āre, a. 1. (*intens. ab* impendo), ejusdem fere ac impendo significationis. *Gloss.* IV. 355. 1. « impensat, consumit ».

**IMPENSOR**, ōris, m. 3. (impendo), qui impendit v. suam pecuniam erogat. *Augustin. Epist.* 192. 2. p. 166. 23. « Non... potest esse verus charitatis impensor nisi fuerit benignus exactor ».

**IMPERFŎRĀBĬLĬS**, e, adject. (in *neg. et inus.* perforabilis), invulnerabilis. *Vitæ Patr.* 5. 2. 11. « imperforabilis manet a sagittis inimici, qui amat quietem ». Adde *ibid.* 5. 10. 34.

**IMPĔTĪTĬO**, ōnis, f. 3. (impeto), i. q. petitio. *Ps. Augustin. Quæst. test.* 51. (*Migne* 35. p. 2251.

**IMPĬĔTO**, as, āvi, āre, n. 1. (impietas), impie ago. *Itala Ps.* 105. 6. (*Cas.*) « inique egimus, impietavimus ». (*Vulg.* iniquitatem fecimus, *LXX.* ἀδικήσαμεν).

**IMPĬLO**, as, āvi, āre, a. 1. (in *et* pilus), pilos evellere. — Translate. *Plac. Gloss.* V. 28. 23. « Impilasti, convicio conscidisti, interdum castigasti ».

**IMPINGUĀTĬO**, ōnis, f. 3. (ab impinguo), actus impinguandi. *Eucher. Instr.* 1. « In impinguatione locustæ tumorem pedum ostendit ». *Ps. Ruf.* in *Os.* 12. 12. « Post satietatem atque impinguationem calcitravit dilectus » (nempe: populus Israël). *Greg. M. Moral.* 25. 16. « caritatis impinguatio ».

**IMPINGŬĬS**, e, adject. (in *et* pinguis), crassus, pinguis. *Heges.* 8. 26. 2. et *Interpr. Epist. Clem. ad Cor.* 2. 2.

**IMPLANTO**, as, ātum, āre, a. 1. (in *et* planto). 1.° est sero, it. *impiantare. Oribas Syn.* 6. 29. p. 115. et *Orig.* in *Matth.* 17. 8. — 2.° Est etiam translate supplanto, seduco in *Itala Jer.* 23. 32. (*Wirch*). (*Vulg.* seduxerunt).

**IMPLĒTOR**, ōris, m. 3. (impleo), qui implet, ut *impletor legis* ap. *Augustin. Serm.* 170. § 2. Adde *eund.* in *Evang. Johan.* 24. 7. « (*Christus*) impletor prophetarum ».

**IMPLŌRĀTOR**, oris, m. 3. (imploro), qui implorat. *Augustin. Serm.* 83.

**IMPŌNO**, is, sŭi, sĭtum, ĕre, a. 3., præter alia significat etiam condo, extruo. *Tertull. Pall.* 1. « Ubi mœnia Statilius Taurus imposuit ».

**IMPORTĀTOR**, ōris, m. 3. (importo), qui merces importat. *C. I. L.* XIII. 8568. « Priminio ingenuo negotiatori vestiario importatori aur(i) ».

**IMPORTŪNĬUM**, ĭi, n. 2. (importunus), i. q. importunitas. *Conc. Matisc.* a. 585. p. 168. 11.

**IMPŎTĀBĬLĬS**, e, adject. (in *et* potabilis, qui potari nequit. *Hieronym. Epist.* 78. *Mans.* 5.

**IMPŎTENTĀBĬLĬS**, e, adject. (impotens), qui in impotentia versatur. *Itala Marc.* 1. 27. (*cod.* d), doctrina impotentabilis.

**IMPRÆCĪSUS**, a, um, adject. (in *negat. et* præcisus) non præcisus v. non sectus ap. *Greg. M. Moral.* 32. 20. « imprecisum umbilicum ».

**IMPRÆPĂRĀTUS**, a, um, adject. (in *neg. et* præparo) non preparatus, it. *impreparato. Hieronym.* in *Eph.* 6. 11. p. 243.[C] « qui præparavit in fine opera sua... (*non*) cum his qui impreparati sunt condemnabitur ». Adde *Conc.*[s] II. 5. p. 72. 42.

**IMPRÆSCĬUS**, a, um, adject. (in *neg. et* præscius), qui non est præscius. *Ambrosiast.* in *Rom.* 3. 24. p. 80.[A] « permisit... se diabolo sævienti sed impræscio ». *Ps. Augustin. Quæst. test.* 1. 46. 3. p. 85, et 104. 3. p. 228.

**IMPRÆSTANS**, antis, adject. (in *neg. et* præsto), qui nihil præstat, impræstabilis. *Interpr. Iren.* 4. *Hær.* 38. 4. « Ne quis eum (sc. *Deum*) putet invidiosum aut imprestabilem ».

**IMPRÆTERMISSĒ**, adv. (imprætermissus), nunquam prætermittendo. *Possid. Vita Augustin.* 31. « Verbum Dei... usque ad extremam ægritudinem imprætermisse, alacriter et fortiter... prædicavit ». Adde *Conc.*[s] II. 2. 1. p. 48. 6.

**IMPRÆTERMISSUS**, a, um, adject. (in *neg. et* prætermitto), non prætermissus. *Virg. gramm. Epit.* 7. p. 64. 19. « ex imprætermisso præsenti tempore »,

**IMPRÆVĀRĬCĀBĬLĬS**, e, adject. (in *et* prævaricor), qui prævaricari non potest, prævaricationi subesse nequit vel non subest, ut *imprævaricabile sacerdotium* ap. *Ambros. de Fug. sæc.* 3. 16. Adde *Italam ad Hebr.* 10. 23. et *interpr. Epist. Ignat. ad Eph.* 20.

**IMPRESSĬOR**, oris, adject. compar. (imprimo), profundior. *Auct. Physiogn.* ap. *Rose Anecd.* 1. 106. 21. « oculi impressiores ».

**IMPRĬMĒDO**, inis, f. 3. (imprimo), idem fere ac compressio, *Cæl. Aur. Acut. exc.* 6. p. 690. « imprimedo gravedoque capitis ».

**IMPRŎBŌSUS**, a, um, adject. (improbus), enormis, immoderatus, *smisurato, eccessivo.* Occurrit ap. *Ps. Cyprian. de Sing. cler.* 26.

**IMPRŌDŪCĬBĬLIS**, e, adject. (in *neg. et* producibilis), qui produci nequit. *Hieronym. vert. Hom. Orig.* in *Jer.* 3. 1. p. 404. 9.

**IMPRŎPĔRĬTER**, adv. (improperus), non propere, lente, tarde. *Jul. Val.* 3. 27. p. 94. 21.

**IMPROSPECTĒ**, adv. (improspectu). — Translate est improvide, incaute. *Tertull. Anim.* 24. « Satis improspecte ». *Hieronym.* 1. *adv. Jovinian.* n. 23. « *(Jephte)* improspecte noverat ».

**IMPŬDĔFACTUS**, a, um, adject. (impudens *et* factus), impudicus, ut *impudefactus adulter* ap. *Montan. Epist.* 1. 7.

**IMPŬDŌRĀTĒ**, adv. (in *et* pudoratus), sine pudore. *Interpr. Iren.* 1. *Hær.* 27. 2. et 4. « impudorate blasphemans eum *(Deum)* ». *Alii leg.* impurate.

**IMPŬDŌRĀTUS**, a, um, adject. (in *et* pudor), qui est sine pudore. *Lucif. Caral.* 1. *pro s. Athan.* 1. 43. « Non despicis revera conviperinos tuos arianos, natos videlicet de impuderato (*sic*) patre vestro diabolo ». *Itala* 2. *Tim.* 2. 16. « operarium impudoratum (*Vulg.* inconfusibilem)» et *ibid. Jer.* 3. 3. « impudorata es tu ». Adde *Gloss.* V. 504. 31. « impudoratum, non erubescentem ».

**IMPULSĪVUS**, a, um, adject. (impello), in arte rhetorica, cum impulsione seu affectione agens opp. *ratiocinativus.* Sic enim *Fortunat. Rhet.* 2. 2. p. 103. 21. sq. « Omnis causa qualis est? aut impulsiva, ut ira, odium, aut ratiocinativa... ; impulsivam græci quid vocant? ὀρεκτικὴν αἰτίαν ».

**IMPŪTĀTĪVĒ**, adv. (imputativus), imputativo modo ap. *Cassiod.* in *Ps.* 4. 6. p. 50.[B]

**IMPUTRESCĬBĬLIS**, e, adject. (in *neg. et* putrescibilis), qui non putrescit, imputribilis, *incorruttibile Op. imperf.* in *Matth.* 3. p. 650. translate: « imputrescibilis et incarpibilis ecclesia »; *Epiph.* in *Cant.* 230. p. 93. « corpus imputrescibile ».

**ĬNABLŪTUS**, a, um, adject. (in *neg. et* abluo), non ablutus, translate, ut *inabluta sordes peccati* ap. *Greg. M. Epist.* 3. 7. p. 166. 31.

**ĬNACCESSĬBĬLĬTAS**, atis, f. 3. (inaccessibilis), locus inaccessus. *Arnob.* in *Ps.* 138. « Ubicumque inaccessibilitas solet fugitivum abscondere ». *Heges.* 2. 9. 1. « Euphrates... inaccessibilis ». *Rufin.* vert. *Orig.* in *Jos.* 4. 1. « quæ inaccessibilia videntur, plana efficiuntur et proclivia ». V. etiam *Lexic.*

**ĬNACTŪĀLIS**, e, adject. (in *neg. et* actualis), sine actione, inactuosus. *Prisc. Lyd. Solut.* 2. p. 53. 5.[B] « In ipsa soporationis hora videtur... anima per quasdam quidem partes actualis et per quasdam silens et inactualis ». *Ibid.* p. 53. 13. « *(anima)* sopita et inactualis ».

**ĬNACTŪĀLĬTAS**, atis, f. 3. (in *neg. et* actualitas), actionis carentia. *Prisc. Lyd. solut.* 2. p. 53. 5. B. « inactualitatis.... est non sentire quid neque scire ».

**ĬNADJŪVĀTUS**, a, um, adject. (in *neg. et* adiuvo), non adjutus. *Cassiod. Var.* 3. 47. 2.

**ĬNĂDULTĔRĀTUS**, a, um, adject. (in *et* adultero), minime adulteratus. *Interpr. Iren.* 4. *Hær.* 26. 5. « Id, quod est sanum et inadulteratum et incorruptibile »

**ĬNADVERSUS**, adv. (in *et* adversus), in adversam partem. *Ven. Fort. Vita s. Mart.* 1. 238. et 2. 171.

**ĬNÆMŬLĀTUS**, a, um, adject. (in *et* æmulatus), non æmulatus gr. ἀζήλωτος. *Ps. Rufin.* vert. *Jos. bell. Jud.* 7. 43.

**ĬNÆMŬLOR**, aris, ari, dep. a. 1. (in *et* æmulor), idem quod æmulor, sector. *Itala Gal.* 4. 18. « bonum inæmulamini ». (*Vulg.* æmulamini).

**ĬNÆQUĀBĬLĬTAS**, ātis, f. 3. V. voc. in *Lexico.* — Significat etiam apud grammaticos ea quæ dicitur anomalia (ἀνωμαλία), ut ap. *Varr.* 9. *L. L.* 1. « Inæquabilitas sermonis ».

**ĬNÆSTĬMĀBĬLĬTER**, adv. (inæstimabilis), inæstimabili ratione. *Mar. Mercat. de Anath. Cyr.* p. 923. *M.* « Incomparabiliter et inæstimabiliter.... illud Verbum Dei filius etc. ». Adde *ibid.* p. 964. *Faustin. de Trinit.* 7. n. 1. « Quorum *(angelorum et hominum)* natura a divina substantia inæstimabiliter discreta est ».

**ĬNAFFECTĬO**, ōnis, f. 3. (in *neg. et* affectio), amoris defectus, ap. *Greg. M. Moral.* 31. 18. et 37. 2.

**ĬNAMPLEXĬBĬLIS**, e, adject. (in *neg. et inus.* amplexibilis), quem non valemus amplecti, sc. Deus, ap. *Cassiod.* in *Ps.* 17. 13.

**ĬNĀNESCO**, is, ĕre, 3. V. voc. in *Lexico.* Addimus, etiam translate usurpari ab *Augustin.* 10. *Confess.* 39. 64., ut sit, « *vanus fio, vanitatis vitio laboro* ».

**ĬNĀNĬLŎQUĬUM**, ii, n. 2. (inanis *et* loquor), inane eloquium v. sermo, κενολογία. *Itala* 2. *Tim.* 2. 16. (*Vulg.* vaniloquia).

**ĬNANĬMAL**, ālis, adject. inanimatus, non animalis. *Interpr. Iren.* 5. *Hær.* 7. 1. « Posteaquam exierit anima sine spiratione et inanimal efficitur ». Sed alii coll. *Hil.* in *Ps.* 123. 5. ibi legunt inanimale v. inanimalis. (*Harvey*).

**ĬNĀNĬMO**, as, āre, a. 1. (in *et* animo), i. q. animo v. excito. *Lucif. Moriend.* 5. p. 952.

**ĬNĀNĪTĬO**, ōnis, f. 3. (inanio), gr. κένωσις, actus inaniendi, vacuandi. *Isid.* 4. *Orig.* 6. 11. de spasmo. « Fit autem duobus modis aut ex repletione aut ex inanitione ».

**ĬNĀNĪTUM**, i, n. 2. (inanio), vacuum (cui opp. *plenum*). — 1.° Proprie. *Tertull. de Resurr. carn.* 4. — 2.° Translate, quod est infirmum v. infirmatum. *Commodian. Apol.* 312.

**ĬNATTINGĬBĬLIS**, e, adject. (in *et* attingo), qui attingi non potest. *Isid. Sent.* 2. 7. 5. Cf. *Gloss.* V. 164. 2.

**ĬNĀUXĬLĬĀTUS**, a, um, (in *et* auxilio), auxilii expers. *Vulg. Sap.* 12. 16. « Parentes animarum inauxiliatarum perdere voluisti per manus parentum nostrorum ».

**ĬNĀVĀRUS**, a, um, adject. (in *neg. et* avarus), non avarus ut *inavara cura,* ap. *Cassiod. Compl.* in I. *Petr.* 5. 1.

**ĬNĀVERTIBĬLIS**, e, adject. (in *et* averto), qui averti nequit. *Vulg. interpr. Ital. Job.* 9. 13. ap. *Augustin. Annotat.* in *Job* « Ipsius *(Dei)* enim inavertibilis ira ».

**INCĀNĬGĔNĬA**, æ, f. 1. (incanus *et* genus), primigenia. *Gloss.* V. 210. 9.

**INCĂPĀBĬLĬTAS**, ātis, f. 3. (incapabilis), incomprehensibilitas et dicitur — 1.° de Deo: *Augustin. c. Maxim.* 2. 9. 2.; — 2.° de divina scientia in *Conc.*[s] I. 3. *vers. Tur.* p. 149.

**INCĂPĀCĬTAS**, ātis, f. 3. (incapax), conditio incapacis. *Filastr.* 70. 1. et *Rufin.* transl. *Orig.* in *Exod.* 4. 2. p. 173.

**INCĂPĬTĀLIS**, e, adject. (in *et* capitalis), ἀκέφαλος. (*Gloss.* II. 222. 39.) sine capite seu principio, dicitur de Christo a *Rustic. c. Aceph.* p. 1236.[B]

**INCĂPĬTĀTUS**, a, um, adject. (in *neg. et* capito), sine capite, ἀκέφαλος. *Gloss.*

**INCARNĀLĬTER**, adv. (*ab inus.* incarnalis), i. q. carnaliter. *Mar. Victorin. adv. Arrium.* 1. 26. p. 1059.[D]

**INCARNĔUS**, a, um, adject. (in *neg. et* carneus gr. ἄσαρκος). *Mar. Victorin. ad Just.* 15. « Ex ligno homo, ex incarneo caro ».

**INCĀTĒNĀTUS**, a, um, adject. (in *et* catena), catenis vinctus. *Ps. Quint. Decl. exc. Monac.* 6. p. 364.

**INCENSŌRĬUS**, a, um, adject. (incendo), qui vim urendi habet, causticus. *Cass. Fel.* 13.

**INCEPTĀTĬO**, ōnis, f. 3. (incepto), i. q. inceptio, incohatio. *Hyg. Mun. castr.* 23.

**INCERTĬTŪDO**, inis, f. 3. (incertus), obscuritas, incerta rei condicio. *Greg. M. Epist.* 1. 50. « incertitudo temporis » et *Moral.* 5. 1. « gravis incertitudinis caligo ».

**INCESTĀTOR**, ōris, m. 3. (incesto), qui incestat sive incestum perpetrat. *Zeno* 2. *Tract.* 40. « Veneficus, homicida, adulter, incestator ». *Augustin. Unit. Eccl.* 2. 3. « incestatores consecratæ pudicitiæ ». Translate: detractor ap. *Greg. Tur. Hist. Fr.* 3. 18.

**INCESTĪVUS**, a, um, adject. (incestus), incestus, obscenus. *Lex Visig.* 3. 5. 2.

**INCĬDENTĬA**, æ, f. 1. (incido), in arte rhetorica, i. q. circumstantia gr. περίστασις. *Jul. Vict. Rhet.* 3. 13. p. 383. 28. et *Mar. Victorin. adv. Arrium.* 1. 52. p. 1080.

**INCĬPĬENTĬA**, æ, f. 1. (incipio), status incipientis. *Ruric. Epist.* 2. 40. p. 425. et *Epist. Merov.* 11. p. 451. ter.

**INCIRCUM**, præp. (in *et* circum), idem quod circum. *Varr.* 5. *L. L.* 25. « incircum eum locum », et fort. *Macer. Dig.* 1. 7. 37. 1.

**INCIRCUMSCRIPTĬBĬLIS**, e, adject. (in *neg. et* circumscriptibilis). — 1.° de Deo: infinitus, immensus. *Rust. Conc.*[s] I. 4. p. 243. 38. ubi opp. *circumscriptus,* et p. 245. 4. sq. — 2.° Est etiam qui decipi nequit et *de Deo* asseritur in *Conc.*[s] II. 5. p. 51. 13. necnon *de prudentia, ibid.* II. 3. 1. p. 144. 27.

**INCĪRCUMSCRIPTĬO**, onis, f. 3. (in *neg. et* circum *et* scribo) status ejus qui infinitus est, sive Dei. *Greg. M. Moral.* 10. 14. et *Theod. Mopsuest.* in *Eph.* 1. 22. sq.

**INCIRCUMSPECTUS**, a, um, adject. (in *neg. et* circumspectus) imprudens, inconsideratus, temerarius. *Greg. M. Moral.* 1. 54. *Oros.* 2. *Hist.* 6. 14. et *Cassian.* 12. *Coll.* 2. 2.

**INCLAUDĬBĬLIS**, e, adject. (in *et* claudo), qui claudi nequit. *Gloss. Placid.* V. 26. 13-14. « Inclaudicabilis ad pedem refertur, inclausibilis ad locum, inclaudibilis vero irrationale ». Cf. *Gloss.* V. 76. 17.

**INCŎERCĬTUS**, a, um, (in *et* coërceo), minime coërcitus, ut *incoërcitus affectus* ap. *Augustin. op. imperf. c. Julian.* 4. 41.

**INCŌGĬTĀTĒ**, adv. (incogitatus), cum incogitantia. *Interpr. Iren.* 2. *Hær.* 16. (?) (ap. *Quicherat, addend. Lex. Lat.* p. 13.).

**INCŎHĀMEN**, inis, n. 3. (incoho), actus incohandi, principium. *Carm. Med.* ed. *Hagen.* 19. 14.

**INCŎHO**, pro inchoo, incipio, etiam scribitur ap. antiquiores ut in *fragm. Plautin.*, in *fragm. Tragic.*, *Catull.* et *Virg.* et in recc. edd. Cf. *Diomed.* 565. 17., *Prob. Cath.* (IV.) 38. 28., *Osann. ad Cic.* 1. 55.

**INCŎINQUĬNĀBĬLĬTAS**, ātis, f. 3. (in *et* coinquino), condicio ejus, qui inquinari nequit. *Fulgent.* 1. *ad Trasim.* 5. B. *Migne* « Sapientiæ incoinquinabilitas ».

**INCOMPĂRĀBĬLIS**. V. voc. seq.

**INCOMPĂRĀVĬLIS**, pro incomparabilis in *C. I. L.* XIV. 1010. et 1767. — Abl. sing. vulg. etiam incomparabile in *C. I. L.* VIII. 3166.

**INCONSĪDĔRANTER**, adv. (considerans), inconsiderate, it. *inavvertentemente. Ulp. Dig.* 26. 10. 3. § 17. « Tutor qui inconsideranter pupillum vel dolo abstinuit hereditate ». Ita *Torrentin.*, at *Holoander* edidit *inconsiderate.* Sed *Hieronym. Epist.* 108. n. 20. « Non quod inconsideranter et ultra vires sumpta onera probem ».

**INCONSĪDĔRĀTŌ**, adv., i. q. inconsiderate. *Tertull. Præscr. hær.* 1

**INCONVERTĬBĬLĬTER**, adv. (inconvertibilis), immutabiliter. *Dionys. Exig. de Creat. hom.* 28. « Stat autem per omnes has imitationes species inconvertibiliter in se signa, quæ sibi semel a natura sunt impressa, non deserens ». Adde *Mar. Mercat.* p. 936. *M.*

**INCRĒDĬBĬLĬTER**, adv. V. voc. in *Lexico.* Addimus tantum, etiam comparat. usurpari ab *Augustin. Epist.* 1. 3. « Utilius quam incredibilius putare *(aliquid)* credendum ».

**INCRĒDĬTUS**, a, um, (in *et* credo). Animadvertimus, ap. *Apul. de Deo Socrat.* nunc esse legend. *ita creditam,* ut monent *Bursian* et *Kiessling.*

**INCRĒDŬLĒ**, adv. (incredulus), non creduliter. *Augustin. Serm.* 75. n. 3. ed. *Mai,* de Thoma: « Quamquam hoc non tam incredule, quam sollicite faciebat ».

**INCRĔPĀTOR**, oris, m. 3. (increpo), reprehensor, censor, vituperator. *Augustin.* in *Evang. Joh. Tract.* 37. 5.

**INCŪDIS**, inis, f. 3., pro *incus, udis,* ἄκμων

apud *Auct. de Idiom. gent. gramm.* IV. 577, (a) 23.

**INDĒLĪBĔRANTER**, adv., animo non deliberato, sine consilio. *Anonym.* in *Job.* 2. p. 126. « Melius est ut congrediar, quam ante secundam luctationem indeliberanter fugiam ».

**INDĪNOSCĬBĬLIS**, e, adject. qui dignosci nequit. *Itin. Alex.* 21. *Volkm.* (*Mai* 20. ed. Paris. 50. non dinoscibile).

**INDISCO**, is, ĕre, 3. diligenter, adamussim disco. *Schol. Juven.* 6. 474.

**INDISCRĔPANS**, antis (in *et* discrepo), qui non discrepat, sine discrepantia. *Augustin. Epist.* 216. 6. « Indiscrepans mercium pretium ».

**INDISCRĒTUS**, a, um, adject. non discretus, *indiscreto, senza discrezione*, ap. *Greg. M.* 9. *Epist.* 30. « Quia eorum judicio indiscretus esse ex tali admonitione reprehendor ».

**INDORMISCO**, is, ĕre, 3., idem fere ac indormio. *Augustin Epist.* 1. 2. « Tanto torpore indormiscunt ut nec cælesti tuba evigilent ».

**INDOTŪĔOR**, ēris, dep. a. (indo = in *et* tueor), ἀρχ. pro intueor. *Enn. Ann. frg.* 33. *Valmaggi*: « Indotuetur ibi lupus femina ».

**INDŪBĬTĀTIM**, adv. (indubitatus), indubitate, indubie. *Gloss.* IV., 91. 35. et V. 210. 40.

**INDŪTĬÆ**, ārum, f. pl. I. V. voc. in *Lexico*; addimus tantum usurpari posse sing. num. *indutia*, ut ap. *Gell.* 19. 8. 13.

**ĬNĒLĬQUĀTUS**, a, um, (in *et* eliquo), minime liquefactus v. fusus v. purgatus. *Augustin. op. imperf. c. Julian.* 1. 27.

**ĬNĒMĬGRĀBĬLIS**, e, adject. (in *et* emigro), qui emigrare non potest v. alio e vita abire. *Anonym. in Iob.* 2. p. 128. « Immobilis et inexcitabilis et inemigrabilis atque simplex in iisdem semper, jugiter permanens Deus ».

**ĬNĒMUNDĀBĬLIS**, e, adject. qui mundari nequit. *Innoc.* ap. *Augustin. Epist.* 181. 1.

**ĬNĒNARRANDUS**, a, um, (in *et* enarro), inenarrabilis. *Hilar. de Trinit.* 5. 32. « Inenarranda cælestium mysteriorum audiens sacramento ». Adde *ibid.* 11. 23.

**ĬNERTER**, *inertius*, *inertissime*, adv. *Gramm. Suppl.* (*Anon. Bern.*) p. 79. 9. Cf. tamen *Charis. gramm.* I. 185. 10. sq. « Iners... habuit dubitationem an omnino in adverbium transire possit, quamvis in vulgari consuetudine sit inerter... Inertissime quin recte dicatur dubitare non possumus ».

**ĬNEXŌRĀBĬLĬTER**, adv. (inexorabilis), implacabiliter. *Donat. Ter. Andr.* 1. 2. 18. « Certe et severe et inexorabiliter denuntiat ».

**ĬNEXTĪMĀBĬLIS**, e, adject. (in *et* extimo sive æstimo), qui extimari v. æstimari nequit. *Gloss.* II. 81. 30. « inextimabilis, ἀνείκαστος » et V. 211. 4. « extimatione excedens ».

**INFĀMIS**, e, adject. V. voc. in *Lexico*, cui addenda nova ejus significatio reperta in *Inscr. Alliæ Potestatis* ubi *infamis* est idem ac *ignotus*. V. POTESTAS in *Onomastico*.

**INFECTRIX**, tricis, f. 3. (inficio), quæ inficit v. tingit (coloribus). *Augustin. Art. gramm.* 6. *Mai.*

**INFĒLOX** et **INFELLOX**, ocis, m. 3., vox allata a *Priscian. de Accent.* § 34. (*Gramm. Lat.* III. 526. 3.) « *Ox* syllaba finita breviantur, ut infelox, velivox, esox, atrox, celox, et in obliquis producuntur, ut infelocis, velivocis, esocis, atrocis, celocis ». Quid vero significet, non liquet.

**INFĔRO**, ers, etc. V. voc. in *Lexico*. — Addimus fut. form. *inferebis* quam pro *inferes* usurpat *Apic.* 4. 159. cod. A; et partic. *infertus*, fort. *Apul. Met.* 4. 26. cod. *F* pro inlatus.

**INFIRMOR**, āris, āri, 1. pass. ap. scriptores Eccl. est æger sum, ægroto. — 1.° Proprie. *Vulg. Joh.* 11. 2. « Domine, ecce quem amas, infirmatur ». Adde *ibid.* 4. 46., etc. — 2.° Translate *ibid. Rom.* 4. 19. *de Abr.* « Et non infirmatus est fide ». Et 2. *Cor* 11. 29. « Et infirmati sunt mente sua et clamaverunt ». Et *Mich.* 1. 12. « Infirmata est in bonum (*Jerusalem*) », *h. e.* vigorem amisit ad bene agendum.

**INFLĀTRIX**, tricis, f. 3. (influo), quæ inflat. — Translate. *Augustin. Serm* 118. 5. *Mai* « Venit Christus, mutavit legem in gratiam, illam inflatricem, istam adjutricem ».

**INGRĂVĀTĬO**, ōnis, f. 3. V. voc. in *Lexico*. Addimus usurpatam fuisse sensu translato seu ethico ap. *Augustin. Quæst.* in *Gen.* 2. *qu.* 3. ubi « ingravatio cordis » est durities, *induramento*.

**ĬNĪQUUS**, a, um, adiect. Scribitur etiam *iniqus* ap. *Prob. app. gramm.* IV. 195. 3. et *inicus* ap. *De Rossi Inscr. Christ.* I. p. 473. n. 1044.

**INJUSTŌ**, adv. (injustus), idem ac injuste. *Itala Job* 35. 6.

**INNŎCUS**, pro innocuus in *De Rossi Inscr. Christ.* I. 370.

**ĬNŎPĪNĀTĒ**, adv. V. voc. in *Lexico*, ubi ap. *Senec.* ad *Helv.* 5. 3. nunc non *inopinate*, sed *inopinantis* legendum est.

**ĬNŎPPORTŪNĒ**, adv. (inopportunus), non opportune. *Augustin. c. Faust.* 22. 72. et *Quæst. evang.* 7. 18.

**ĬNŌRUS**, a, um, adject. V. voc. in *Lexico*, ubi ap. *Gell.* 7. 6. 1. non *inora* sed *inodora* legendum est.

**INQUĪRO**, is, etc. V. voc in *Lexico*; cui addimus perf. *inquisii* ap. *Paul. Dig.* 47. 2. 67. (66.) 4.; plusqu. perf. *inquisissent* ap. *Liv.* 22. 7. 11. et infin. perf. *inquisisse* ap. *eund.* 40. 14. *F.*

**INSĔCO**, (insequo), sĕquis, ἀρχαϊκῶς, i. q. inquam (in-squam) aliquid communico, refero. *Placid. Gloss.* V. 29. 20.; imperat. *inseque* ap. *Enn. n. Paul. Fest.* 111. 11. et *Gloss.* II. 86. 53., sed *insece* ap. *Enn. Ann* 326. et *Liv Andr. Odyss. frg.* ap. *Gell.* 18. 9. 5.: partic. fut. pass. *insecenda*. *Cat. frg.* V. *Gell.* 18. 9. 1. sqq.

**INSĔCUS**, adv. (in *et* secus), idem ac prope. *Gloss.* II. 86. 47. insecus, εἰς ἐγγύς. Cf. *Hand. Tursell.* III. p. 382.

**INTERCĂPĪTO**, as, āre, a. 1., in capita distribuo. *Virgil. gramm.* p. 5. *Mai.* « Ut renovatior fiat natura legentis vicissitudinis librorum suorum divisa intercapitant opuscula ».

**INTERDĪCO**, is, dixi, dictum. ĕre, a. 3., præter alia, quæ in Lexico exponuntur, etiam extra rem forensem, de qua ibi agitur, pro jubeo, præscribo. *Cic.* 1. *Rep.* 39. 10.

**INTERDICTUS**, us, m. 4., interdictum, prohibitio, vetitum. *Greg. M.* in *Infans. Christ.* p. 211. *Mai.* « Sub interdictu anathematis ». Adde *ibid.* p. 214.

**INSENSĀTĬO**, onis, f. 3. (insensatus), condicio ejus, qui insensatus est, dementia, stoliditas. *Interpr. Iren. præf.* 2. « Præcipias ei observare se a profundo insensationis. *Id.* 4. *Hær.* 41. 4. « Dementiam insensationis ostendere ».

**INSENSŬĀLĬTAS**, ātis, f. 3. (insensualis), sensus defectus, status ejus, qui insensualis est. *Augustin. de Gen. ad litt.* § 24. « Insensibilitas quædam vel si melius insensualitas dicitur ». *Id. c. Faust.* 15. 4. « Insensualitas lapidis ».

**INSĪBĬLĀTOR**, ōris, m. 3. (insibilo), qui insibilat et etiam afflat, ut ap. *Augustin.* in *Evang. Joh.* 1. *tract.* 8. 6. « veneni insibilator ».

**INSOMNĬTAS**, ātis. f. 3. (insomnis), somni defectus. *Schol. Pers.* 3. 84.

**INSŎNĀBĬLĬTER**, adv. (in *et* sonabilis), sine sono. *Augustin. Epist.* 147. 37.

**INSPECTĀTOR**, ōris, m. 3. V. voc. in *Lexico*. Addimus ap. *Fronton. ad Marc. Cæs.* 1. 7. p. 19. 9. *N. cod.* legend. *imperator.* et ap. *Symm. Epist.* 5. 9. *codd. optt.* leg. *inspectores*. Cf. *Klussmann. Emendatt. Fronton.* p. 26.

**INSPEX**, icis, m. 3. (inspicio), qui inspicit v. contemplatur v. examinat. *C. I L.* 2. 5078.

**INSTĪGĀTŌRĬUS**, a, um, adject. (instigo), ad instigationem pertinens. Ut *instigatoria verba* ap. *Cassian. Coll.* 16. 20.

**INSTĪPŬLOR**, āris, etc. V. voc. in *Lexico*. — Animadvertimus tamen ap. *Plaut. Pseud.* 1069. *Goetz-Schoell* leg. « est stipulatus ».

**INSTRUCTE**, adv. V. voc. in *Lexico*; ap. *Apul. Apol.* 34. nunc legendum est « ut denuo instructus accuses ».

**INSUĀSĪBĬLĬTAS**, ātis, f. 3. (in *et* suasibilis), status ejus, qui suaderi non potest. *Hieronym.* in *Ephes* 5. 6.

**INTĒGŬLĀTUS**, a, um, (in *et* tegula), tegulis coopertus. *Augustin. Enarr.* in *Ps.* 128. 11. « Fenum tectorum herba est, quæ nascitur in tectis, in solario integulato ».

**INTĔNĔBRĀTUS**, a, um, (tenebræ), tenebris obductus. — Translate: *Interpr. Iren.* 3. *Hær.* 25. 6. « Vacua enim doctrina ipsorum et intenebrata ».

**INTERDŪĀTIM**, adv. V. voc. in *Lexico*. — Animadvertimus tamen ap. *Plaut. Truc.* 4. 4. 29. *Spengel leg. interdum, furtim., Goetz-Schoell* (v. 882.) « interim futatim ». Locus corruptus.

**INTERFECTŌRĬĒ**, adv. (interfectorius), apte ad interficiendum. *Augustin. c. Epist. Parmen.* 3. 14.

**INTERMĀNO**, as, āre, 1. (inter *et* mano), inter aliqua mano. *Chalcid. Tim.* 214. « Ibi primum nasci dicunt initium sentiendi et intermanare ad ceterum corpus ».

**INTERSÆPTĬO**, ōnis, f. 3. (inter sæpio), interclusio ut *intersæptio faucium* ap. *Eustath. Hexaëm.* 7. 1.

**INTERSTĬTĬES**, ēi, f. 5. (intersisto), idem ac interstitium. *Chalcid. Tim.* 93.

**INTERSTĪTĬO**, ōnis, f. 3. V. voc. in *Lexico*. — Apud *Arnob.* 6. 12. *Reiffersch.* legit *interstinctio*.

**INTEXTUS**, us, m. 4. V. voc. in *Lexico*. — Apud *Quintil.* 8. 4. 8. *Bonnell* nunc legendum est *contextu*.

**INTRESĔCUS**, adv intro v. intus, cui opponitur *foris*, *C. I. L.* 14. 137.

**INTRŎĬTUS**, us, m. 4. (introeo). V. hanc voc. in *Lexico*. — Heteroclit. dat. et abl. *introito*, in *C. I. L.* 3. 2119. et 4441.

**INTŬĬTĬO**, ōnis, f. 3. (intueor), actus intuendi, intuitus. *Interpr. Iren.* 2. *Hær.* 6. 1. « Invisibile enim ejus, cum sit potens, magnam mentis, intuitionem et sensibilitatem omnibus præstat potentissimæ et omnipotentis eminentiæ ». Adde *Chalcid. Tim.* 239. 241. et 257.

**ĬNUNDĀTĬO**, ōnis, f. 3. V. hanc voc. in *Lexico*, cui adde alium ejus usum sive significationem translatam, ut *inundatio sermonis* ap. *Chalcid. Tim.* 19. *E.*

**INVĔNĬĀBĬLIS**, e, adject. non veniabilis, venia indignus. *Ambros.* in *Ps.* 35. 12. « Quemadmodum laudabilis est ille, qui bonum, quod quæsivit, invenit: ita inveniabilis, qui laboravit, ut malum, quod quæsierat inveniret ».

**INVESTĬO**, is, etc. V. voc. in *Lexico*. — Apud *Plin.* 35. *N. H.* 52. nunc legend. « publicas porticus occupavit pictura ». Et ap. *Prudent. c. Symm.* 2. 38. nunc *vestita*.

**INVEXATUS**, a, um (in *et* vexo), non vexatus. *Augustin. op. imperf. c. Julian.* 1. 21. « ut illa invexata maneant ». V. loc. integr.

**INVĪDĬA**, æ, f. 1., (ἀτενισμός) ab invidendo, quod est valde videre et contenta oculorum acie intueri in aliquid vehementissime. *Tertull. Apol.* 40. « Invidia cætum tundimus ».

**INVĪSĪTO**, as, āre, 1., (*frequent.* ab *inviso*), sæpius inviso. *Cassiod* in *Ps.* 134. 6. « Quando nos sol verus invisitat ». *Ibid.* 102. 12. — Ad loc. *Jul. Val.* 1. 50. cit. in *Lexic.*, ed. *Kuebler* p. 52. 20. habet « mansitare ».

**IRRĒTĬCENTĬA**, æ, f. 1. (in *et* reticeo), reticentiæ defectus. Figura rhetorica = Cf. παρρησία, quæ est dicendi libertas. *Carm. de fig.* 130. p. 68. *H.*

**IRRĪSŌRĬĒ**, adv. (irrideo), cum irrisione v. ironia. *Serv.* ad *Virg. Ecl.* 7. 27.

**IRRŬO**, is, ŭi, ŭitum, ĕre, 3., præter alia est infero, injicio. *Tertull. Anim.* 31. « Hermotimus fabam quoque in pabulis communibus irruerat ».

**ISCLA**, æ, f. 1. schola. *Tertull. c. Valent.* 8. « In isclis Chartaginiensibus fuit quidam rigidissimus rhetor Latinus ». — Vocabulum est Chartaginiense: Syris iscola; Latinis schola.

**ĬTĬNĔROR**, āri, 1. dep. (iter), iter facio = ὁδοιπορῶ. (*Gloss.* II. 379. 16.). *Augustin. de Music.* 6. 1. « itinerandi necessitas ». — Particip. subst. *itinerantes* est ap. *Ambros.* in *Ps.* 1. 25. *Augustin. de Dial.* 6. p. 1. 2. *Cr.*, *Salvian. Gub. Dei* 1. 9. 43.

## J

**JACTĀTŌRĬUS**, a, um, adject. (jacto), fort. efficax ad ejiciendum. *Oribas. Eup.* 2. 1. *H.* 10.

**JACTĪTĀTĬO**, onis, f. 3. (jactito), actus jactitandi, jactatio. *Ambros. de Helia* 8.

**JACTĪVUS**, a, um, adject. (jacio), est qui promissum legitimum neglexit. *Lex Sal.* 50. 3. et 51. 1.

**JACTŪROR**, āris, ātus sum, āri, dep. a. 1. (jactura), idem ac jacturam facio. *Itala Marc.* 8. 36. « Si jacturatus fuerit animam suam ». (*Vulg.* detrimentum patiatur).

**JŎCŬLOR**. V. voc. in *Lexico*, ubi ap. *Phædr.* 4. 2. 1 nunc legitur: *joculare tibi videtur.*

**JŪBĪLÆUS**, i, m. 2. V. voc. in *Lexico*; hic tamen ad eam melius declarandam hæc addimus. — *a*) *Orthogr.* Scribitur, et rectius, *Jobelæus* v. *Jubelæus*, ratione etym. V. sub *c.* — Errant qui scribunt *Jubilæum* gen. neutr., nulli enim hæc positio fundamento innititur; non sacræ scripturæ, uti vult *Georges* s. v., absolute ibi vocem (*Lev.* 25.) usurpatam, ad genus neutrum referens; neque scriptorum ecclesiasticorum, qui, quod sciam, masc. tantum utuntur uno fort. alterove excepto recentiore nullius auctoritatis; sed uni tantum, ut puto, stilo Curiæ Romanæ, qui corrigendus omnino est. — *b*) *Prosod.* Si quantitas Hebraicæ vocis spectetur, prima et secunda syllaba longæ sunt; hinc licenter utramque corripuit *Arat. loc. cit.* — Sunt tamen qui primam producunt secundam breviant (*Georges*): vel primam breviant et alteram producunt (*Lanfranchi*): vel denique qui utramque corripiunt (*Forcell.*, *Furlanett.*, *De Vit.* fort. *Aratori* obsecuti). — Certam nihilominus ac sequendam quantitatem a nobis propositam putamus, solido argumento probatam; nec tamen quandam in hisce exoticis vocibus computandis poëtarum licentiam improbamus. — *c*) *Etymol.* Vox *Iubilæus* oritur ab *Hebr.* yôbêl (LXX. ἰωβήλ), nom. instrumenti, quod nunciando jubilæo inserviebat. — Varius est sensus, in quem hæc vox accipitur a veteribus, sc. *remissionis*, ἄφεσις (LXX.); vel *libertatis* (*Joseph*); vel *arietis* (*Talmudist.*), ut est apud Arabes. (Cf. *Roberston, Thes. ling. sanct.* p. 282; *Corp. Inscr. Semit.* 1881. I. p. 224.; *Bloch, Phöniz. Gloss.* 1891. p. 32.); vel *jubili* (*Hieronym. coll. Sil. It.* 14. 475. et *Colpurn. Ecl.* 1. 80.); sed omnia hæc non vim vocis, sed effectum inde ortum significant. — In latiorem vero sensum *yôbêl* occurrit pro cornu arietis, mox pro ejus sono, denique pro sollemnitate jubilæi. — Memoratur *Arat. de Act. ap.* 2. 677. « quinquagesimus annus / Cum jubilæus adest, proprii distractio ruris / Antiquo donatur hero; servire coactos / Libertas amissa petit etc. ». *Hieronym.* 2. in *Is. sub init.* « Jubilæus, id est dimissionis annus ». *Ambros de Fid. resurr.* 2. 108. « Septima igitur tuba hebdomadis requiem videtur significare, quæ non solum in diebus et annis et periodis æstimatur; unde et jubilæus sacratus est etc. ». — Hinc derivant nonnulli adj. jubilæaris vel et quidem pejus, *jubilaris*, utrumque a nullo, quod sciam, auctore usurpatum. Qua re pro *festum jubilæare* dicas *festum jubilæi* vel aliud. — Non est porro confundendus quadragesimus nonus annus cum jubilæo, quo anno ea omnia præscribuntur agenda in *Levit.* 25. 6-10., cui respondet *Deut.* 16. 9. Sunt enim qui contendunt quadragesimum nonum esse annum, de quo agimus, hac unica ratione nixi, quod vervactum ultimi anni sabbatici et subsequentis anni, nempe quinquagesimi penuriam annonæ aut famem attulisset: nam longe hoc vervactum diu ante cognitum monebat frumentum reponere. Ceterum ea omnia facta fuisse, jubilæo recurrente, testantur *Philo de Carit.* p. 404. et *de Septen.* p. 1178 et 1188., *Jos. Ant.* 3. 13. 3., et Judæi, Rabbanitæ, Caræi. — Hic annus, decima die mensis, Tishri dicti (= Septembr. Octobr.), die propitiationis, a sacerdotibus indicebatur clangore cornuum (yôbêl) *Levit.* 25. 8-13. 21-24., *Num.* 36. 4., *Is.* 61. 1. 2.). Præter ea, quæ anno sabbatico obtinebant. 1° omnia mancipia originis Hebraicæ in libertatem dimittebantur; 2.° omnes agri et domus pagorum et urbium Levitarum et sacerdotum, prioribus annis venditæ, venditoribus reddebantur, illis exceptis, quæ Deo sacratæ nec ante annum jubilæum redemptæ fuerant; 3.° cum debitores plerumque agrum creditori in hypothecam et usum traderent, ut ita ager creditori venumdaretur, adeoque anno jubilæo debitori redderetur: debita quoque hæc remissa erant, uti etiam debita eorum, qui, cum non essent solvendo, in servitutem venundati fuerant et nunc libertatem nanciscebantur. Hinc recentiore ævo generatim valebat anno jubilæo novas tabulas fieri, teste *Jos. Ant.* 3. 12. 3. — Alia accuratius pertractata videsis apud *Lesêtre, Dict. Bibl.* III. 1750. — Hæc autem lex aliquando neglecta fuit. (Cf. 3. *Reg.* 21. 2-16., *Is.* 5. 8., *Mich.* 2. 2-4.). — Post reditum a captivitate Israëlitæ in ea servabantur condicione, ut legem jubilæi amplius servare non possent; in libro enim *Esdræ* II. mentio fit dumtaxat anni sabbatici; hinc, auctorum Judæorum testimonio, statui potest hanc legem exinde desiisse. Cf. *Reland, Carpzov, Bärh, Schmalzl.*

**JŪCUNDĀTĬO**, ōnis, f. 3. (jucundo) delectatio, jucunditas. *Arnob.* in *Ps.* 146. « in quo Deo nostro fit jucundatio ».

**JŪGĬFLŬUS**, a, um, adject. (jugis *et* fluo), jugiter fluens. *Paulin. Nol. Carm.* 32. 437. « jugifluus semper liberis ».

**JŬGŬMENTUM**, i, n. 2. idem ac jugamentum. V. *Lexicon*, et add. *jugmentum* sync. legi etiam in *Gloss.* II. 93. 53. « Jugmenta ζεύγματα ».

**JŪRĀRĬUS**, a, um, adject. (juro), epitheton Jovis in *C. I. L.* VI. 379. C. VOLCACI C. F. HAR. (sc. haruspex) DE STIRPE JOVI JVRARIO etc. *Orioli* in *Bull. cit.* a 1855. p. 6. sq. lectionem falsam putat et pro *jurario* reponeret ex conjectura *lurario*, quam vocem a *lurore* deduceret ita ut sub hoc nomine invocatum conjiceret Jovem contra morbos lurorem inducentes, qualis ex. gr. est morbus regius.

**JURGĬO**, as, āre, 1. (jurgium), increpo, contumeliis afficio v. in aliq. invehor. *Commodian. Apol.* 437.

**JŪRO**, as, etc. — Forma *jurassot* pro juraverit *Vet. Lex.* ap. *Marini frat. arv.* p. 70. 20. — 'Αρχ. *jouro*, ut *C. I. L.* I. 198. 23. *jouret Ibid.* 1. 198. 18. et 23. *jourato et ibid.* 1. 197. 17. sqq. *jouranto.*

**JUSSŌRĬUM**, ĭi, n. 2. (jubeo), scriptum quo aliquid jubetur. *Gloss.* V. 462. 14. (= V. 504. 66.). « Jussorium : lex præcepti ». Cf. *Gloss.* IV. 414. 24. « jussoriam rem præceptio ».

**JŪTRIX**, tricis, f. 3. (juvo), quæ juvat, adjutrix. *C. I. L.* 10. 354.

**JŬVENCŬLESCO**, is, ĕre, 3. (juvenculus), idem fere quod juvenesco. — Translate. *Ambros. de Cain* et *Abel* 1. 4. n. 12. « Ne ergo dubites talibus naturæ admonitus exemplis, quod malitia præcedat tempore, sed juvenculescat infirmitate » et *ibid.* 2. 1. n. 2. « Juvenculescat adulescentia, senecta canescat ».

**JŬVĒNIX**, idem ac *junix* contr. *Plaut. Mil.* 304. V. *Junix* in *Lexico.*

**JŬVO**, as, etc. V. voc. in *Lexico.* — 'Αρχαϊκῶς *juve* imper. pro *juva*, ap. *Acc. tr.* 489. $R^3$ p. 231.

J. PERIN

# APPENDIX

AD

# LEXICON TOTIUS LATINITATIS

L - Q

# L

**LĀBESCO**, is, ĕre, n. 3. idem fere ac labor; *Rufin. Interpr. Orig. in Epist. ad Rom.* 9. 32.

**LĀBĪBUNDUS**, a, um, adject. labendo vel lapsui facilis. *Tiberian. Carm.* 1. 14. « Labibunda fluenta ».

**LĀBĪLĪTER**, adv. (labilis), labili modo vel labendo. *Augustin. de Genes. ad litt.* 2. 11. 24. « Aqua labiliter fluxa ». Adde *ibid.* 3. 3. 5.

**LĀBISCOR**, ĕris, i, n. 3. (incohat. a labor), labi incipio, casum minor. *Diomed. gramm.* I. 344. 22. Cf. LABASCO.

**LĀBĪTO**, as, āre, n. 1. (*intens.* v. *frequent.* a labo), idem quod labo (*Hilar. Arel.*) *Poem. de Manich.* v. 87. « Regna, quæ parvo labitantia tempore dantur ». *Alii leg.* labentia.

**LĂCRĪMĀTŌRIUS**, a, um, adject. (lacrima), lacrimis eliciendis inserviens. *Sex. Placit. de Medic.* 17. 1. « Et si leucoma lacrimatorium est, non insanabile efficit; dat enim aliquatenus claritatem ».

**LACTĀTĬO**, ōnis, f. 3. (lacto), actus lactandi, præbitio lactis. — Translate. *Interpr. Iren.* 4. *Hær.* 38. 1. « Et propter hoc, quasi infantibus, ille, qui erat panis perfectus Patris, lac nobis semetipsum præstavit... ut quasi a mamilla carnis ejus enutriti et per talem lactationem assueti manducare et bibere Verbum Dei et eum, qui est immortalitatis panis, qui est Spiritus Patris in nobis ipsis continere possimus ». Adde *Mar. Mercat.* vertentem *Epist.* 2. *Nestor. ad Cyrill.* n. 14. p. 822. *M.*

**LĂCŪNAR**, āris, n. 3. V. voc. in *Lexico.* — Add. plur. *lacunaria*. *Gloss. Plac.* V. 31. 7. « Lacunaria sunt quæ cameram subtegunt et ornant quæ et laquearia dicuntur ». *Gloss.* IV. 104. 8. « pendentia luminaria ». Cf. *Isid*, 20. *Orig.* 10. 4. ubi *lacuaria*, confusum fortasse cum *laquearia*). Alio sensu, a *lacuna* derivat., *Gloss.* V. 306. 7. « Lacunaria, locus aquarum quales (sic!) aquaria ». *Gloss.* ap. *Loewe, Prodr. Gloss.* p. 108.

**LÆTĪTAS**, ātis, f. 3. (lætus), idem quod lætitia. *Inscr.* ap. *Cavedoni Bull. arch. Napol.* VIII. n. 181. *sq.* et in nummo Faustinæ junioris ap. *Cohen, descr. d. Monnaies frappées sous l' Empire Rom.* n. 186.

**LĀMENTŌSUS**, a, um, adject. (lamentum) lamentis plenus, querulosus. *Eugypp. vit. Severin.* 12. *cod. B.* « Ad castellum lamentosa vociferatione revertitur ». (*Cod. A.* luctuosa).

**LĀMENTUS**, i, m. 2. *Gloss. Placid.* V. 215. 5. coll. V. 80. 8. et 111. 47. « Lamenta dicimus genere neutro numero semper plurali, lamentus autem genere masculino dicunt Iudæi et eorum filii, cimices non lecti genialis, sed sandapilæ amphitheatralis ».

**LAMPĂDĪTAS**, ātis, f. 3. (lampas), longa disclaritas. *Virgil. gramm.* p. 86. 26. « Lapides dicuntur de sua lampaditate, quia ex eis lampades ignis accenduntur ».

**LAMPAS**, ădis, f. 3. V. voc. in *Lexico.* — Adde *Gloss.* V. 215. 5. « Lampadas solstitium æstivum, quod est octavo Kalendas Julias: ideo lampadas dicitur eo quod ex eo die lampas solis claritatem majorem accipiat coloremque nimium advenientis æstatis infundat ».

**LĀNA**, æ, f. 1. V. voc. in *Lexico.* — Add. lanam dici de villoso sive denso ἐπίθεμα, quo mulieres cerebri partem oblegebant. *Tertull. de Virg. vel.* « Mitris enim et lanis quædam non velant caput, sed conligant, a fronte quidem protectæ: qua proprie autem caput est, nudæ ».

**LANCĔA**, æ, f. 1. V. voc. in *Lexico.* Metaphorice, radius (solis), ut ap. *Tertull. de Pudicit.* 7. « Non lucernæ spiculi lumine, sed totius solis lancea opus est ».

**LANCĬA**, æ, f. 1. idem ac lancea. *Gloss.* II. 121. 8., III. 299. 16. λόγχη. (Cf. *Gramm. Lat. K.* IV. 1988.). *Gloss.* IV. 359. 6. « lanciam, pugionem, frameam ».

**LANGŌN**, ōnis, acc. plur. langonas, m. 3. (λάγγων). — Scribitur et *languon*. Est autem qui languet. *Vet. Interpr. ad Virg.* 2. *Georg.* 93. p. 308. *ed. Lion.* « Languon est, juxta Dialecticos, pedibus infirmus; unde et pigros vel otio deditos languones vocarunt ».

**LĂNĬĀTŪRA**, æ, f. 1. (lanio), actus laniandi, laniatio, *Gloss. Placid.* V. 31. 5. « Laniena locus ubi animalia mactantur, dictus a laniatura ».

**LĀNĬFĬCO**, as, āre, a. 1. lanam facio ἐριουργῶ ap. *Gloss.* II. 314. 27.

**LĀNĬFRĬCĀRĬUS**, ii, m. 2. (lana *et* frico), qui lanam fricat. *C. I. L.* IV. 1190.

**LĀNĬLĂVĬUS**, ii, m. 2. (lana *et* lavo), idem quod lanilutor v. lanam lavans in *Gloss.* IV. 359. 4.

**LĂNISTA**, æ, m. 1. V. voc. in *Lexico.* — Apud *Isid.* 10. *Orig.* 159. est idem ac carnifex, a v. *lanio, are.* Item ap. *Gloss.* IV. 105. 27. « Lanistæ (lanistarii *cod.*) macellarii qui carnes ferro laniant ».

**LĂNISTĀRĬUS**, v. voc. præc.

**LĀNĪTĬUM**, ii, n. 2. (lana). — Male scribitur a quibusdam *lanicium.* — Est idem quod lana vel lanæ proventus. V. voc. in *Lexico.*

**LĂPĬCŬLA**, æ, f. 1. nom. demin. a *lapis* pro lapidicula. *Virgil. gramm.* p. 28. 18. *H*: « Lapis est ex quo habes lapiculam ».

**LĂPĬDĀTRIX**, tricis, f. 3. (lapido), quæ lapidat. *Interpr. Orig. in Matth. comm.* 28. « Jerusalem interfectrix et lapidatrix prophetarum ».

**LĂPILLŌSUS**, a, um, adject. (lapillus), lapillis plenus. *Schol. Bern.* ad *Virg.* 2. *Georg.* 212. « Lapillosa terra ».

**LAPSĀNĬUM**, ii, n. 2., idem origine et significatione ac lapsana. *Hieronym.* in *Reg. s. Pachom.* 52. « Sed reddere poterit ei, qui attulit, sive lapsania, quod genus herbarum est viliorum, sive panes sive olera præmordica ». *Cassian.* 4. *Instit.* 22. « Lapsania, sal frictum olivæ etc. ». *Id.* 4. *ibid.* 11. « Summæ reputantur deliciæ, si herba sale condita, quam lapsanium vocant, aqua diluta ad refectionem fratribus apponatur ». *Alii leg. lapsanum.*

**LASCĬA**, æ, f. 1., funiculus ad vestium ornatum pertinens. *Gregor. Tur.* 4. *Hist.* 26. « Aspicit hunc (*lanarium artificem*) lascias regias componentem ».

**LASCĪVO**, as, āre, n. 1. (lascivus), idem ac lascivio. *Anthol. Lat.* 176. 13. « Cedat Cecropii lascivans bucula fabri ».

**LĂTĔRO**, as, āre, n. 1. (latus), sepono, lateri adpono. *Priscian. gramm.* II. 274. 91. « Omnia neutra supra syllabam in "-us" desinentia, si habuerint verba in "-ero" exeuntia, per "-eris" faciunt genetivum, ut "pondus ponderis pondero ponderas..." "latus lateris latero lateras" ».

**LATRĪA**, æ, f. 1. (λατρία), status et condicio mercennarii sive ministerium, quod pro mercede præstatur; speciatim vero apud Ecclesiasticos scriptores cultus Dei, adoratio. — 1.° Proprie. *Gloss.* V. 306. 48. « Latria græce cultus Dei solius ». — 2.° Translate. *Pseud. Cassiod. de Amic.* 36. (38.). « Divitiis aut deliciis temporalibus quosdam latriam exhibere ».

**LĀTRĪNÆ**, ārum, f. pl. 1. V. voc. in *Lexico.* Add. latrinarum antistes, quæ Cloacinæ deæ præest. *Tertull. Pall.* 4. « Et cum latrinarum antistes sericum ventilat ».

**LĂTRŌCĬNANTER**, adv. (latrocinans), idem ac latrocinaliter. *Augustin.* op. imperf. c. *Julian.* 5. 64.

**LAUDĀTĪVĒ**, adv. (laudativus), laudationi accomodate. *Donat. Ter. Eun.* 5. 8. 5. et *Schol. Bern. ad Virg.* 6. *Ecl.* 1.

**LĂVĀBĬLIS**, e, adject. (lavo), qui lavari potest. *Schol. antiq.* ad *Stat. Achill.* 1. 58. *Mai.* « Hic tres potestates designantur, potabilis, navigabilis, lavabilis ». Quæ tamen scholia sero compilata sunt.

**LĂVĀCRUM**, i, n. 2. (lavo). V. voc. in *Lexico.* Adnotamus tantum secundum corripi ab *Alcim. Avit. poëm.* 5. 714. et *Venant. Carm.* 5. 5. 96., ita ut sit licenter *lăvăcrum* pro *lăvācrum*.

**LĂVĀTŌRĬUS**, a, um, adject. (lavo), ad lavandum pertinens vel lavando inserviens, ut *lavatoria herba*. *Schol. Bern. app.* ad *Virg. Georg.* 1. 194. p. 990. *H.*

**LĂVERNA**, æ, f. 1., ferramentum latronum et furum; item latro et qui filios alienos seducit; item gladiator et etiam dea furum. *Gloss.* passim.

**LĒGISDĀTĬO**, ōnis, f. 3. (lex *et* datio), idem quod legislatio. *Interpr. Iren.* 4. *Hær.* 36. 2. « Et qui priores sive primum per servilem legisdationem, vocaverat Deus, hic posteriores sive postea per adoptionem, assumpsit ». *Id. ibid.* « Per eam legisdationem, quæ est per Moysen ». Adde *ibid.* 8. 10. 1., 4. 4. 2. et 4. 9. 1.

**LĔMŬRES**, um, m. plur. 3. V. voc. in *Lexico.* — Vulg. forma *lemores* est ap. *Charis. gramm.* I. 32. 23. (ubi lemores, νυκτερινοί δαίμονες) et in *Gloss. Placid.* V. 29. 37. « lemorum, larvarum ».

**LĒNŌNĬĒ**, adv. (lenonius), lenonum more. *Lamprid. Commod.* 15. 4. ed. *Peter* ubi vulg. *lemonice* in *Lexico.*

**LENS**, lendis, 3. V. voc. in *Lexico*, ubi est gen. femin.; sed ap. *Charis. gramm.* I. 32. 21. et *Diomed. gramm.* I. 546. 28. etiam gen. masc.

**LĔONTĒUS**, a, um, adject. (λεόντειος), ad leonem pertinens, leonticus. *Fulg. Myth.* 3. 1. p. 104. *M.* Leontea virtus.

**LĔPORĬA**, æ, f. 1. (lepor), ars venuste scribendi v. loquendi venustas. *Virg. gramm.* p. 17. 21. *H.* « Nostræ philosophiæ artes sunt multæ,... leporia, dialecta » et 18. 23.: « Leporia est ars quædam locuplex atque amœnitatem mordacitatemque in sua facia præferens ».

**LĔPŎRĬCUS**, i, m. 2., magister leporiæ. *Virg. gramm.* 16. 20. *H.* « Quædam carminum genera... a rhetoribus ac leporicis usurpantur » et *ibid.* p. 17. 12.

**LĔPŌS**, ōris, m. 3. V. voc. in *Lexico.* — In recto scribitur etiam *lepor*, ut in *Anthol. Lat.* 1239. 4. *M.* (non amplius ap. *Agrœc.* 122. 5. *K.*).

**LESSUS**, v. voc. in *Lexico.* — Apud *Plaut. Truc.* 731. *Schöll* legit: « lamentando lausum fecit filio »; sed est textus corruptus.

**LĒTHARGĬA**, æ, f. 1. V. voc. hanc in *Lexico.* Apud *Plin.* 24. *N. H.* 63. nunc legend. « in lethargo ».

**LĬBENS**, entis, adj. (libet), placens, gratus. *Tertull.* 1. *c. Marc.* 1. « Sol nunquam libens » h. e. « qui placeat spectantibus » (al. tamen alit. leg.).

**LĬBENTĬŌSĒ**, adv. (libet) læte, jucunde, cum voluptate. *Hist. Apollon.* 39.

**LĬBĔRAMENTUM**, i, n. 2. (libero), idem ac liberatio. *Augustin.* 6. *Civ. D.* 9. 1.

**LĪBRĀMEN**, ĭnis, n. 3. V. hanc voc. in *Lexico.* — Apud *Liv.* 42. 65. 10. legend. nunc est « huic abiegnæ breves pinnæ tres ».

**LĬCET**, licuit, etc. V. voc. in *Lexico.* — Adde ἀρχαϊκῶς *licessit* = licuerit ap. *Plaut. Asin.* 603. — Imper. *liceto* in *C. I. L.* I. 197. *l.* 12., I. 198. *l.* 87. et 1. 200. *l.* 26. 29. 41. 58. etc. — *Lex Falcid.* ap. *Paul. Dig.* 35. 2. 1.

**LĬCĬTĒ**, adv. (licet), licenter seu licentiose. *Tertull. c. Hermog.* 1. « Præterea pingit licite ». Alii aliter leg. — Alia significatione V. in *Lexico.*

**LIGNUM**, i, n. 2. compes lignea. *Vulg. Act.* 16. « Pedes eorum strinxit ligno » h. e. lignea compede. Alia in *Lexico.*

**LĪMEN**, ĭnis, n. 3. V. voc. in *Lexico.* — *De limine offendere est*, locutio proverb. de iis, qui initio rei, quam agendam susceperunt, peccant sicut qui domo discedentes in ipso limine cadunt. *Tertull. c. Valent.* 3.

**LĪNĬTEXTOR**, ōris, m. 3., qui linum texit, λινουργός. *Gloss.* II. 361. 24. Cf. etiam in *Gloss. linetero* et *linio* subst. quæ idem significant. (V. *Loewe Gloss. N.* 107.).

**LĬTĀNĪÆ**, ārum, plur. f. 1. (λιτάνειαι). Græco nomine appellantur quæ Latino dicuntur rogationes. Inter litanias autem et exhomologesim hoc interest, quod exhomologesis per solam peccatorum confessionem agitur; litaniæ vero indicuntur propter rogandum Deum et impetrandam in aliquo misericordiam ejus. Sed nunc jam utrumque vocabulum sub una designatione habetur; nec distat vulgo, utrum litaniæ an exhomologesis dicatur: hae et supplicia dicuntur. Litanias autem tribus diebus in ecclesia celebrare de exemplo sumptum est Ninivitarum, qui damnati pristinis vitiis, totos se tribus diebus jejunio ac pœnitentiæ contulerunt et operti saccis Deum ad misericordiam provocaverunt. Ita *Mai, Gloss. Class. Auct.* VII. 566.

**LĪTĀTOR**, ōris, m. 3. (lito), prosiliator. *Itala* 1. *Iohann.* 4. 10. « Et misit filium suum litatorem pro peccatis nostris ». *Vulg. nostr.* habet *propitiationem.*

**LĪTHOGNŌMON**, ŏnis, m. 3. (λιθογνώμων), gnomon lapideus. *Ambros.* in *Ps.* 118. *Serm.* 16. § 41.

**LŎCĀTŌRĬUS**, a, um, adject. V. voc. in *Lexico.* — Apud *Cic.* 15. *Att.* 9. 1. nunc legend. « legatoriam provinciam ».

**LŎCŬLĀRIS**, e, adject. (loculus). — ¶ 1. Est ad loculos sive ad locum pertinens, ut *locularis motus* ap. *Chalcid. Tim.* 33. *D.* 121. 137. — ¶ 2. Item qui loculis servatur, ut *locularis resina* ap. *Pallad.* 3. 25., ubi eam pici liquidæ mixtam in arborum morbis jubet adlini truncis.

**LŎCŬPLĒTER**, adject., (locuples), locuplete, dite. *Anon. Bern. gramm. Suppl.* 79. 8. *Hagen.* — Hinc comparat. *locupletius* et superl. *locupletissime* ap. *eund. ibid.*

**LONGĬO**, as. āre, 1. (longus), idem ac longo. *Diomed. gramm.* I. 505. 22. *de metro antispasto.* « Longiatur autem a dimetro usque ad pentametrum ». Alii vero leg. ita ut sit a *longo.*

**LONGISCO**, is, ĕre, 3. (longus), longus fio, in longum cresco. (*Gloss.* V. 643. 60). *Enn. Ann.* 451. et 452. *Vahlen* 2. ed. (*Non.* 429. et 480.). Al. leg. *langisco* v. *languesco.*

**LŪBRĬCĬTAS**, ātis, f. 3. (lubricus), ad labendum facilitas, lævitas. *Ps. Cassiod. de Amic.* 22.

**LŪCERNĀTUS**, a, um, adj. lucerna illustratus. V. voc. in *Lexico.* — Ad rem declarandam hæc addimus. Antiquitus in omni publica privataque lætitia mos erat, januam ornari lauris et lucernis. Ejusmodi lucernæ pensiles erant suspendebanturque catenulis ad ædium januas aut fenestras accensæ. *Tertull.* 2. *ad Uxor.* 6. Cf. *ejusd. Apol.* 35. « Cur die læto non laureis postes obumbramus? nec lucernis diem infringimus? ».

**LŪGO**, is, ĕre, a. 3. i. q. lugeo, ut *splendo* pro *splendeo* etc. *Itala Johel* 1. 13. « Lugite, (*Vulg.* ululate) deservientes altaria ». Item *Itala* (Cant.) *Matth.* 5. 5. « Beati qui lugunt (*Vulg.* lugent), quoniam ipsi consolabuntur ». (Hæc lectio *lugunt* non in fragmentis tantum extat, verum etiam in ipso Matthæi integro textu translationis veteris a *Mai* edito *Script. Vet. T.* 3. *part.* 2. p. 258. Cf. *Augustin. Specul.* ap. *eund. Mai* 23. *Spicil. Rom.* IX. *app.* p. 57. et *Patrum nov. Bibl.* 1. 2. p. 36.).

**LŪSĬO**, ōnis, f. 3. actus ludendi, ludus. — Apud *Tertull. c. Hermog.* 6. est prælusio. « Congressionis lusionem deputa, lector; ostendam, sed non imprimam vulnera ». Alludit ad prælusiones gladiatorum, quæ fiebant rudibus.

**LŬTĪNA**, æ, f. 1. (πήλωμα) nom. a *lutum*, absolute adhibitum de loco lutoso. In sing. num. est ap. *Auct. de Idiomat. gen. gramm.* IV. 581. — Sæpius vero in plur. num., immo secundum alios grammaticos hoc numero tantum adhibetur. *Charis. gramm.* I. 33. 16. Lutinæ, πηλώματα. *Charis. Excerpt. gramm.* I. p. 549. « Hæ lutinæ: πηλώματα. Adde *Auct. append. Probr. gramm.* IV. p. 195. *K.* et *Gloss.* II. 545. 54.

**LŬTĬTO**, as, āre, a, 1. (lutum), sæpius luto, conspurco. — Translate *Plaut. Trin.* 292. *Schoell.* « Nam hi mores majorum laudant. Eosdem lutitant, quos conlaudant ». Ita *Ritschl* et *Schoell* codd., ubi vulg. *lutulant.*

**LŬTŬLENTO**, as, āvi, āre, 1. (lutum), idem ac luto. *Placid. Gloss.* V. 30. 10., ubi "lutulentassit" lutulentum fecerit. Cf. *Loewe Gloss. Nom.* 89.

# M

**MĀCĔFĀCĬO**, is, ēre, a. 3. (maceo *et* facio), idem ac tabefacio, marcescere facio ap. *Evagr. Sent. Virg.* (*Rev. Ben.* 28.) p. 149. 59. « Fames et sitis macefaciunt concupiscentias malas ».

**MĂCELLENSES**, ium, m. 3. pl. (macellum) incolæ regionis ad macellum sitæ. *C. I. L.* VI. 31897.

**MACELLŌTÆ**, arum, f. pl. 1. (gr. μακελλωταί sc. θύραι) fores cancellatæ ap. *Varr.* 5. *L. L.* 146.

**MĀCĔRA**, æ, f. 1. idem ac machaera, quam voc. V. in *Lexico.*

**MĀCĔRĀTŪRA**, æ, f. 1. (macero), i. q. maceratio ap. *Novell. Valent.* 18. 1.

**MĀCĬNO**, as, ātum, are, a. 1. (macina - machina), molo, it. *macinare. Oribas. frg. Bern.* 1. 39. p. 2. 11. *H.* « Alfita de hordeo fricta et macinata ».

**MĀCRĬTŪDO**, ĭnis, f. 3. (macer). V. voc. in *Lexico.* — Apud *Non.* p. 136. 2. (sed *Plaut. Capt.* 135. nunc legend. *ægritudine*).

**MĀCRŎCĔPHĂLUS**, i, m. 2. (μακροκέφαλος), qui longum habet caput. *Ippocr. Aer.* p. 33. 3.

**MĀCRŎNŌSĬA**, æ, f. 1. (μακρονοσία), longa ægritudo. *Cass. Fel.* 4. p. 12. 1. et *Dioscor.* 1. 140.

**MĂCŬLĀTIM**, adv. maculis distincte ap. *Augustin. Gen. ad litt.* 5. 10: « Vestis... etiamsi non continuatim sed maculatim fiat ».

**MÆSTĬFĬCO**, as, are, a. 1. (mæstus *et* facio). *opp.* lætifico, scribitur etiam mestifico, et MŒSTIFICO q. V. in *Lexico.* Idem pro MÆSTUS et omnia derivata.

**MĀGA**, æ, f. 1. V. voc. in *Lexico.* — *Ovid.* 7. *Met.* 195. sq. nunc legend. *magorum* et *magos.*

**MAGGANUM**, (maganum), i, n. 2., vas ligneum vinarium seu dolium. *Schol. Cruq.* et *Acron. Hor. Od.* 1. 9. 8. Cf. *Du Cange* in v. *manganum.* — Alia forma maggana, æ, f. 1. *Suid.* in v. Γαυλός.

**MĂGISTĔRĬĀLIS**, e, adject. (magisterium), ad magisterium vel doctrinam pertinens, ut *magisterialis sedes* ap. *Rustic. Conc.*s I. 4. p. 21. et *magisterialis potestas* apud *eund.* I. 3. p. 90.

**MĂGISTRĀTUS**, us, m. 4. V. voc. in *Lexico.* — Declin. in genet. *magistratuos* fort. in *C. I. L.* X. 4725. 6. Dat. sing. *magistratu* citatur a *Prisc. gramm.* I. 387. 7. — Abl. *magistrato* in *C. I. L.* II. 5439. 4. 2. *lin.* 4., *magistratud* in *S. C. de Bacch.* (*C. I. L.* I.[2] 581.). — Nominat. et accus. plur. *magistratuus. C. I. L.* X. 3678.; *magistrates* ap. *Charis.* 32. 26.; *magistrati* in *Fast. Philocali* 31. Dec. (*C. I. L.* I[2]. p. 278.); Accus. plur. *macistratos. C. I. L.* I. 195. *lin.* 3.

**MAGNĀNĬMĬTER**, adv. (magnanimis), magno animo, generose. *Mar. Victor.* in *Eph.* 4. 2. « patienter et magnanimiter feras ». Adde *Cassian. Inst.* 7. 31. et 6. *Coll.* 9. 3.

**MAGNĀTUS**, i, m. 2. (magnus) magnas, caput v. princeps populi. *Vulg. Eccli.* 4. 7.: plur. *ibid.* 8. 10.: 11. 1. etc.

**MAGNĬLŎQUĀCĬTAS**, ātis, f. 3. (magniloquax), ostentatio v. iactatio in *Itala* 1. *Reg.* 2. 3.

**MAGNĬPŎTENTĬA**, æ, f. 1. (magnus *et* potens), idem fere ac omnipotentia ut *magnipotentia Conditoris* (*Dionis*) ap. *Faust. Rei. Symb.* 2.

**MAGNĬSŎNUS**, a, um, adject. (magnus *et* sono), grandisonus, ut *tuba magnisona* in *Hieronym. transl. Homil. Orig.* in *Jer.* 3. 1.

**MAGŪLUM**, i, n. 2. (μάγουλον *Gloss.*). *Schol. Juven.* 2. 16.

**MAJĀLĬNA**, æ, subst. f. 1., subaud. *caro* ap. *Gloss.* III. 316. 40.

**MAJŌRO**, as, āre, a. 1. (major), ponitur a *Charis.* (*Art. gramm.* p. 414. 10. ed. *Barwick*) inter synonima Ciceronis « Cumulat adjungit propagat majorat ».

**MĂLĂCISSO**, as, are, 1. V. voc. in *Lexico.* — Apud *Senec. Ep.* 66. 53. nunc leg. *malaxandos.*

**MALANDRĬÆ**, ārum, f. plur. 1. idem ac malandria (orum). *Plin. N. H.* 24. 44. et 26. 149. *Marc. Empir.* 34.

**MĀLĀTUS**, a, um, adject. (malus) infirmus, it. *malato. Gloss.* II. 126. 25.

**MĀLĀTUS**, a, um, adject. sync. a maxillatus, sicut mala a maxilla. *Gloss.* V. 115. 3.

**MĀLĔA**, æ, f. 1., fort. gr. μήλεα est « arbor quæ et malus dicitur ». *Gloss.* II. 587. 2.

**MĂLĔFĬCĬO**, = malefacio. Pass. *malfio*; unde malfiunt *Cass. Fel.* 41. p. 94. 5. *Cæl. Aurel. Præc. sal.* 89. (*Rose, anecd* 2. p. 234.). *Venant.* 5. 6. *Carm.* 27. *Alex. Trall.* 3. 45.

**MĀLĒTUM**, i, n. 2. (mālus), est locus malis consitus et recurrit in *Diff. Suet.* p. 286. 10. « pometa, sicut oliveta et ficeta, maleta ». Cf. etiam *Isid. Diff. app.* 65.

**MĀLIGNĀTĬO**, onis, f. 3. (malignor), actus malignandi. *Interpr. Iren.* 1. *Hær.* 25. 3. « Artes... magicas... incantationes et reliquas malignationes ».

**MALINA**, æ, f. 1. æstus majores. *Gloss.* V. 572. 23. Cf. voc. *ledo, onis. Gloss. Scalig.* V. 602. 47. (*Osb.* 326.) « ledo, maris æstuatio » et V. 571. 37. « ledones, majores æstus », et *Marc. Med.* 36. 49. et *Isid. Ord. creat.* 9. 4. et 5. — V. *Du Cange.*

**MĀLOGRĀNĀTUM**, i, n. 2. (malum *et* granatum). V. voc. in *Lexico.* — Apud *Plin.* 13. 9. et 26. 49. nunc legend. *malum granatum* et ap. *Isid.* 17. *Orig.* 7. 6. (coll. *Diff.* 1. 377.) nunc ut videtur, *malus granata.*

**MĀLUS**, i, m. 2. Abs. de diabolo nonnulli interpretantur illud ap. *Vulg. Matth.* 6. 13. in oratione dominica « sed libera nos a malo » sc. a diabolo, cujus est homines ad malum culpæ inducere. Favet huic interpretationi etiam Syr. ed. *diwō.* — Abs. est etiam ap. *Tertull. de Cult. feminin.* 5. et *de Idol.* 16. et 21., ubi *malus* = ὁ πονηρός.

**MAMMĬCŬLA**, æ, f. 1., demin. a mamma ap. *Plaut. Pseud.* 180., ubi P. leg. *anicula*.

**MAMMŌNA**, V. voc. in *Lexico*, quam nos exponendam amplius rectiusque ita esse censemus. — Mammona (μαμωνά vel potius μαμονᾶ. Aramaice est ממונא *mâmôna* emphat. τοῦ ממון *mâmôn*. — Etymon vocis incertum est. (V. *Kautzsch, Gramm. d. bibl. Aram.*, Leipz. 1884. p. 11. Cf. *Dalman, Gramm. d. jud. paläst. Aram.* Leipz. 1894.; *Levy, Neu-Hebr. u. Chald. Wörtb.*, Leipz. III. 1883. p. 138-139). Duplex litt. *m* in plurimis edd. Græcis error est (V. *Nestle* ap. *Cheyne Encycl. bibl.* III. 1902. — Quater hæc vox legitur in N. T., sc. *Matth.* 6. 24., *Luc.* 16. 9. 11. 13.; sed in text. *Hebr. bibl.* non invenitur: tantum in Targum (*Onkelos Exod.* 22. 30.) et in *Mischna Pirke Aboth.* II. 12. etc. — Videntur LXX. viri legisse *Mammon* pro *emûnâh* = veritas, fidelitas, in *Ps.* 86. (*Hebr.* 87.) 3. *Augustin.* vertit mammona per *divitiæ* (*Quæst. Evang.* 2. 34.) et per *lucrum* (*De serm. Dom. in mont.* 2. 47); sed illud hebraice, hoc punice. Certa quidem est illa significatio apud Hebræos, ut est apud Aramæos (*Smith, Thes. syr.* II. 1901.); sed perperam ab aliis mammon creditur significare *thesaurus*; ut ab illis, qui putant esse dæmonem vel deum, qui Pluton a Græcis et Romanis dicitur. *Glŏss. ordin.* in *Matth.* 6. 24. Cum enim Christus quasi personam *mammon* usurpat, non ut falsum deum aut idolum aliquod accipit, sed figurate loquitur secundum vulgarem usum. Sic *Tertull. c. Marc.* 4. 33. « Injustitiæ auctorem et dominatorem totius sæculi nummum scimus omnes » et *Didascal.* (ap. *Hauler.* p. 46.): « De solo mammona cogitant quorum deus est sacculus ».

**MAMPHŬLA**, æ, f. 1. V. voc. in *Lexico*, ubi corrig. seu mutand. ממל מכל in מכל et rectius מפלה pro מפל.

**MANCĬPĀTOR**, ōris, m. 3. qui mancipat, σωματέμπορος. *Gloss.* III. 201. 66.

**MANCĬPĬŎLUM**, i, n. 2. demin. a mancipium, mancipium minoris gradus, servulus, ap. *Paul. Nol. Epist.* 16. 4. « peto ut ei mancipiolum præstetur ». Adde *Conc. Agath.* a. 506. (*Mansi* 8. 325.), et *Turon.* 20 (19.) a. 567. p. 128.

**MANDALUS**, i, m. 2. genus clausuræ hostii seu repagulus. *Gloss.*

**MANDRĂGŎRĬCUS**, a, um, adject. (mandragoras), ad mandragoram pertinens. *Augustin.* c. *Faust.* 22. 26 « mandragorica mala ». — Absolute. *Ital. Genes.* 30. 14. 15. 16. 45. « Insuper et mandragorica filii mei vis accipere? ». *Vulg.* habet *mandragoras*.

**MANDŪCĀBĬLIS**, e, adject. (manduco), qui manducari potest. *Interpr. Iren.* 1. *Hær.* 11. 4. « Fructus manducabilis ».

**MĀNĒ**, adv. et nom. neutr. gen. Ita *Lexic.*; sed gen. fem. habet in infima latinitate. *Itala Matth.* 20. 1. « Traditus est Pontio Pilato præsidi prima mane ». *Carm. poët. min.* V. 65. 1. « quadam mane ».

**MĀNENTĬA**, æ, f. 1. (maneo), actus manendi in aliquo loco, mansio, mora. *Augustin. Epist.* 11. 3. et *Ps. Augustin. Sent.* 7. p. 728.

**MĀNĬĂCUS**, a, um, adject. (mania), ad maniam pertinens. *Alex. Trall.* 1. 56. « maniacis verbis ». *Gloss.* III. 602. 49. μαινόμενος.

**MĀNĬFESTANTER**, adv., (manifestans) evidenter. *Max. Taur. Serm.* 81. p. 696.[B]

**MĀNĬFESTĀTIM**, adv., (manifesto) manifeste, aperte. *Virg. gramm. Epist.* 3. p. 141.

**MĀNĬŎTĬCUS**, a, um, adject. (mania), idem ac maniacus gr. μαινόμενος ap. *Diosc.* 4. 1. p. 9. 22.

**MANNA**, æ, f. 1., cibus prodigiose datus Hebræis. *Hieronym.* in *Ps.* 131. 16., *Augustin. Serm.* 353., *Sulpic. Sev. Chron.* 1. 20. 3. — Est etiam neutr. indecl., quod solum in *Lexico* ponitur.

**MANSO**, as, ātum, āre, a. 1. (mando). *Non.* p. 140. 8. « mansum mandendum aut mansatum ». *Gloss.* V. 464. 31. « mandit manducat masticat mansat ».

**MANSŌRĬUS**, a, um, adject. (maneo), qui manet (cui *opp.* transitorius), *Augustin. Doctr. Chr.* 1. 35. n. 39. « Non quasi mansoria dilectio atque delectatio, sed transitoria potius, tanquam viæ ». — Absol. subst. locus habitandi *Tract.* in *Luc.* 5. 8. p. 201.

**MANSUS** et **MĀSUS**, us, m. 4. (maneo), commoratio v. pernoctatio in *C. I. L.* IV. 1314. et *Vit. Patr. Iurens* 3. 17.

**MĀNŪA**, æ, f. 1. (manus), manipulus, *manciata*, ut « manuas feni » ap. *Schol. Juven.* 8. 153. et « *olivi seris* manuam » (δράγμα). *Interpr. Deuter.* 24. 19. *Ps. Augustin. Vit. christ.* 8. 1038.: cf. *Gloss.* III. 455. 56. « manua, δράγμα » et « manuæ, δέσμαι »; *Gloss.* V. 507. 17. n. 9. « manua, manipulus ».

**MĀNŪĀLIS**, e, adject. (manus), ad manum pertinens. — Hinc *Tertull. Apol.* 39. 63. *manualis aqua*, quæ sc. manibus abluendis post cœnam effundebatur, ad discrimen balnearum, quibus ante cœnam veteres utebantur.

**MĀNŪFACTĪLIS**, e, adject. (manus *et* facio), idem ac sculptile v. manufactus. *Itala Lev.* 26. 1. (ap. *Hesych.* in *Lev.* 26. 1. *Migne* p. 1138.). « Non faciemus nobis idolum et sculptile, sive, ut Septuaginta, manufactile (t. gr. LXX. χειροποίητα) ». Cf. *Gloss.* II. 476. 39. « manufactus χειροποιητός ».

**MĀNŪMISSĪCIA**, æ, f. 1. (manumissus), liberta mulier. *Lex Visig.* 3. 2. 4. « Si... servo alieno manumissicia se... conjunxerit etc. ».

**MĀNŪPRĔTĬĀRĬUS**, i, m. 2. (manus *et* pretium), mercennarius in *C. I. L.* XIII. 1056.

**MĀNUSCRIPTĬO**, ōnis, f. 3. (manus *et* scribo), chirographum sive libellus propria manu scriptus. *Conc. Cart.* a. 348. (ap. *Mansi* 3. 149.[A]). « Manuscriptiones nostræ tenentur ». *Gloss.* V. 350. 18. « chirographum manuscriptio ».

**MĀNŪTUS**, a, um, adject. (manus), magnas manus habens. *Gloss. Scalig.* V. 605. 5.

**MĀRĀNĀTHĀ**, nom. indecl. aram. מרנא תא quod aliquando recurrit ut formula sacra in scriptis Novi Testamenti et Ecclesiæ primævæ. (Cf. 1. *Cor.* 16. 22. et Διδαχῇ 10. 6.). De significatione autem: *a)* est idem ac « Dominus noster venit ». *Hieronym. Nom.* 4. 2. b) Est etiam, ut videtur, formula devotionis: *Vulg.* 1. *Cor.* 16. 22. et *Potam. Epist. ad Athan.* « anathema maranatha » sc. perditio in adventum Domini. Cf. *Gloss.* IV. 536. 45. et 247. 29. et V. 265. 39. V. *Rönsch. Mus. Rhen.* XXXI. 456.

**MĀRASMOS** (**MĀRASMUS**), m. 2. (μάρασμος). *Gloss.* III. 599. 14. marasmus χαχεξία; *Gloss.* V. 309. 30. accus. « marasmon, corium adhærens ossibus ».

**MĀRĀTHRĬNUS**, a, um, adject. (marathrum), subaud. *vinum*, idem ac marathrites, sc. vinum marathrum infusum habens. *Diosc.* 5. 86.

**MĀRE**, is, n. 3. Alia forma *maris* m. *C. I. L.* V. 3014. — Acc. *marem* in *Inscr.* ap. *Visconti Mus. Pio-Clem.* I. p. 67. (*ubi* usque ad marem).

**MĀRĬAMBŬLUS**, i, m. 2. (mare *et* ambulo), qui per mare ambulat. *Augustin.* in *Ps.* 39. 9. « Petrus noster non funiambulus, sed ut ita dicam, mariambulus ».

**MARMORARIENSIS**, e, adject. (marmorarius), idem fort. quod marmorarius, in *C. I. L.* II. 1043. « Titulum posuerunt compagani marmorarienses ».

**MARONES**, m. pl. nomen summorum Umbrorum magistratuum, qui postea "duoviri" nominati sunt. *C. I. L.* I.[2] 2112. « Post. Mimesius C. f... V. Volsienus T. f. marones murum... faciundum coiravere ».

**MARTELLUS**, i, m. 2. dem. a martulus v. marculus, idem qui parvus malleus. *Isid.* 19. *Orig.* 7. 2. « Martellus, mediocris (malleus) ». — *Gloss.* V. 221. 17. « Martellus mediocris malleus dictus per deminutionem ». Cf. it. *martello*, francog. *marteau*, hisp. *martillo*.

**MARTȲRĀRĬUS**, i, m. 2. (martyr), æditus martyrii. *Conc. Aurel.* a. 533. p. 63. 9. « Abbates, martyrarii, reclusi vel presbiteri apostolia dare non præsumant. Adde *Greg. Tur. Hist. Fr.* 4. 11. et *Jul.* 46. b.

**MARTȲRĬĀLIS** et **MARTȲRĀLIS**, e, adject. (martyrium v. martyr), ad martyrium v. ad martyrem pertinens. *Vigil. Trid. ad Ioh.* 7. « tormentis martyrialibus ». *August. Serm. ed. Mai* 151. 4. stipendia et 56. 1. corona. *Conc. Carth.* a. 411. (*Mansi* 4. 169.[C]) gloria. *Greg. Tur. Glor. mart.* 89. exequiæ.

**MARTȲRĪZO**, as, āvi, ātum, 1. *Transit. pass.*, martyr fio, martyrio afficior. *Itin. Theod.* 2. p. 137. 15. « ibi domnus Basilius martyrizatus est ». — *Intrans.* martyrium fero. *Fast. Vind.* II. *Chron.* 1. p. 290. « Multi martyrizaverunt, in quibus.... Petrus... capite truncatus est. Martyrizavit VII. kl. Decem. ».

**MASCŬLĀRIS**, e, adject. (masculus), ad masculum pertinens, i. q. masculinus. *Mar. Vict. adv. Arrium* 1. 51. « mascularis Virginis partus ».

**MASCŬLĪNĬTER**, adv. idem quod masculine, sed rarioris usus. *Interpr. Iren.* 1. *Hær.* 5. 2. « Et Spiritum Sanctum et Dominum masculiniter (*vocant*) ».

**MASCŬLOFĒMĬNA**, æ, f. 1., qui utrumque sexum in se habet, hermaphroditus. *Interpr. Iren.* 1. *Hær.* 1. 1. Adde *ibid.* 1. 21. 5. et 1. 30. 5. *Philostr. de Hæres.* 61. 3. « Masculo... feminas quasdam (*deos*) esse dicentes (*Manichæi*) et utriusque naturæ participes ». — Sic et *Tertull. advers. Valentinian.* 10. « *Femina mas* dixit ». et *Ruf. Clem.* 3. 9. et 10. 17.

**MASCŬLOFĒMĬNĔUS**, a, um, (masculofemina), utriusque sexus particeps. *Iren. Interpr.* 1. *Hær.* 18. 2.

**MASSĀCĔUS**, a, um, adject. (massa), ex massa solida constans, de plumbo et stanno dict. ap. *Gram.* p. 360. 11.

**MASSĀRĬUS**, i, m. 2. (massa), officinæ manceps gr. ἐργαστηριάρχης. *Gloss.* III. 307. 47. *C. I. L.* VI. 9560.

**MASTĪCĀTŌRĬUS**, a, um, adject. (mastico), (*sc.* medicamentum), per masticationem efficiens, *Cass. Fel.* 32. p. 64. 4.

**MASTĪGO**, as, ātum, āre, a. 1. (mastix), i. q. gr. μαστιγόω, sc. flagello, verbero. *Itala* IV. *Esdr.* 15. 12. et 51.

**MASTURBOR**, etc. V. voc. in *Lexico*. — Usurpatur etiam active « masturbat, δέφει καὶ δέφεται ». *Gloss.* II. 127. 45.

**MĀTERNE**, adv. (mater) more matris. *Don.* ad *Ter. Hec.* 594. 5. « nimis materne atque aniliter ».

**MĀTRASTRA**, æ, f. 1. (mater), i. q. noverca. *Gloss.* et *C. I. L.* XI. 6730. 4. (in opere musivo): « Hic est Herculis qui a matrastra sua perivit ». Cf. Hisp. *madrastra* et Francog. *marâtre*.

**MĀTRĪCĀRĬUS**, i, m. 2. (matrix), ad matricem pertinens, fort. certum genus militum magistratui apparentium. *Inscr.* 17. *Ber. d. Röm.-Germ. Komm.* 1929. *Novell. Justin.* 13. 5. et *Julian. Epit. novell.* 28. 1.

**MĀTRĪCŬLĀRĬUS**, a, um, adject. (matricula), ad matriculam pertinens. — 1.° Matricula pauperum receptus. *Gloss. Scalig.* V. 603. 60. « pauper inops ». *Greg. Turon. Hist. Fr.* « matricularii et reliqui pauperes ». *Conon. Migne* 716.[A] de diaconissa quæ ecclesiæ stipendiis alitur. — 2.° Qui matriculæ conficiendæ curam gerit. *Lugd. Mag.* 3. 66. p. 157. 13.

**MĀTRIGNA**, æ, f. 1. (mater), i. q. noverca v. matrastra. *Conon. Migne* 56. 891.[A] « qui incestas nuptias contrahunt, id est matrignam... in conjugio sibi sociant ». Cf. it. *matrigna*.

**MĀTŪRO**, adv. idem ac mature. *Cato* ap. *Charis. gramm.* I. 205. 20. *K.*, *Heges.* 1. 44. 3.

**MAX**, interjectio festinandi. *Virgil. gramm.* p. 176. 8. *H.*

**MĒDĒLA**, æ, f. 1. V. voc. in *Lexico*. — Quod ad scriptionem attinet, occurrit etiam *medella*, duplici *l*. — *Hertz* scribit ap. *Gell.* ad *Lachm. Lucret.* p. 204. *medella* scribi; item *Schol. Bob.* ad *Cic. or. post red. ad pop.* p. 251. 8. *B.*

**MĒDUS**, i, m. 2. species potus, de quo *Isid.* 20. *Orig.* 3. 13. « *Medus* quasi *melus*, quia ex melle fit, sicut *calamitas* pro *cadamitas* ».

**MĒLĪNUS**, a, um, adject., ad martem v. melem pertinens, ut *melina pellis* in *Edict. Diocl.* 8. 29., *pelle di martora o di tasso*.

**MĒLĬUSCŬLĒ**, adv. (meliusculus), paullo melius. V. voc. in *Lexico*. — Apud *Plaut. Most.* 967. *Ritschl* et *Lorenz* leg. *ne plus*.

**MEMBRĀNUS**, a, um, adject. (membrana), mem-

brana constans, membraneus. *Interpr. Orig.* in *Matth.* 11. — **Substant.** *membranum*, idem ac membrana. *Gloss.* passim « membranum : ὑμήν ». — Item codex, liber. *Isid.* 6. *Orig.* 11. 1. et 4. « Luteum membranum bicolor est etc. ». — In plur. num. ap. *eund. ibid.* « Membrana autem candida aut lutea aut purpurea sunt ».

**MEMBRĬPŎTENS**, entis, adject. 3. (membrum *et* potens), fortis, validus, membra habens robubusta ac vi prædita. *Augustin. op. imperf. c. Julian.* 2. 11. « Membripotens regina mentium ».

**MEMBRŌSĬTAS**, ātis, f. 3. (membrosus), conditio ejus, qui membrosus est. *Eustath. Hexaem.* 9. 5.

**MĒNINX**, ingis et **MENIX**, gis, f. 3. (μήνιγξ), membrana circa cerebrum. *Liv.* 22. 31. Etiam *meninga, æ* 2. *Gloss. Pl.c.* V. 621. 33. « Meningæ sunt juncturæ capitis » et *meniga, æ*; *Lib. gloss. cum nota Galeni*: « menigam Græci appellant membranam capitis ». Cf. *Gloss. Placid.* V. 32. 20.

**MENSIS** is m. 3 V. voc. in *Lexico* — Adnotamus tantum declin. genet. plur. etiam *mensuum* ap. *Cic* 2 *Divin* 65. et 3. *Fam* 6 5. cod. *M. Capitol. Gord.* 28 codd. BP., *Eutr.* 8 21.; *mensum* ap. *Plaut., Cat Varr Cæs., Cic., Sen., Gell. Plin., Suet., C. I. L* etc.; *mesum* ap. *Donati Inscr.* 434. 14.; et *mensorum* ap. *Fabrett. Inscr.* 31. 59. a *mensus*; et *mesorum* ap *Fabrett. Inscr.* 397. a *mesu*

**MENTĬUNCŬLA** æ f 1, demin. a *mentio*, parva mentio *Virg. gramm.* p. 17 12. *H.* « Quoniam de rhetoribus ac leporicis mentiuncula facta est ».

**MĔRAX**, ācis, adject. compar. *meracior*; superl *meracissimus.* — Est purus, meracus, clarus. *Vulg. Deut.* 32. 14. « ut.. vinum uvæ biberet meracissimum ».

**MĔTĂPHŎRĬCŌS**, v. metaforicos (μεταφορικῶς) adv. i. q. metaphorice. *Schol. Juvenal* 7. 55., *Schol. Hor. sat.* 1. 3. 20 *sqq.*, 1. 4 34 *Ep* 1 3. 19.

**MĔTŌNŸMĬCŌS**, adv. (μετωνυμικῶς), per metonymiam. *Schol.* ad *Stat.* 1. *Theb.* 147 « Dixit metonymicos per id, quod continet, id, quod continetur ». *Porphyr. ad Hor.* 3. *od.* 12. 5.; *epod.* 13. 16.

**MĔTŌNŸMĬCUS**, a, um adject. (μετωνυμικός), ad metonymiam pertinens, translatus. *Eucher.* in *Genes.* 1. p. 6. « Metonymico tropo ».

**MĔTŬĔO**, es. ere, a. 2 idem ac metuo. *Vulg. Eccli.* 18. 27. « Homo sapiens in omnibus metuebit ».

**MĔTUS**, us, n. 4. V. voc. in *Lexico.* — Ἀρχαϊκῶς vel vulg. genet. *metuis* ap. *Ter. Phorm.* 482., Dat. *metu* ap *Virg* 1. *Aen* 257., *Tac* 11 *Annal.* 32. et 15. 69.

**MĪLES**, itis, m. 3. V. voc. in *Lexico* Addimus *miles* gener. etiam fem. usurpari. *Ovid.* 6 *Her.* 54. et 11. 48. Cf. *Prisc.* 5. 28. — Aliæ formæ : *milex* ap. *Grom. vet.* 246. 19.; *milis* in *C. I. L.* XIV. 241.

**MILLĒNI**, æ, a, adj. V. voc in *Lexico*, ubi hæc leguntur : *Millenus* sing. ap. *Cassiod.* 2. *Var.* 37. « *sed hic* millesimam *corrigendum puto* ». Sed lectionem hanc firmari dicimus auctoritate *Augustin. serm* 101. 3. *Boët. art. geom* p 398. et 399. *Fr.* et *Anthol. Lat.* 483. 5. *R.*

**MĪMŎLŎGĬA**, æ, f. 1., doctrina de mimis. *Schol. ad Lucan.* 1. 544. « Sed hoc fabulosum esse inveni in libro Catulli, qui scribitur per mimologiam ».

**MISCO**, is, ere, a. 3. alia forma = misceo. *Sulp. Sev. Chron.* 2. 39. 5. præs. miscunt et *Venant. Vit. s. Mart.* 1. 39. fut. miscam : et *Apic.* 2. 55. misces. et *Augustin Spec.* 35. *Mai.* imp miscite. Pass. miscitur in *Gloss* IV 365 28 Partic. mistus mixtus est in opt. mss. et edit. libr. et generatim in *Inscriptionibus*, unde deriv. mixtio, mixtura etc Cf de hac re etiam *Lexic.*

**MĪSĪS**, (μίσυ), genus metalli, ab Hebr. *mâsâh* = liquefecit, ital. *capparosa gialla*; cujus parum certa est declinatio. — Genet. *misy* ap. *Cels.* 5. 19. n. 15. et n. 24., 6. 7 n. 2 *D.* (ubi *Krause* dedit *misyos*) et *Veget.* 6. 16. 1 *Schn.* — *misys* habet *Scribon.* 39.; et *misyos* ap. *Plin* 34. *N. H.* 114. et 117. *Scrib.* 227.; abl. *misy* ap. *Cels.* 6. 14.

**MISTE**, v. mixte, adv. (misceo), mixtim. *Greg. Tur. Hist. Fr.* 2. *prol.* « Prosequentes ordinem temporum mixte confuseque tam virtutes sanctorum, quam strages gentium memoravimus ».

**MĪTĬO**, is, ire, a. 4. (mitis), lævem facio. *Apic.* 2. 47. et 5. 197. Cf. *Gloss.* IV. 365. 38. « Mittit, livigat » : corr. « mitit, levigat ».

**MŎDESTĬA**, æ, f. V. voc. in *Lexico.* — Alia significatione ap. *Tertull. Apol.* 38. « De providentia constat modestiæ publicæ, ne civitas in partes scinderetur », *h. e.* quieti.

**MŎDĬCUS**, a, um, adject. V. *Lexicon.* « Comparat. *modicior* et superlat. *modicissimus* ars habere non permittit » ut ait *Anonym. gramm. Bern.* p. 77. *Hagen.* — Pro superlativo tamen afferuntur *Cass. Fel.* 72. p. 173. 6. et *Fulg. Exp. serm. ant.* 566. 21. « genus navicella modicissimum ».

**MŎDŬLUS**, i, m. 2. (modus), dispositio. *Tertull. c. Gent.* 21. « Ita et de spiritu spiritus et de deo deus modulo alterum non numero, gradu non statu fecit », *h. e.* Pater et Filius distant modulo, sc. dispositione, distinctione, non vera diversitate vel numero : gradu ut Filius sit secunda persona in deitate, non vero statu quasi alter Deus.

**MŎLO**, as, āre, a. 1., idem ac molo, is. *Itala* (*S. Germ. II.*) *Matth.* 24. 41.

**MŎNĂCHA**, æ, f. 1., habet in dat. et abl. *monachabus* ap. *Venant. Vit. Radeg.* 23. et 34. et *Greg. Tur.* 10. *Hist. Franc.* 16.

**MŎNARCHUS**, i, m. 2. (μονάρχης), qui solus imperat, a μόνος = solus et ἀρχή = imperium. Hæc forma 2.[ae] decl. tantum leg. in *Gloss.* ex. g. III. 297. 41. « monarchus αὐτοκράτωρ » et IV. 259. 11. « monarchus, singularis rex ». Ad illud autem *Mar Victor.* 2551. 6., ubi *Lexic.* legit *monarcha*, *Keil menœta* legendum putat.

**MŎNĒÆA**, (μονιαῖα?). Damascena (*sc.* pruna), pruna selecta, sapidissima, ut erat Damasci. *Edict. Diocl.* 6. 86.

**MŎNŎCHORDOS**, on, (μονόχορδος), unius chordæ sonum reddens v. promens, ut *monochorda cithara* ap. *Schol. Horat. Art. poët.* 216. — Subst. *monochordon* est *Boët. Inst. mus.* 1. 27.

**MŎNOPTĬCUS**, a, um, adject. (μονοπτικός), de eo dicitur, qui unum modo oculum habet, it. *monocolo.* Est ap. *Gloss. Scalig.* V. 603. 57. Cf. *Not. Tiron.* 106. 75. et *Ribbeck Comic. rel.* p. 400.

**MŎNOPTŌTOS**, on, adject. (μονόπτωτος), qui unum tantum habet casum, a μόνος, *unus*, et πίπτω, *cado*, sc. indeclinabilis. Monoptota dicuntur a grammaticis nomina, quæ unam tantum habent positionem, ut *fas, nefas, nequam.* *M. Plot. Sacerd. gramm.* VI. p. 428. 18. et *Consent. gramm.* V 351 21. *K.* — Subst. *monoptota*, n. pl. (μονόπτωτα), nomina unius casus. *Diomed. gramm.* I 309. 14.

**MONSTRĬFER**, fĕra, fĕrum, adject. (monstrum *et* fero) V voc. in *Lexico.* — Apud *Plin.* 6. *N. H* 187. et 36 88. nunc legend. est « monstrifica effigies »

**MONTĬGĔNA**, æ, c. (mons *et* geno seu gigno). V. voc. in *Lexico.* — In *Anth. Latin.* 81. 1. *M.* nunc legit *Meyer* « fera montium dea » et *Riese* « fera mors Veneris ».

**MŎRA**, æ, f. 1 V. voc. in *Lexico.* Usurpatur etiam in re medica. sc mora est pars canalis, in quem crus fractum, ex quo deligatum est, conjicitur. Dicitur autem mora, quia moratur crus femurque ut collatum est detinet et delabi a justa ipsius sede non patitur Ejusmodi moræ sunt in sagittis, quæ morantur eas, ne forte revocari aut avelli possint. V *Cels* 8 10 5 *Tertull. de Poenit* 12. « Cervus sagitta transfixus, ut ferrum et irrevocabiles moras ejus de vulnere expellat etc. ».

**MŌROSUS**, a, um, adject. (mora), cunctabundus, tardus ut *morosus reditus* ap. *Cassian. Coll.* 17. 5. — Alio usitatum sensu frequentiore V in *Lexico.*

**MORS**, mortis, f. 3. V. voc. in *Lexico* Addimus oxymorum illud *mortem vivere*, quod de mari mortuo usurpat *Tertull. de Pall.* 2. « Et propinquitas maris juxta cum solo mortem vivit», *h e.* mare illud etiamnum visitur et vivit sed mortuum vocatur. Similiter *Augustin.* de morte, quæ sit etiam *vita* in Christo loquitur.

**MORTĬGĔNA**, æ, c. (mors *et* geno v. gigno), morte genitus. *De Rossi Inscr. christ.* II. 53. 3. 11.

**MORTŪRĬO**, is, ire, n. 4. (mors), mori cupio. *Cic. frg.* ap *Augustin. Regul.* 516. 17. *K.* (*Cic. fr. L.* n. 29. p. 146. *K.*).

**MŌTĪVUS**, a, um, adject (moveo), qui movet. *Chalcid. Tim.* 57. motivus vigor. *et ibid.* 225. motiva vis. *et* 292. motivus spiritus.

**MŪ**, interj. (μῦ). V. voc. in *Lexico.* — Apud *Plaut. Stich.* 256. nunc *Goetz-Schoell* leg. : « Nega esse quod dem nec mihi nec mutuom ».

**MULCĀTOR**, oris, m. 3. (mulco). V. voc. in *Lexico.* — Est etiam verbale a *mulceo*, ut sit delenitor. *Isid.* 10. *Orig.* 179. « Mulcator, eo quod blandis verbis *mulceat* ad declinandum animum; traslatio *a mulso*; id est, quod acceptum lenire solet fauces dolentis aut oppletum sordibus stomachum ». *Gloss. Placid.* V. 33. 2. « Mulcator, delinitor, compositor ; mulcere enim delinire est a mulso dictum ». Cf. *Löwe, Prodr. Gloss.* 358.

**MULCĒBRIS**, e, adject. (mulceo), mulcendi vim habens. *Chalcid. Tim.* 45. *B.* « Duæ sunt, opinor, virtutes ignis : altera edax et peremptoria ; altera mulcebris innoxio lumine ». Adde *ibid.* 247. Cf. *Mulciber.*

**MULCĬFĬCO**, as, are, n. 1. « frequenter mulceo; mulcere enim blandire est vel verbis blandis delenire animam : translatio a mulso, id est melle quod acceptum lenire fauces dolentes aut oppletum sordibus stomachum solet ». Ita *Gloss. Placid.* V. 84. 19. Alii leg. etiam *multifico* (a multum = mulsum) v. *mulcito.*

**MULCO**, as, etc. V. voc. in *Lexico.* — Ἀρχ. *mulcassitis* pro *mulcaveritis* ap. *Plaut. Mil.* 163.

**MŪLĬTŪDO**, inis, f. 3. dictum fortasse ab indole mulina sexus, nisi sit legendum *mollitudo*, unde et mulier *Isid.* 11. *Orig.* 2. vocem derivat; sed hoc prohibet *Virgil. gramm.* qui 86. 16. *H.* habet : « mulier, a mulitudine sexus » et p. 77. 28. 29. « prolitatem in filiis, mulitatem in conjugibus ».

**MULITAS**. V. voc. præc.

**MULTĬCLĪNĀTUM**, i, n. 2. (multus *et* clino) = πολύπτωτον, apud rhetores abs. dicitur figura, quæ plures casus habet, cui opponitur *æquiclinatum* = ὁμοιόπτωτον, *h. e.* similes casus habens. *Auct. Carm. de fig.* 105. « Aequiclinatum est, quo casu promimus uno. — Multiclinatum contra, variantibus quod fit ».

**MULTĬCŎLA**, æ, m. 1. (multus *et* colo), qui multos (deos) colit. *Fulg. Rusp. c. Arrian.* 7. p. 219. *B. Migne* « Fides vera nec tres Deos recipit, quod faciunt pagani multicolæ ».

**MULTĬFORMĬTAS**, atis, f. 3. (multiformis), varietas. *Augustin. de Ver. rel.* 21. 41. « Multiformitas variarum specierum ».

**MULTIPLEX**, icis, adject. (multum *et* plex v. plico). V. voc. in *Lexico.* — Acc. plur. neutr. *multiplica* pro *multiplicia* ap. *Gell.* 19. 7. 16.

**MULTO**, (mulcto), as, etc. V. voc. in *Lexico.* Apud *Plaut. Stich.* 420. nunc legend. *mulcaverim* pro *multaverim.*

**MULTUS**, a, um, adject. cujus superlat. gradus *multissimus* pro *plurimus*, non imitand. est apud *Virgil. gramm. Epit.* 8. « Appellativa nomina multissimas species habent », similiter a *parvus parvissimus* pro *minimus* et raro etiam *minimissimus* et *minerrimus.*

**MUNDĀNUS**, a, um, adject. V. voc. in *Lexico.* Addimus *mundana, orum*, abs. pl. n. res mundi, mundus. *Chalcid. Tim.* 251.

**MUNDĬVĂGUS**, a, um, (mundus *et* vagor), qui per mundum vagatur. *De Rossi Inscr. Christ.* II. p. 111. 69. 11. « Mundivagis penitus nullis illectus habenis ».

**MUNĔROR**, aris, etc. V. voc. in *Lexico.* — Apud *Ter. Heaut.* 300. *Fleckeisen* et *Wagner* leg. *demunerarier.*

**MŪNĬA**, ium, n. pl. 3. V. voc. in *Lexico.* — Declinatio vocis varia est : Genet. *munium* ap. *Tertull. Cor. mil.* 11.; incert. *muniorum* in *C. I. L.* VI. 1793. Dat. *munibus*, ἀρχ. *moenibus* ap. *Claudian. Laud. Stil.* 3. 76.; serius *muniis* ap.

*Ammian.* 31. 2. 20., *Serv. ad Virg.* 12. *Aen.* 559., *Salvian. Gub. Dei* 5. 8. 43., *Cod. Just.* 8. 10. 8. etc.; *munis C. I. L.* VI. 1725.

**MŪNĬFĬCENS**, entis, (munus *et* facio) = munificus, in posit. inusit. ap. *Fest.* p. 154. (a) 30.

**MŪNĪTĬO**, onis, f. 3. V. voc. in *Lexico.* — Apud *Cic. de Orat.* 2. 320. nunc legitur *communitionem.*

**MUSCELLA**, æ, f. 1. (demin. non a *musca*, sed, ut videtur, Glossa præsertim inspecta, a *mula*), parva mula. *C. I. L.* IV. 2016. « Mulus hic muscellas docuit » (signif. fort. obscena). *Gloss.* II. 373. 29. « Muscella μουλάριον ». V. *De Rossi: Bull. crist.* 1862. p. 72.

**MUSCELLUS**, i, m. 2. (demin. a mus), i. e. musculus, parvus mus. *Gloss.* III. 205. 28. μῦς.

**MUSCĬPŬLA**, æ, f. 1. et muscipulum, i, n. 2. V. voc. in *Lexico.* — Addimus hanc vocem usurpari etiam translate = παγίς. *Augustin. Serm.* 130. 2. « muscipulam tendere », *h. e.* insidias, et *Vulg. Sap.* 14. 11. « Creaturæ Dei in odio factæ sunt... et in muscipulam pedibus insipientium. Adde *Senec. Epist.* 48. 6.

**MUTTĬO** et **MUTIO**, is, etc. V. voc. in *Lexico.* — Est etiam γρύζω, murmuro, mussito. *Vulg. Exod.* 11. 7. « Apud omnes filios Israel non mutiet canis ».

**MȲRĬAS**, ădis, f. acc. pl. *myriadas* (μυριάς), numerus decem milium, decem milia. *Interpr. Iren.* 1. *Hær.* 24. 6. « Sed unum a mille et duo a myriadibus ».

**MȲRŎBĂLĂNUM**, i, n., ut in *Lexico*; sed etiam *myrobalanus*, m. ap. *Priscian.* 1. 31. et *Plin. Val* 2. 18. et 22.

**MYSTĒRĬĀLIS**, e, adject. (mysterium), mysticus. *Interpr. Orig.* in *Matth.* 23. « Interior et mysterialis sensus ».

**MYSTĒRĬĀLĬTER**, adv. (mysterialis), mystice. *Interpr. Iren.* 1. *Hær.* 3. 1. « Mysterialiter autem a Salvatore per parabolas ostensa iis, qui possunt intelligere ».

**MYXĀRĬON**, ii, n. 2. (μυξάριον), prunum Damascenum, aliter myxa dictum. *Cassian. Coll.* 8. 1. « Apposuit myxaria bina, caricas singulas ».

# N

**NĀBIS**, pro navis solita permutatione *b* et *v* in *Edict. Diocl.* 7. 14.

**NÆTCOS** v. **NETCOS**, murus. *Gloss.* V. 374. 13. (Cf. III. 500. 64.: neos, murus).

**NÆVUS**, i, m. 2. V. *Lexic.* — In *Gloss.* scribitur etiam *neum*, *neu*, *næus*. Cf. it. *neo.*

**NAGO**, as, are, 1., vacillo, huc illucque fluctuo. *Gloss. Scalig.* V. 605. 58. « Nagare, vacillare, huc et illuc fluctuare ». (*Osb.* 385; nac(c)are *Semlerus.* natare ?)

**NANCISCO**, is, etc. pro *nanciscor* in *Gloss. Græc.-Lat.* II. 280. 53. « Δράσσομαι: prendo (sic), adprehendo, nancisco (*ed. Stephan.* nanciscor), comprendor ».

**NĀNUS**, i, m. 2., genus placentæ ex caseo et oleo, in *Gloss.* p. 788. ap. *De-Vit.*

**NAPHTA**, æ, f. 1., et naphtas, æ, m. 1., et etiam indecl. (νάφθα) (*Sall.* ap. *Prob. Cath. gramm.* IV. 29., 3. sqq. ubi *naptas*). Docti voc. conferunt cum syr. *neft* et zend. *naptar*, purificare. — Naphta dicuntur purgamenta lini vel cujuslibet rei. Sallustius scribit in historia, quod naphta genus sit fomitis apud Persas, quo vel maxime nutriuntur incendia. Alii ossa olivarum, quæ projiciuntur cum amurca arefacta, naphtam appellari putant; unde et græce πυρήν ab eo quod πῦρ, id est quod ignem nutriat. *Gloss.* V. 225. 7. (De loco *Sall.* vid. *Maurenbr.* IV. 61. et etiam *Lexicon* ubi alia plura adduntur). — Est gen. fem., non masc., ut putat *Forcellin.* Cf. *Hieronym.* in *Dan.* 3. 46.

**NAPŎCAULIS**, is, f. 3., genus oleris (it. *cavolo rapa*), de quo *Isid.* 17. *Orig.* 10. 9. « Napocaulis ex duobus oleribus compositum nomen habet, quia dum sit sapore napo similis, non in radice sed in thyrso conscendit ut caulis ».

**NARCISSUS**, i, m. 2. V. voc. in *Lexico.* In *Gloss.* III. 618. 9. leg. etiam *narcissu*, et V. 119. 8. *narcissum* (nisi casus accus. sit).

**NARDUM**, i, et **NARDUS**, i, m. v. n. 2. V. *Lexicon* et adde: *Nardum spicatum*, species nardi in modum spicæ. *Gloss.* V. 374. 33. et 225. 9. (= *Eucher. Instr.* p. 148. 19.) — *Nardum pisticum. Gloss.* IV. 260. 40. « nardum pisticum, nardum fidelem, id est sine fraude »; et *Gloss. Scalig.* V. 605. 39. « crysma sine impostura » i. e. sincerum, cui fides habenda est, a πίστις *fides*, non autem speciale nardi genus, ut dubius opinatur *Augustin. Tract.* in *Johann.* 50. 11. 6. « quod ait "pistici" locum aliquem credere debemus, unde hoc erat unguentum prætiosum ».

**NĀRŌSUS**, grandes nares habens. *Gloss.* II. 588. 1. Cf. in *Lexico* **NARINOSUS**.

**NARRĀTŌRĬUS**, a, um, adject. (narro), ad narrationem pertinens, qui fit narrando, narrativus, ut *narrativa manifestatio* (it. *rappresentazione*) ap. *Augustin. Divers. quæst.* 80. 3.

**NASTĀLIS**. Ita in *Gloss.* V. 504. 39. « Institis, nastalis ligamina mortuorum » et *Gloss. Mai* in *Class. Auct.* VII. 564; « Institis, parvis linteolis aut nastalis, unde mortuorum pollices ligantur ». — Cf. it. *nastro.*

**NĀSŪTĒ**, adverb. V. voc. in *Lexico.* — Ap. *Phædr.* 4. 7. 1. non est adverb., sed vocativ. adject. *nasutus.*

**NĀTĪBŬLUM**, latibulum, absconsorium. *Gloss* V. 467. 33. (= V. 507. 45.).

**NATINA**, discordia. *Gloss.* IV. p XVIII *præf.* (Cf. *Mus. Rhen.* XL. [a. 1885.] p. 326 et Voc. **NATINATOR** in *Lexico*).

**NĀTĬO**, onis, f. 3. (nascor) ¶ 1. Pervulgatissimum quidem vocabulum et quidem in bonum sensum usurpatum (V. *Lexicon*); sed tamen vetus Ciceronis Vat. interpres *pro Sextio* p. 156 ed. *Mai* dicit *nationis* infame aliquando esse vocabulum. Sane in vett. *Glossis* ap. *Mai, Class. Auct.* VII. 570. sic definitur: *nationes, vagi homines in montibus habitantes sine lege atque rectore.* — ¶ 2. Est etiam generatio lato sensu accepta, non hominum societas; sed potius et proprie *nationes* sunt vires genitales mundi, puta virtutes, quas Deus plantis, herbis, etc. dedit sanandi, ut est græce σωτήριοι, *salubres. Sap.* 1. 14. « Et sanabiles fecit nationes » i. e. generatim res natæ et productæ, quas fecit salutiferas ab earum origine, et ad generandum sibi similes idoneas.

**NAUCELLA**, æ, f. 1., nom. demin. a *navis*, idem ac navicula. *Marcian. Dig.* 33. 7. 17. 1. *M.*

**NAUCŬPES**, ad eundum acutum habens pedem. *Gloss. Scalig.* V. 605. 56. et *Osb.* p 385. a. Cf. *Loewe Prodr. Gloss.* p. 19.

**NAUFĪCUS**, **NAUPĒUS** et **NAUPĪCUS**, apud *Gloss.* i. q. naupegus et naupegiarius, de quibus voc. V. *Lexico.*

**NAUSIO**, idem ac nauseo ap. *Senec. de Ira* 3. 37. 3., « Numquis (*miratur*) in mari nausiare »; *Oros. Apol.* 11. 6. *Caper gramm.* VII. 93. 10., *Gloss.* II. 375. 16. « nausio ναυσιῶ ». — Depon. *nausior* ap. *Cap.* l. c. Cf. etiam *nausia* pro *nausea* in quibusdam codd. *Vulg. Num.* 11. 20. quod magis gr. ναυσία respondet.

**NAUTĪBELLUM**, pugnam maritimam facere. *Gloss.* IV. 367. 36.

**NĀVĀLĬUM**, ii, n. 2., ex gr. νεώριον, v. ex neutro plur. absol. *navalia* natum, ut censet Goetz. Recurrit in *Gloss. Græc.-Lat.* II. 375. 17. « ναύσταθμον navalium »; et 376. 8. « νεώριον, navalium ».

**NĀVANTER**, adv. (navans a navo) idem ac naviter. *Cassiod.* 7. *Var.* 7. p. 713 *B.* « Quid est tibi pulchrius, quam in illa urbe operam navanter impendere diligentiæ tuæ, ubi tales testes videntur assistere? » et *ibid.* 2. 23. p. 558. *C.* et *al.*

**NĔCESSĬTAS**, ātis, f. 3. in genet. plur. pro *necessitatum* habet etiam *necessitatium*, ut *civitas* aliaque hujusmodi nomina. *Liv.* 9. 8. 1. « haud ignaros fortunarum humanarum necessitatiumque » et *Suet. Tib.* 47. « justas necessitatium causas »

**NECTĂRĔUS**, a, um, adject. V. *Lexic.* In *Gloss.* sæpe leg. etiam *nectarius.*

**NĔFANDĒ**, adv. (nefandus) habet tantum superl. *nefandissime* ap. *Cassiod. Hist. Eccl.* 10. 28.; nam, qui in *Lexico* locus ponitur ex *Sall. Hist. fr. inc.* 62. (28.) *D.* et *Kr.* ap. *Prisc.* 14. 40. *H.* aliter se habet nempe pro « ubi multa nefande etc. » multa nefanda legendum est. Non tamen damnaverim, si quis pro *nefarie* usurpet posit. *nefande*, quod ab usitato ejus superl. argui potest.

**NĔFĀTUM**, et nefarium unum est et sceleratum. *Gloss.* V. 313. 24.; nefatus, nefandus *ibid.* II. 588. 5.

**NĔGĀTĪVA**, æ, f. 1. substantivorum more usurpavit pro particula negativa *Donat. Ter. Andr.* 205. « "Neque tu haut dices tibi non prædictum" duæ negativæ unam consentivam faciunt; tres negativæ pro una negativa accipiuntur, ut hic: "neque haud non" ».

**NĔGĀTOR**, ōris, m. 3. (nego), qui negat præter quam generatim, ut in *C. I. L.* X. 2483., speciatim de religione seu fide, quam quis neget, cui opp. confessor, adhibetur. *Tertull. adv. Hæret.* 11. « Fidem meam deserens, negator invenior ». *Prudent.* 1. *Cathemer.* 57. « Flevit negator denique ». *Sidon.* 9. *ep.* 16. in *Carm.* p. 237. 59. *M.* « negatorem Jovis ac Minervæ ».

**NĒMO**. V. voc. in *Lexico.* — Hic adnotamus apud classicos scriptores usurpari tantum dat. *nemini* et acc. *neminem.* Abl. *nemine* habet *Cic.* solum in *Orat.* in *tog. cand. fr.* 19. p. 24. *K.* Cf. *Stürenburg comment.* 2. ad *Cic. Off.* p. 176. sqq. — *O* fin. longa est ap. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 1.: brevis ap. *Martial.* 1. 40., *Juvenal.* 2. 83. etc.

**NĔMŎRATORES** silva strati. *Gloss.* IV. 123. 17.; V. 467. 47. (silvastrati v. silbestrati); *ubi* silvestres, silva nati, silvatici. *Nettleship* "Journ. of Phil." XIX. 190.

**NĒNIOR**, ... ris, vana loquor, εἰκαιολογῶ. *Dosith. gramm.* VII. 431. 24.

**NĒNĬŌSUS**, βαττολόγος. *Gloss.* III. 334. 13. Cf. *Gloss. Scalig.* V. 605. 22. niniosus, garrulus; et IV. 346. 8. garrulus, niniosus, argutus.

**NĔO**, is, etc. — Adnotamus tantum formas quasdam, ut: præs. *neio* νήθω. *Gloss.* III. 77. 45.; *nit* filat *Gloss.* IV. 124. 42.; *neuet* filat *Gloss.* IV. 261. 34. *neunt Tibull.* 3. 3. 36. *L.* et *M.*, *Itala Matth.* 6. 28. et *Luc.* 12. 27. (ubi *Vulg.* nent), *Gloss.* — Sync. perf. *nerunt* ap. *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 64. (cf. *Prisc. gramm.* II. 10. 16.); plus quam perf. *nerant*, *necerant* et *neerant* in *Gloss.*; inf. perf. *nesse* ap. *Claudian.* in *Eutr.* 1. 274., sed ibi *Koch* leg. *nosse.*

**NĔŌMENĬUM**, ii, n. 2., novilunium in *Gloss.* V. 313. 13. — Plerumque tamen est generis femin. ut in *Lexico.*

**NĔPŌTĀTĬO**, ōnis, f. 3. (nepos *et* nepa), i. q. luxuria in *Gloss. Plac.* V. 35. 2. « Nepa: scorpius, qui natos consumit, nisi eum, qui dorso ejus inhæserit. Rursum ipse, qui servatus fuerit consumit patrem. Unde homines qui bona parentum per luxuriam consumunt nepotes dicuntur. Hinc quoque nepotatio pro luxuria ponitur, quia certæ quæque res consumuntur ». Fere eadem ap. *Isid.* 10. *Orig.* 194.

**NEQUAM**, adject. V. voc. in *Lexico.* Addimus form.: *nequa* in *Itala Matth.* 6. 23. *Mai*, et *Gloss.* IV. 261. 2. « nequa, malus ». — Item *nequus* in *Gloss.* et abl. *nequo Gloss. Græc.-Lat.* « ἀπὸ μηδενός a nequo ».

**NĔRĬO**, i. q. virtus *Gell.* 13. 27. « Nerio.... sabinum verbum est eoque significatur virtus et potentia ».

**NĔRĬŌSUS**, resistens, fortis. *Gloss.* IV. 124. 22. Cf. voc. præc.

**NĔRO**, ἀνδρεῖος. *Gloss.* II. 133. 13. Cf. græc. ἀνήρ, genit. ἀνδρός et epic. ἀνέρος, necnon *Suet. Tib.* 1. « Inter cognomina autem et Neronis assumpsit, quo significatur lingua sabina fortis ac strenuus ». Videsis *Loewe, Prodr. Gloss.* p. 149-50.

**NESCĬA**, æ, f. 1., i. q. scia v. ischias. *Marcell. Emp. Medic.* c. 13., v. 70 et c. 25. vv. 11. 13. 14. 32. 33. 16. 17. *Gloss* III. 603. 22. « Nescia, passio in lumbis sinistro »

**NETA**, offa *Gloss.* II. 588. 4. — Fort. gr. νηστή *Buech.*

**NEXĪLĪTAS**, ātis, f. 3. (nexilis), nexio, connexio. *Fulgent.* 3. *Myth.* 10. « Alia (*apud rhetores*) constricta veritatisque indagandæ curiosa nexilitas » *h. e.* dialectica, quæ per syllogismos stricte veritates connectit.

**NĪBĀRUS**, niveus splendidus. *Gloss.* Cf. *Loewe Prodr. Gloss.* p. 427.

**NICTURA**, æ. V. NITURA.

**NICTUS**, us, m. 4. V. voc. in *Lexico.* — Ap. *Ovid.* 3. *Met.* 460., *Art. am.* 1. 138. et 1. *Fast.* 418. non *nictus* sed *nutus* legend.

**NĪDOR**, ōris, m. 3. V. voc. in *Lexico.* — Ap. *Plaut. Most.* 5. habent mss. « exi nidore cupinam » ; *Pylad.* « exi, inquam, nidor e culina » ; *Ritschl* « nidoricape (voc. a *nidoricapus* = κνισσοδιώκτης). — Est etiam odor ignis adustus, largiore significatione idem fere quod fetor, *Loewe Gloss. nom.* p. 225, ubi versus cit. sic legitur : « Exi, inquam, nidor e pupina ».

**NĪDŌRĪCĀPUS.** V. voc. præc.

**NĪGER**, gra, grum, adject., cujus superlat. *nigrissimus* pro *nigerrimus* occurrit ap. *Serg.* in *Expos. ad Donati prior. Gramm. suppl.* p. 144. 33. *Hag.*

**NĪGRĒ**, adv. nigro colore. *Serg.* in *Expos. prior. Gramm. suppl.* p. 155. 5. — Comparat. *nigrius* ; superlat. *nigrissime. Ibid.*

**NINNARUS**, cujus uxor moechatur, scit et tacet. *Gloss.* V. 375. 1. et *al.* An idem qui *gignarus*, *ignarus* ? Cf. *Loewe Prodr. Gloss.* p. 19.

**NITILLA**, æ, f. 1., i. q. nepeta montana. *Gloss.* II. 386. 46. « ὀρίγανον, nepita montana, nitilla ».

**NĪTŪRA** v. **NICTURA**, æ, f. 1. (nitor), genitura. *Gloss.* IV. 125. 9. et *al.*

**NĪVĪFER**, ĕra, ĕrum, adject. V. voc. in *Lexico.* — Ap. *Salvian. Gub. Dei* 6. 2. 10. *Halm* legit *inferæ valles* pro *niviferæ*.

**NŎCĪBĬLIS**, βλαβερός. *Gloss.* II. 257. 49.

**NŎCĬO**, as, āre, pro noceo, *C. I. L.* X. 4053. « Rogo te, viator, ni nocias meos ».

**NODELLUM** v. **NUDELLUM**, frustellum. *Gloss.* III. 563. 62. et 601. 27. (gr. τεμάχιον).

**NŌLA**, æ, f. 1. Errore typothetarum ad *h. v.* citatur *Avienus* pro *Avianus*.

**NŌLO**, non vis, etc. V. voc. in *Lexico.* — Aliæ formæ : *nollo* pro *nolo* ap. *Plaut. Stich.* 718. 734. — *Nollis* pro *non vis* in *C. I. L.* VII. 140. — *Nevult* pro *non vult. Non velis* pro *nolis* ap. *Plaut. Poen.* 244. et *Trin.* 671. — *Non velit* pro *nolit* ap. *eund. Merc.* 452. sq. — *Non velint* pro *nolint* ap. *eund. Most.* 681. — *Non vellem* pro *nollem* ap. *eund. Cist.* 506. — Imp. ἀρχ. *nolei* *C. I. L.* I. 1081. et 1453. — Genet. gerund. *nolendi* ap. *Boët. Cons. Phil.* 3. 11. — Abl. *nolendo* ap. *Tertull. c. Marc.* 1. 27. — Part. *nolens* pro invitus. *Apul. Met.* 3. 27. Eyss., *Augustin.* 11. *Civ. D.* 33., *Ennod. Ep.* 7. 22. ; *Lucan.* et al., quod ad particip. attinet. V. in *Lexico* : unde phr. : *volens nolensque* ap. *Augustin.* 10. *Civ. D.* 27. Sic *volens an nolens, ibid.* 19. 23.

**NŌMEN**, inis, n. 3. V. voc. in *Lexico.* — Adnotamus tantum, ἀρχαϊκῶς genet. sing. *nominus* pro *nominis* in *C. I. L.* I. 196. *lin.* 8. — Item abl. *sing. nomini* pro nomine item in *C. I. L.* I. 820.

**NŌMĬNĀTOR**, ōris, m. 3. V. voc. in *Lexico.* — Addimus speciatim usurpari in re amatoria seu nuptiali. *Augustin. de Nupt. et concupisc.* 2. 29.

**NON**, adv. negandi. Arch. nōenu *Enn. Ann. frg.* 261. *Valmaggi* : « Noenu decet mussare bonos », *Lucil.* 30. 20. *M.*, *Lucret.* 3. 199. et 4. 710. ; noenum *Plaut. Aul.* 67., *Varr. frg.* apud *Non.* 209. *L.* : « Varro epistula ad Fufium : Si hodie noenum venis, cras quidem, sis, veneris ».

**NONGĒNI**, et nongenteni, æ, a (nongenti) ap. *Prisc. de Fig. num. gramm.* III. 414. 3.

**NŌNŌ**, adv. (nonus), nono loco. *Cassian. Inst.* 4. 39. et *Cassiod. de Anim.* 12.

**NŎVĀCŬLĀRIUS**, ξυροποιός. *Gloss.* III. 308. 69. et 520. 52.

**NŎVĀRIUS**, κλινουργός (καινουργός *Hagen*), novarius lectuarius. *Gloss.* III. 308. 30. Cf. III. 308. 26. κλινουργός faber lectuarius.

**NOXĀTĪO**, εὔθυνα. *Gloss.* II. 134. 55.

**NŪBĪFER**, fĕra, fĕrum, adject. (nubes *et* fero), nubibus obductus. *Pseudo-Augustin. Serm.* 80. 3. « Lectica nubifera ».

**NŪCĀRĪUS**, καρυόδενδρον. *Gloss.* III. 580. 50. — « Palma nucaria φοίνιξ καρυη(ρ)ά » III. 428. 17.

**NŪCICLA**, æ, f. 1. (*demin. a* nux), i. q, amygdala *Isid.* 17. *Orig.* 7. 23. : « Amygdala nomen græcum est, quæ latine nux longa vocatur. Hanc alii nuciclam vocant, quasi minorem nucem » ; et *Gloss.* V. 520. 7.

**NŪCĬFER**, fĕra, fĕrum, adject. (nux *et* fero), qui fert nuces. *Schol. Bern.* ad *Virg.* 1. *Ecl.* 14. « corylos, arbores nuciferas appellant ».

**NŪGA**, æ, f. 1. turpitudo, macula. *Gloss.* V. 227. 6. unde adject. *nugas* (= nugax), σαπρός, fœdus, indecorus etc. in *Gloss.* — De plur. v. *Lexic.* — Form. *nuges* in *C. I. L.* I. 1297.

**NŪGĀCISSŪMĒ**, adv. superl. ab inusit. *nugaciter* ap. *Plaut. Trin.* 819.

**NULLĀTĪŌNEM**, mutationem. *Gloss. Plac.* V. 34. 7., 88. 4., 122. 50. *Loewe* (*Prodr. Gloss.* p. 426. 28.) censet *esse voc. contractam ex novellatio.*

**NULLUM**, pro nec id. *Lib. Glossar.* ap. *Loewe, Anal. Plaut.* p. 215. (ubi emendat : *nullum* pro *nihil*).

**NŪMĔRUS**, i, m. 2., chorda citharæ. *Gloss. Placid.* V. 35. 3. *Deu.* « Numeros omnimodos pulsas tuo plectro. Numeros dicit chordas sive nervos citharæ ; nam citharas diversis numeris a veteribus constat esse compositas juxta harmoniam mundi ; unde hi, qui ex quattuor elementis constare universa dixerunt, tetrachordon fecerunt. Quidam pentachordon, addentes quattuor elementis divinam providentiam. Nonnulli heptachordon juxta numerum septem deorum, quorum dies nominibus nuncupantur. (Cf. *Serv.* in 2. *Aen.* 255.). Alii ennachordon, qui his septem adjunxerunt cælum et terram vel propter novenarium ab astagiis » (astigiis *G. P.*).

**NŪMĬDA**, æ, m. 1. (a νέμω, pasco). Ita *Paul. Fest.* p. 179. 5. *L.* « Numidas dicimus, quos Græci Nomadas, sive quod id genus hominum pecoribus negotietur, sive quod herbis, ut pecora aluntur » ; *Plin.* 5. *N. H.* 3. 22. et *Gloss. Scalig.* V. 605. 57. — V. alia in *Onom.*

**NUNCIAM**, pro *nunc iam* = *jam*, ubi *iam* est disyllab., it. *suvvia*, *presto*, *immantinente*, ap. *Plaut. Trin.* prol. 3. — V. *Gramm.* VI. 561. 3. « Scaurus in eadem fabula (*Pseud.* 116. 497. 546. 557.) sic : « Nunc iam : jam divisit in duas syllabas *metri causa* ».

**NUNCIN**, pro nuncne ap. *Ter. Andr.* 683.

**NUNCŪPĀMĔNTUM**, i., n. 2. (nuncupo), nuncupatio. *Chalcid. Tim.* 308. « Aliis multis ad declarationem ejus naturæ convenientibus nuncupamentis usus est ».

**NUNDĪNĀRĪUS**, a, um, adject. V. voc. in *Lexico.* — Ap. *Ulpian. Dig.* 17. 2. 69. legend. *nundinas.*

**NŪPTŌRĪUM**, ii, n. 2. (nubo), domus et locus nubentium. *Gloss. Scal.* V. 605. 51.

**NŪTRĪFĬCO**, as, āre, a. 1. (nutrio *et* facio), lac præbeo. *Anecd. Helv. gramm. Suppl.* 282. 12. « Inter nutrit et nutrificat hoc interest, quod nutrit mulier, nutrificat nutrix ».

**NYCTALMUS**, est passio, qua per diem visus patentibus oculis denegatur, et nocturnis irruentibus tenebris redhibetur, aut versa vice (ut plerisque volunt) die redditur, nocte negatur. *Isid.* 4. *Orig.* 8. 8. Cf. *Gloss.* V. 621. 40. « Nitalmus est qui noctibus non videt ».

# O

**ŎA**, adverb. hortandi, ap. *Petr. gramm.* VII. p. 168. 9. *Hag.* « (*Adverbia*) hortandi, ut heia, oa, a, æ ». — *Gloss.* V. 123. 4. « Oa oua græce ».

**OBDŪCO**, is, xi, ctum, ĕre, a. 3. — Præter alia (V. *Lexicon*) significat etiam refellere, sive contraria ac inter se pugnantia asserentem captum tenere. *Tertull. Apol.* 46. « Sed dum unicuique manifestatur veritas vestra, interim incredulitas dum de bono sectæ hujus obducitur etc ». *Id. c. Hermogen.* 38. « et obduceris corpoream infinitam faciens, cum locum ei adscribens, intra locum et extremam loci lineam includis ». — Adde form. part. præter. *obducata. Gloss.* V. 123. 12. obducata opposita aut contracta circumfusa.

**ŎBĒDO**, (ēdi), ēsum, ĕdere, a. 3. (ob *et* edo), consumo. *Auct. Aetn.* 436. « nec obesa bitumine terra est ».

**ŎBHORRESCO**, is, horrŭi, ĕre, 3. idem atque horreo. *Itala Jer.* 2. 12.

**ŎBĪCŬLA**, parvus obex. *Gloss. Scal.* V. 606. 3.

**ŎBĪFER.** (V. OVIFER in *Lexico*), ova ferens v. pariens. *Edict. Diocl.* 8. *Lexic. Graec.-Lat.* p. 580. 20. *Vulc.*

**OBJECTUS**, us, m. 4. V. voc. in *Lexico.* — Ap. *Nep. Hann.* 5. 2. legitur nunc : « quo repentino objecto visu ».

**OBJURĪGO**, as, āvi, ātum, āre, a. 1., pro *objurgo* ap. *Plaut. Trin.* 70., *Bacch.* 1020., *Merc.* 46.

**OBLISCOR**, ĕris, etc. contr. ab *obliviscor* ap. *Acc. Tr.* 488. « An ego Ulixem obliscar unquam ? » — parag. infin. præs. *obliscier* ap. *Acc. Tr.* 190. « Utinam memet possim obliscier » — partic. fut. pass. *obliscendus* ap. *Plaut. Mil.* 1359. *Leo* (*Goetz-Schoell* leg. obliviscendi).

**OBLĪTO**, καταχρίω. *Gloss.* II. 145. 12. χρίω II. 478. 50.

**OBLĪVĪŌSĒ**, adv. (obliviosus), cito obliviscendo. *Virgil. gramm.* p. 146. 30. *H.* « Ne non tam de industria, quam obliviose ponere putaretur ».

**OBLUSTRO**, circumeo. *Gloss.* V. 123. 40. et *oblustrans* circumspiciens IV. 263. 18. etc.

**OBMŪTĪSCO**, is, ĕre, n. 3., taceo. *Gloss.* IV. 546. 53. Cf. *Loewe Prodr. Gloss.* p. 369. *nota.* Cf. *obmutesco.*

**OBMŪTUS**, ἀχανής. *Gloss.* II. 254. 18.

**OBNECTO**, is, (nexui), ĕre, a. 3. ¶ 1. Est torqueo, *attorcigliare* ap. *Acc. Tr.* 257. — ¶ 2. Item obligo. *Paul. Fest.* p. 207. 21. *L.*

**OBNITOR**, ĕris etc. V. *Lexicon.* Etiam active usurpatur in *Gloss.* IV. 129. 2. ; 544. 45. ; V. 123. 41. « obnitere resistere ».

**OBNIXĒ**, adv. V. voc. in *Lexico.* — Nunc ap. *Liv.* 4. 26. 12. et *Senec. Epist.* 95. 1. legend. *enixe* et ap. *Senec. Epist.* 36. 1. leg. *valde.*

**OBNIXĪUS**, subjectus, obnixii subditi rei. *Gloss.* II. 263. 21-22. et *al.*

**OBNŪBĪLĀTĪO**, ōnis, f. 3. (obnubilo), actus obnubilandi, obtenebratio. — Translate. *Augustin. Serm.* 94. 4. « Sine ullo incursu atque obnubilatione tristitiæ ».

**OBNŪBO**, is, nupsi, nuptum, ĕre, a. 3. V. voc. in *Lexico.* — Serius ap. *Ennod. Dict.* 1. p. 467. plus quam perf. *obnuberat* pro *obnupserat.* Cf. *Gloss. Placid.* V. 36. 4. et IV. 370. 24.

**OBNŬO**, is, ĕre, a. 3., obtego, obnuo, operio, obvolvo. *Gloss.* passim.

**ŎBŒDĪTOR**, ōris, m. 3. (obœdio), qui obœdit (obedit). *Augustin. Serm.* 23. 6. « Obœditor præceptorum suorum ».

**OBRA**, πειθαρχία. *Gloss.* III. 458. 19. et 486. 32. — *Buecheler* censet idem esse ac *opera.*

**OBRĒPENTER**, obrepticie. *Gloss.* IV. 417. 33. ; direpticie V. 376. 45.

**OBRĪGĀTĪO**, ōnis, f. 4. irrigatio. *Eutych. Art. gr. Gramm.* V. 455. 28.

**OBRĪPO**, pro *obrepo*, unde *obripit* ap. *Venant. Vit. S. Mart.* 4. 5., et *obripiat* ap. *eund. App.* 23. 19. Cf. *subripo* pro *subrepo* ad h. v.

**OBRŪBESCO**, is, ĕre, n. 3., idem ac rubesco (cui *opp.* pallesco). *Augustin. Serm.* 117. 7. « Frons aut pudore obrubescit, aut timore pallescit ».

**OBSĀEPTĪO**, ōnis, f. 3. (obsaepio), actus obsæpiendi. *Augustin. op. imperf. c. Julian.* 3. 110. « Obsæptio crassi humoris ».

**OBSCĒNUS**, a, um, adject. ore sævus, id est male canens. *Gloss.* IV. 130. 49.

**OBSCŪRĪLŎQUIUM**, ii, n. 2. (obscurus *et* loquor), ænigma, obscura dictio. *Gloss.* IV. 410. 22. et V. 598. 46.

OBSĔCUNDOR, aris, ātus sum, āri, 1. depon., idem ac obsecundo. *Lucif. de Reg. apost.* p. 802. *M.*

OBSENTER, obsessive. *Gloss.* V. 470. 25. et 508. 10. (fort. i. q. *obsidenter*).

OBSĒRĬCĀTUS, a, um, serica veste circum v. totus indutus. *Augustin. Serm.* 61. 8.

OBSERVANTIES, ēi, f. 5., idem ac observantia. *Charis. gramm.* I. 118. 20. « Si manus veterum licentiæ porrigemus, potest et copies et observanties et benevolenties dici ».

OBSĪDĬĀLIS, e, adject. idem ac obsidionalis. *Liv.* 7. 37., 2. *Heges.* 5. 20. 2., *Itin. Alex.* 18. (47.) *Mai.*

OBSIGNO, as, etc. a. 1., speciali sensu, translate, ap. *Tertull. ad Uxor.* 1. 6. « Quot enim sunt, qui statim a lavacro carnem suam obsignant? » *h. e.* a baptismo dant virginitati et cœlibatui operam.

OBSISTO, is, etc. habet etiam partic. fut. *obstiturus* in *Itin. Alex.* 21. (55.) et 27. (66.) *Mai.*

OBSŌNOR, āris, ātus sum, āri, 1. abs. idem ac absono. *Plaut. Stich.* 681. « Stichus obsonatust » et *Aul.* 295. « Hic non poterat de suo senex obsonari filiai nuptiis »,

OBSORBĔO, es, bŭi, ēre, 2. V. voc. in *Lexico.* — Ap. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 24. nunc *absorbere* legend. est.

OBSTĔTRĪCOR, āris, ātus sum, āri, 1., idem ac obstetrico. *Interpr. Iren.* 4. *Hær.* 33. 3. « Semel ipsos obstetricatos esse affirmant ».

OBSTĪGĬLO, ἀντικοτῶ. *Gloss.* II. 229. 49.

OBSTRICTĬO, ōnis, f. 3. (obstringo), actus obstringendi. *Cassian.* 1. *Inst.* 2. « Nisi vidisset... eum.... paulisper detecta membra solita cinguli obstrictione laxasse ».

OBSTŬPĔO, es, ēre, 2. ¶ 1. Intr. idem ac stupesco. *Gloss.* II. 326. 24. « obstupeo, θαμβοῦμαι ». ¶ 2. Trans. idem ac stupefacio. *Gloss.* II. 343. 2. « obstupeo, καταπλήσσω ». Cf. *Gloss.* II. 343. 3. *obstupio* καταπλήσσομαι et III. 458. 24. *obstipuo* σιωπῶ.

OBSTUPESCO, is, etc. V. *Lexicon.* — Obstupescendus leg. *Riese* ap. *Ps. Varr. Sent.* 74., ubi *De-Vit.* 82. leg. *obstupendus.*

OBSUS, το δοκιμάζον τὸν χρυσὸν ὅταν παρατρίβηται. *Gloss.* II. 137. 12. (*Meursius* obrussa).

OBTENTUS, us, m. 4. (obtineo), actus obtinendi, *conseguimento.* Occurrit ap. *Fulgent. Epist.* 18. *ad Regin.* p. 494. *A.* « Illo scilicet nostræ salutis obtentu ». Adde *Chalcid. Tim.* 161. 181. 264.

OBTĔRO, is, trivi, tritum, ĕre, a. 3, V. voc. in *Lexico.* — Adnotamus form. *obtrisset* pro *obtrivisset* ap. *Liv.* 3. 56. 8.; et *obteruerit* ap. *Apul. Apol.* 8. 10. *Helm.* (*Krüger* tamen *obtriverit*).

OBTEXO, is, texŭi, textum, ĕre, a. 3. V. in *Lexico.* Addimus usurpatum abstr. ab *Ambros.* in *Luc.* 6. 102. « Diabolus, qui falsa veris sæpe permiscet, ut specie veritatis testimonium fraudis obtexat ».

OBTŬĔOR, ēris etc., contr. *obtuor* (optuor); unde 2. pers. indic. præs. *optuēre* et *Plaut. Most.* 69. « Quid est, quod tu me nunc optuere, furcifer? *Ibid.* v. 837. — Infin. præs. *obtui* ap. *Acc. Trag.* 285. « Quibus oculis quisquam nostrum poterit illorum obtui vultus ». Ibid. 319.

OBTUNDO, is, udi, sum, ĕre, a. 3. præter alia, translate, est refello. *Tertull.* 4. *c. Marc.* 38. « Non David errorem scribarum obtundebat, sed honorem Christo David procurabat ».

OBTŪNSĪTAS, ātis, f. 3. (obtusus), condicio ejus, qui obtusus est, hebetudo v. hebetatio. *Chalcid. Tim.* 21. « Quod enim est acumen contra obtunsitatem, hoc subtilitas juxta corpulentiam ». *Ibid.* 22. Adde *Isid. de Nat. rer.* 11. 1. ubi *obtusitas.*

OBTŪTĪO, ἀτενισμός. *Gloss.* II. 249. 5.; idem ac obtutus.

ŎBUMBRĀCŬLUM, i, n. 2. (obumbro), id quod obumbrat, obumbratio. *Augustin. Serm.* 163. 11. 14. « Dictum est hoc virgini... fide ferventi, non concupiscentia carnis æstuanti:... *Virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Quæ tale obumbraculum haberet, quando ardore libidinis æstuaret? ».

ŎBŪRO, καταφλέγω. *Gloss.* II. 344. 58. κατακαίω II. 341. 3. περιφλέγω II. 405. 37.

OBVĀRICAT, παρεγχειρεῖ ἢ παρέλκει ἢ παραλλάσσει. *Gloss.* II. 562. 8.

OCCĪDŬUS, a, um, adject. V. voc. in *Lexico.* — Adde *occidua, ōrum,* plur. n. translate pro rebus caducis. *Chalcid. Tim.* 76. « Ne quis putet illa æterna et beata generatorum et occiduorum causa sic esse disposita ». Cf. *Paul. Nol. Carm.* 32. 304.

OCCRESCO (obcresco), is, ĕre, n. 3., erigor, valde cresco, magnum incrementum capio. *Augustin.* 2. *Civ. D.* 3. *in lemm.* « Antequam Christiana religio occresceret ».

OCCŬLO, is, ŭi, ultum, ĕre, a. 3. V. voc. in *Lexico.* Adnotamus tantum formas perf. *occulerunt* ap. *Arnob.* 5. 33.; plusq. perf. *occulerat* ap. *Val. Fl.* 2. 280.

OCCURSĬO, ōnis, f. 3. V. voc. in *Lexico.* — Ap. *Senec. ad Marc.* 18. 2. et *Sulpic. Sev. Dial.* 1. 21. 3. nunc legend. *occursibus* pro *occursionibus.*

OCLĀTA, μελάνουρος. *Gloss.* III. 89. 7. et al. Cf. *Gloss.* 17. 2. oculata μελάνουρος.

OCTŌGĒSĬMUS, pro quo etiam *octogensimus* ap. *Plin. jun.* 2. *ep.* 1. 4. *Kuk.* — *Octagensimus* ap. *Ulp. Dig.* 38. 5. 14. *M. Octuagesimus* inusit.

OCTUS, pro *octussis,* ap. *Volus. Mæcian.* in *Metrolog. script.* p. 68. 3. *H.*

ŎCŬLĀTIM, adv. (oculatus), oculariter. *Cassian.* 12. *Inst.* 29. « Quo... passionis hujus radices et oculatim deprehensæ atque perspectæ, vel convelli facilius valeant, vel vitari ».

ŎCŬLĀTUS, a, um, adject. V. voc. in *Lexico.* — Apud *Cic.* 4. *Att.* 6. 3. legendum est *occultior.*

ŎCŬLISSĬMUS. V. in *Lexico.* — Apud *Plaut. Curc.* 16. nunc legend. *occlusissumus*; et *Men.* 698. *exclusissimus.*

ŎCŬLŌSUS, a, um, adject. (oculus), de thopho dict. *Gloss.* II. 595. 41. « Thophus: lapis oculosus ».

ŎCYS, is, adject. velox. *Comment. Einsidl.* in *Donat.* (*Gramm. Suppl.*) p. 215. 25-26. *Hag.* « Ocys græce, velox latine, inde Oceanus dicitur mare magnum a velocitate undarum ».

ODICUS, i, m. 3. ebolus. *Gloss.* passim.

OE, interject. *Plaut. Men.* 282. *S. Gloss.* IV. 264. 23.; « Oe, compellatio personæ ».

ŒDEMA, inflatio in facie aquosa. *Gloss.* III. 602. 14.

OFFECTŪRA, æ, f. 1. (officio), obscuritas, ut *erroris offectura* ap. *Cyprian. Sent. episc.* 10.

OFFICIDATA, aqua cum naturali colore. *Gloss.* 603. 36.

OFFĪCĬO, is etc. V. voc. in *Lexico.* — Apud *Lucret.* 5. 886. (889.) legendum est *occipit* pro *officit.*

OFFĔRO, fers etc., unde partic. *offertus* pro oblatus. *Luculent. Homil.* in *Joh.* p. 807.[B] « Agnus occisus est in Abel, offertus in Isaac, immolatus in Aegypto ». *Gloss.* IV. 128. 5. et 263. 16. « oblata offerta ».

OFLA, φιλόπλευρον. *Gloss.* II. 497. 31.; ὀφλάριον II. 523. 42. Form. *Olfa* in *Gloss.* II. 588. 25.

ŎLĔUS, m. pro *oleum,* n. est ap. *Oribas. fr. Bern.* II. 6. p. 8. 28. *H.* — Acc. *oleum viridem* ap. *Apic.* 1. 27.; 5. 190. codd. (*Giarr.-Vollm.* viride).

OLFĂCĬO, is etc. V. voc. in *Lexico.* — Imper. *olfac* ap. *Augustin.* 10. *Conf.* 35. — *Olfio* passiv.= ὀσφραίνομαι ap. *Dosith. gramm.* VII. 434. 31. et *Gloss.* II. 388. 33.

ŎLĔĀGĬNĀRIUM, ἀγριελάϊνον. *Gloss.* II. 294. 1.

ŎLĔĀTOR, λαχανοπώλης. *Gloss.* III. 371. 38.

ŎLENTUS, bene redolens, *Gloss.* II. 588. 28.

ŎLĪBA, æ, f. 1, idem ac oliva, litt. *b* et *v* permutatis. *Edict. Diocl.* 6. 89. 91.

OLIDO, ὄζω. *Gloss.* 379. 43.

OLISERUM, oleratum. *Gloss.* III. 615. 23. et 627. 25.

OLISERUS, hismirnion. *Gloss.* III. 612. 59. et al.

ŎLITANUS, ἀρχαῖος. *Gloss.* II. 246. 27.; olitana, vetusta IV. 264. 36. et al.

OLOGORIA, iniuria. *Gloss.* V. 622. 13. (*Goetz* oligoria).

ŎLOR, ōris, m. 3. (= odor) idem ac odor. V. *Lexic. B.*; sed ap. *Apul. Met.* 1. 17. et *Arnob.* 2. 59. falsa est lectio pro *odor.*

OMAX, genus marmoris. *Gloss.* IV. 132. 33. Fort. i. q. onyx.

OMENTRUM v. OMENSTRUM, auguria majora. *Gloss.* IV. 132. 27. et V. 316. 14. Sed *Gloss.* V. 377. 5.: omenstrum, auguria modica.

OMNĬA, plur. neut. (omnis), aliquando disyllab. usurpatur apud poëtas. V. *Lachmann, Lucret.* 1. 1106. p. 72. Cf. *Virg.* 1. *Aen.* 2. « Laviniaque litora », ut legit *Ribbeck,* pro *Lavinaque,* quam lectionem meliorem putamus.

OMNIMORBUS, παμπαθής. *Gloss.* III. 393. 11.

OMOPHORIUM, palliolum. *Gloss.* V. 574. 18.

ŎNYCHNUS, a, um, adject. pro onychinus ap *Juvenc.* in *Exod.* 1061.

ŎPĔRĬO, is etc. V. voc. in *Lexico.* — Adnotamus form. sync. imperf. *operibat* ap. *Propert.* 3. 13. 35. — *operibantur* ap. *Varr.* 5. *L. L.* 167. — fut. ἀρχ. *operibo* ap. *Pompon. Com.* 147. *R.*

OPHIASIS, ἀλωπηκία. *Gloss.* III. 603. 33.

OPHTHALMĪCUS, a, um, adject. (ὀφθαλμικός), ad ophthalmiam pertinens. *Cassian. Coll.* 24. 15. « Ophthalmicus morbus ».

ŎPĪNATRIX, tricis, f. 3. (opinor), quæ opinatur. *Chalcid. Tim.* 213. « (*Rationis*) duplex virtus, altera intelligens, opinatrix altera ». *Ibid.* 137.

ŎPĪNĬŌSUS, a, um, adject. V. voc. in *Lexico.* — Apud *Cic.* 2. *Acad.* 143. (ms.) *opinosissimi* est certe corruptum; fort. legendum est « opinione omnium ingeniosissimi ».

ŎPIO, εὐπορῶ. *Gloss.* II. 319. 5.

OPPĔRĬOR, iris etc. V. voc. in *Lexico.* — Parag. inf. *opperirier* est *Plaut. Cist.* 592.; *Truc.* 326. et *Ter. Eun.* 890. — ἀρχ. perf. *opperitus sum* ap. *Plaut. Most.* 788. (contra *oppertus sum* ap. *Ter. Phorm.* 514.). — Fut. *opperibor* ap. *Plaut. Pseud.* 323., *Truc.* 209. et *Ter. Heaut.* 619. *opperibere* ap. *Plaut. Bacch.* 48. et *Ter. Heaut.* 833. — Insuper *opperimino* est *Plaut. Truc.* 198. et *Apul. Met.* 1. 22.

OPPĪDUM, i, n. 2. Alit. *opidum,* unic. *p.* in *C. I. L.,* I. 1166. et 1555., quæ scriptura melius respondet etymo, quod proponit *Varro* 5. *L. L.* 141., nempe ab *opi.* — Alia forma est *oppodum* in *C. I. L.* I. 200. 81. — Genet. plur. *oppidum. Cic.* 4. *Fam.* 5. 4., abl. plur. *oppideis, C. I. L.* I. 204. *col.* 2. 23. et 28. et *oppedeis, ibid.* I. 198. 31.

OPPĪLĀGO, curcilla. *Gloss.* IV. 372. 24. et *Scal.* V. 606. 11. Quicquid in ore ponitur ad ipsum os obturandum. *Osb.* 402.

OPPĪLASCO, τριχοφυῶ. *Gloss.* II. 459. 59.

OPPITO, sospito, valde saluto. *Gloss. Scal.* V. 606. 37.

OPPŎSĪTĬO, ōnis, f. 3. V. voc. in *Lexico.* — Apud *Cic. de Inv.* 1. 42. *Stroebel* nunc legend. *præpositione* et ap. *Gell.* 7. (6.) 1. 4. *adpositione.*

OPPRŎBRO, as etc. V. voc. in *Lexico.* — Parag. inf. *opprobrarier* ap. *Plaut. Most.* 301. — Depon. *opprobror* cum dat., ut « obprobror tibi » (= ὀνειδίζω σοι). *Auct. inc. de Idiom. cas. Gramm.* IV. 567. 8.

ORBELLA, ψῆττα. *Gloss.* III. 318. 25.

ORBIA, genus quoddam escarum quod quidam Saturni obiam vocant. *Gloss. Plac.* V. 36. 7. et al.

ORBS, orbis, m. 3., usurpatur in recto pro *orbis* a *Venant.* 8. 6. (7.). 198. et 9. 3. 14.

ORCARIUS, figulus, κεραμεύς. *Gloss.* III. 270. 51. Cf. infra ORDATIA.

ORCHISTRUM, pulpitum. *Gloss.* V. 508. 47. et 574. 36.

ORCĪNUS, (orcivus), a, um, adject. In epitaphio Naevii (*Morel Frg. poët. Lat.* p. 28. 64. nunc leg. *Orchi* pro *Orcino.*

ORDATIA, ψῆσσα ὁ ἰχθύς. *Gloss.* II. 480. 34. Cf. supra ORBELLA.

ORDĬUM, διάσμα (ordior). *Gloss.* III. 209. 56. et « ordia, initiamenta ». *Gloss.* V. 471. 56. (cf. *Lucr.* 4. 28. ordia prima = primordia).

ORGĂNĬCUS, a, um, adject. (ὀργανικός), ut *organicum corpus* ap. *Chalcid. Tim.* 222. — Alio sensu. V. *Lexicon.*

ORĬCUS, loquax. *Gloss.* V. 630. 26. et « loquax, qui magnum os habet ». *Gloss. Scal.* V. 606. 15.

ORIGO, onis, n. 3., usurpatum est, et est velum

navis et habet in plurali numero origona. Ita *Gramm.* VII. 282. 10-11. et *Gloss.* V. 574. 32.

**OS**, oris, n. 3. V. voc. in *Lexico*, in quo nullum est cas. obliquorum plur. exemplum. — Adnotamus genet. plur. *orium* ap. *Cassian. de Incarn. Chr.* 7. 5. *et Verecund. Cant. Deuter.* 32. et *Fragm. Bob. de nom. gramm.* V. 561. 11., ubi *orum* — dat. et abl. *oribus* ap. *Varr.* 7. *L. L.* 64., *Virg.* 8. *Aen.* 486.; *Arnob.* 1. 64. et 3. 10. et *Augustin. Serm.* 34. 6.

**OS**, ossis, n. 3. V. voc. in *Lexieo.* — Addimus tantum alia ad declinat. pertinentia, ut *a*) *Ossum*, i.: genet. plur. *ossorum* ap. *Soran. Lat.* p. 30. 7., p. 92. 24., p. 93. 10.; *b*) *Ossu*: unde plur. nomin. *ossua* et genet. *ossuum* (V. in *Lexico*); et etium *ossuorum* ap. *Ps. Cyprian. de Aleat.* 6.; *c*) *Ossiva* in *C. I. L.* 1. 957.; *d*) *Ossa*, æ, f., unde genet. plur. *ossarum* ap. *Oribas.* 21. 16. — Abl. plur. *osibus* in *C. I. L.* V. 381.

**OSSAFRĂGOR**, ὀστοκόπος. *Gloss.* 140. 6.

**OSSIFRĂGIUS**, ὀστοκ⟨λ⟩άστης. *Gloss.* III. 435. 40.

**OSSIFRĂGOR**, ὀστοκλάστης. *Gloss.* II. 388. 24.

**OSTENTĀTŌRIĒ**, adv. (ostentatorius), cum ostentatione. *Eustath. Hexaëm.* 5. 6.

**OSTENTĀTŪRA**, ostensio insolita, veluti si fiat in nocte repentina lux. *Gloss.* IV. 266. 13.; ostensio V. 471. 70.; ostensum IV. 372. 58.; ostensus V. 574. 39.

**OSTO**, as etc., pro *obsto*, ap. *Commod. Instr.* 2. 18. 15. *D.* — (*Ludwig* obstent). Præt. perf. etiam *obsteti* pro *obstiti* ap. *Afran. Com.* 71.

**OSTRĔUM**, purpuratum. *Gloss.* IV. 418. 17. et V. 472. 2.

**OSTRĬA**, æ, f. 1., idem ac ostrea. *Edict. Diocl.* 5. 6.

**OULS** et **ULS**. V. **ULTRA** in *Lexico*.

**ŌVĀRĬŎLUS**, puer lenonis sic dicitur. *Gloss.* IV. 135. 7. et V. 636. 17. Cf. *Loewe. Prodr. Gloss.* p. 419.

**ŎVĬFĬCUS**, a, um, adject. (ovum *et* facio), qui ovum facit; ut *animalia ovifica* ap. *Eustat. Hexaëm.* 7. 1.

**OVĬPĂRUS**, a, um, adject. (ovum *et* pario). — Active usurpatur et est qui ovum parit, ut ap. *Apul. Apol.* 38. 15. *H.* et *Auson. Mos.* (= *Edyll.* 10.) 133. — Passive, qui ab ovo paritur, ut *oviparus fetus* ap. *Fulgent. Myth.* 1. 12.

**ŎVISPEX**, ovium inspector. *Gloss. Scal.* V. 606. 29. (*Osb.* 401. ovinspex).

**OXȲBAPHON**, i, n. 2. (ὀξύβαφον), acebulum; mensura liquidorum. *Auct. de ponder.* p. 92. 76. *H.* — *oxybaphus* in *Lexico* ap. *Isid.* 16. *Orig.* 26. 4. est falsa forma; *Hultsch* (*Metrol. script. reliq.* p. 116. 14.) leg. *oxifalus*, sed est textus corruptus.

**OXȲPŎLȲFĂGĬA**, multum comedentes et cito digerentes. *Gloss.* III. 603. 30.

**OZASANGA**, militum calciamenta. *Gloss.* V. 375. 19..

# P

**PĂBŬLOR**, aris etc. V. *Lexic.* — Etiam active in *Gloss.* II. 258. 52. « pabulo, βόσκω ».

**PĀCĀTĬO**, onis, f. 3. V. voc. in *Lexico.* — *Schol. ad Germ. Arat.* 146. p. 391. 3. ita legit *Eissenh.*: « quod hi principes dicantur mare tutum... reddidisse ».

**PACTO**, συμφωνῶ. *Gloss.* II. 443. 28., III. 458. 72., 486. 67.; συντίθημι ἐπὶ τοῦ συναινῶ ἤτοι συμφωνῶ. II. 448. 22.

**PĂDULĔ**, is, n. 3., idem ac palus, it. *padule*. *Isai.* 40. 18. « Quæ sine aqua est, erit in padule ».

**PÆDĬTĀTUS**, i, m. 2., propagatio filiorum ac nepotum. *Gloss.* ap. *Mai* in *Class. Auct.* VI. 537. et VII. 572. — *Gloss.* IV. 139. 3., 270. 18., 549. 25., 138. 31. habent *peditatus*, sed male; est enim a gr. παῖς, παιδός, *puer*.

**PÆGNĬUS**, locus lusorius. *Gloss.* V. 385. 27. — Neutr. in *Gloss.* V. 320. 24. *pægnium* græce locus luxuriosus (lusorius ?).

**PÆNE**, superl. pænissime (ἀρχ. pænissume). *Plaut. Aul.* 466. et 668.; *Most.* 656.; *Apul. Met.* p. 181. 10. *H.*; *Apol.* p. 109. 15. *H.* et *Flor.* p. 26. 9. *H.*

**PĀGĀNĬCĬUS**, ut cultus. *Gloss.* IV. 266. 21. et al.

**PĀGÆ**, memoriæ sine idolis. *Gloss. Scalig.* V. 606. 50. et *al.* Sensus obscurus.

**PĀGĀNISMUS**, i, m. 2. (paganus), religio seu superstitio paganorum. *Augustin. de Div. quæst. q.* 83 *M.* « Consequens est ut paganismus fornicatio deputetur ». *Mar. Victorin.* 2. in *Epist. ad Galat. vers.* 9. « Reprehendit, illos etiam ad paganismum esse conversos » et *Mar. Mercat. Collect. prima excerpt. Nestor.* p. 885.[B] « Convertere ad agnitionem veritatis ex paganismo ».

**PĀGŬLA**, ŏrum, n. plur. 2. frena. *Gloss.* IV. 548. 50. et *al.* Cf. repagulum.

**PĀGUS**, i, m. 2. Adde in *Lexic.* — ¶ 1. Collegium curiæ. *Gloss.* IV. 135. 16. et *al.* — ¶ 2. Item « possessio ampla, sed sine aliquo jure, unde et paganos dicimus alienos a jure vel sacris constitutis ». *Gloss.* IV. 276. 23.; 373. 13.; V. 318. 31.

**PĂLÆSMĂTA**, locus luctæ. *Gloss.* V. 384. 19. *palismatis* locus luctæ IV. 548. 2. et V. 317. 34. Cf. *Palæstra*.

**PALEAR**, is, n. 3. — Est etiam forma *paleare, is* in *Comment. Einsidl.* in *Donat.*, *Suppl. gramm.* p. 265. 10. et 11.

**PĂLISMATIS**. V. supra **PALÆSMATA**.

**PALLA**, æ, f. 1. V. voc. in *Lexico.* — Ap. *Cic. Rep.* 4. 4. legend. est nunc « palliis interjectis ».

**PALLĔATUS**, στιχολόγος. *Gloss.* II. 141. 13.

**PALLEX**, adulescens græce. *Gloss.* V. 128. 25.

**PĂLŪDĒTUM**, paluster locus. *Gloss.* II. 588. 63.

**PĂLŪDO**, ἕλος. *Gloss.* II. 295. 39.

**PAMÆUM**, i, n. 2., vestis pastoralis. *Gloss. Scalig.* V. 607. 66. — Alii emendant: *pæmenicum* v. *pilleum.*

**PANCRA**, rapina. *Gloss.* IV. 136. 8. et *al.* Cf. *Loewe Prodr. Gloss* 339-340.

**PANDEX**, icis, m. 3. (pando), qui semper pandit ora ad potandum. *Gloss. Scalig.* V. 607. 15.

**PĀNIS**, is, m. 3. V. voc. in *Lexico.* — Præter ea quæ in *Lexico* exponuntur, addimus. ¶ 1. Panis speciatim ac mystice — *a*) pro corpore Christi. *Vulg. Ioh.* 6. 41. et 51. « Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi » — *b*) de sacramento Eucharistiæ. *Tertull.* 5. *c. Marc.* 8. « Panis et calicis sacramenta jam in Evangelio probavimus, corporis et sanguinis dominici veritatem adversus phastasma Marcionis » — *c*) pro doctrina Dei. *Id.* 4. *ibid.* 7. « Ecce doctrinæ suæ panem prioribus offert Israëlitis » — *d*) de manna. *Ps.* 77. 25. « Panem angelorum manducavit homo »; cfr. *Sap.* 16. 20. — ¶ 2. *Panes propositionis*, sc. panes azymi, ture et sale conspersi (*Lev.* 24. 7.), numero duodecim (= tribuum num.), duplici ordine dispertiti, qui singulis sabbatis a sacerdotibus permutabantur, hebr. dicti *lehhem panîm*, panis faciei, *h. e.* positi ante faciem seu solium Jahweh. *Exod.* 25. 29-30.; 1. *Reg.* 21. 6.; *Matth.* 12. 4. — ¶ 3. *Panis collyris*, panis quadrangulus. *Gloss.* V. 380. 25.

**PĀNŬCELLĬUM**, πηνίον. *Gloss.* II. 141. 47.

**PAPIRIO**, onis, m. et f. 3. avis, quæ nunquam crescit. *Anonym. Bern.* p. 110. 7. *Hag.* Cf. **PAPILIO**.

**PAPONIUS**. V. voc. seq.

**PAPOTENTIA**, ebrietas græce: paponius ergo ebriosus. *Gloss.* V. 231. 4.

**PĂRĂBATA**, cupidus. *Gloss.* IV. 137. 13. etc.

**PĂRĀTŪRA**, æ, f. 1., constitutio. V. voc. in *Lexico.* — Addimus loc. *Tertull. Apol.* 22. « cælestes sapere paraturas ». Sensus totius loci hic est: Possunt incolentes et mansionem habentes in aëre sideribus vicini et nubibus adsueti scire constitutionem aëris adeoque pluvias, siccitatem, pestilentiam, famem prædicere. *Id. ibid.* 47. « Ex horum (philosophorum) semine et nostram hanc novitiolam paraturam viri quidam... adulteraverunt ». *La Cerda* novellam Christianorum sectam intelligit; alii vero novum instrumentum.

**PARCĬTŪDO**, inis, f. 3., idem ac parcimonium v. parcimonia. *Gloss.* II. 470. 26. φειδωλία, parcitudo.

**PĂRECLUM**, i, n. 2., idem quod par, *un pajo*, in *Colloq. Lat. Gr.*, quod *Haupt*, *Opusc.* II. p. 446. πόσου ἡ ζυγή; quanti pareclum ?

**PĂREGŎRIZO**, v. paragorizo, as, āre, n. 1., mitigo, lenio, oblecto. *Ps. Soran. Quæst. med.* 15.

**PARTĬCĬPABILIS**, e, adject. (participo), qui potest cum aliis participari. *Chalcid. Tim.* 339. « Formatum enim, quidquid compositum sit, necesse est ex participante et ex participabili, ut statua, in qua participat quidem æs, participatur vero impressa forma ». Adde *Interpr. Iren.* 3. *Hær.* 8. 3.

**PARTĬOR**, iris, etc. Adnot. parag. infin. *partirier* usurpat. ab *Auson. Epigr.* 139. 7. et *Vulg. fut. partibor* pro partiar in *Ps.* 59. 8.

**PARTUS**, us, m. 4. (pario). V. voc. in *Lexico.* — Addimus ablat. plur. *partubus* ap. *Horat. Epod.* 5. 5., *Apul. de Plat.* 2. 26., *Pompon. Dig.* 15. 2. 3., *Augustin.* 7. *Civ. D.* 3., 15. 23. et 16. 8., *Serv. ad Virg.* 4. *Georg.* 199., *Diomed.* 308. 2., *Prisc. gramm.* II. 364. 24., *Caper gramm.* VII. 110. 18. — Etiam *partibus*, non imit. *Apul. Met.* 9. 33. Ed. *Giarratano.*

**PASSACRIARIUM**, ὑδρία. *Gloss.* III. 471. 54. (Vas aquarium *Vulc.*).

**PASSĪTO**, as, are, n. 1. vox sturnorum. *Suet. frg.* 161. p. 253. 1. *Reiffers* « sturnorum passitare ». Cf. *Anth. Lat.* 762. 17. « sturnus tunc pusitat ore ». Alii tamen habent *pusito* v. *pardo.*

**PASSĪVĪTAS**, atis, f. 3. (passivus). V. voc. in *Lexico.* — Addimus ex *Tertull. c. Hermog.* 41. « Et passivitas non est », *h. e.* affectio passim diffluens et motibus exposita, dissolutio, confusio et *c. Valentinianos* 30. « Illi vero et passivitate vitæ etc. » *h. e.* vita incomposita et pro libidine transacta, qua Valentinianos fuisse notabiles Irenæus auctor est.

**PASTELLUS**, i, m. 2., sigillum impressum in pasta cerea. *Greg. M.* 4. *Epist.* 44.

**PASTIENDA**, glebæ. *Gloss.* II. 588. 57.; βωλοστρόφησιν II. 142. 42. Cf. etiam. *Gloss.* II. 260. *pastilenda* βωλοστροφητέα γῆ et II. 260. 54. pastinum βωλοστρόφιον.

**PASTINA**, νεοφυτεία. *Gloss.* II. 375. 57.

**PASTORIUM**, atrium templi vel sacrificium. *Gloss.* IV. 571. 14. V. *Pastophorium*,

**PĂTER**, tris, m. 3. V. voc. in *Lexico.* — Addimus declin.: genet. sing. ἀρχ. *patrus* in *C. I. L.* I. 1469. — Item dat. sing. *patre* in *C. I. L.* I. 182. — *patrei* in *C. I. L.* I. 807.; V. 3876.; IX. 4084.; XIV. 2387. — Abl. sing. *patre* ap. *Plaut. Stich.* 71., vulg. genet. plur. *patruum* in *C. I. L.* XIV. 374. 15.

**PĂTERNE**, adv. (paternus), paterno modo. *Augustin. Epist.* 37. 3. et *Conf.* 4. 3.

**PĂTESCO**, et etiam *patisco*. V. *Lexic.* — Depon. infin. *patesci* ap. *Venant. præf.* 3. *Leo.*

**PATRŌNISSA**, patrona græce. *Gloss.* V. 129. 57.

**PAXIMATIUM**, panis subcinericius. *Gloss. Scal.* V. 607. 64.

**PAXMATIUM**, dimidia libra, II. pax libra una. *Gloss. Werth. Gallée* 340.

**PĔCŌRĀTUS**, abundans pecoribus. *Gloss.* IV. 270. 13. et V. 575. 6. Cf. *Loewe Gloss. Nom.* p. 168.

**PECOSUS**, graece leprosus. *Gloss.* V. 320. 23.

**PECTO**, as, are, a. 1., idem ac depecto; et, translate, discerno. *Virg. gramm.* p. 86. 2-4. *H.* « Pectus... dicitur a pectando, id est discernendo. unde peccata dicuntur ».

**PĔCU**. V. voc. in *Lexic.* Adde alio sensu. *Gloss.* V. 231. 31.: « Pecua, loca quæ pecuaria appellantur ».

**PĔCUA**, pecus femina. *Gloss.* V. 231. 37.

**PĔCŪDĬĀRĬUS**, pastor. *Gloss.* IV. 270. 1. et V. 509. 41.

**PĔCŪLANTĬA**, æ, f. 1. (peculor) idem ac peculatus. *Commodian. Instr.* 2. 29. 13.

**PĔCŪLATĬO**, νοσφισμός, διαρπαγή, peculatus. *Gloss.* II. 141. 7.

**PĔCUS**, udis, n. 3. et etiam f. *Venant. Vit. s. Mart.* 3. 311.

**PEDĀTUM**, carcer. *Gloss.* IV. 374. 56. et *al.* Cf. *pædor*, squalor.

**PEDĪTATUS** v. **PÆDITATUS.**

**PEDĪCO**, βροχίζω. *Gloss.* II. 260. 26. Cf. *pedica.*

**PĒDĪTĪO**, πηδητής. *Gloss.* II. 407. 19.

**PĒDĪTO**, homo qui saltare potest. *Gloss.* II. 589. 31.

**PĒDĪUS**, πόδιον τὸ τῶν γραμμάτων. *Gloss.* II. 402. 3.

**PĒDOR**, oris, et rectius *Pædor.* V. voc. in *Lexico.*

**PĒDUCŪLĀRIS**, adject. (peduculus), est morbus i. q. græc. φθειρίασις. *Serv.* ad *Virg.* 3. *Georg.* 564. : « " Immundus sudor " morbus pedicularis, qui est φθειρίασις ».

**PĒDUCŪLO**, φθειρίζω *Gloss.* II. 471. 3. etc. ; peduculat φθειρίζει III. 7. 10. et 459. 54. (peduclat).

**PEGNIDES**, f. pl. (πηγή fons). Musarum epitheton. Ita ex *Paul. Fest.* p. 235. 8. *L.* « Pegnides Musæ dictæ sunt a fonte, quem Pegasus ictu ungulæ fingitur aperuisse. Ob quam causam et Græce appellatæ sunt ἱπποκρῆναι ». Fere eadem in *Gloss.* IV. *præf.* 18.

**PEJURĪUM**, ii, n. 2., i. q. perjurium. *Plaut. Rud.* 17. et 137. 7., *Oros.* 4. *Hist.* 5. 2.

**PEJURO**, as, avi, ātum, are, 1. idem ac perjuro. *Itala Matth.* 5. 33. (*Vulg.* perjurabis).

**PEJURUS**, a, um, adject. (per *et* jus), qui pejerat. — Compar. ap. *Plaut. Trin.* 201. « Nil est stultius... neque pejurius etc. ».

**PĒLĀGIZANTES**, ποντοπόροι. *Gloss.* III. 433. 58.

**PELENUM**, vehiculum. *Gloss.* V. 385. 15. Cf. *Pilentum.*

**PELLĀCATĪO**, ἀπάτη. *Gloss.* 233. 40. — V. in *Lexic.* **PELLICATIO.**

**PELLĀTOR**, ἀποθητής. *Gloss.* II. 243. 32. ; compellens II. 589. 40.

**PELLECTOR**, persuasor. *Gloss.* IV. 270. 22. ; persuasor vel incitator IV. 139. 18. etc.

**PĒLORA**, æ, f. 1., nomen avis, de qua *Carmen de filomela. Anth. Lat.* 762. 11. ed². *R.* « Dulce pelora sonat, dicant quam nomine droscam ».

**PELTARIA**, pellis (*vel* pelles), quæ a mento bovis pendet (*vel* pendent). *Gloss.* IV. 552. 39. et V. 319. 39. Cf. **PALEAR** in *Lexico.*

**PENDO**, pro pendeo legitur in *Inscr. Afr.* ap. *Renier* 3132. « et auro similes pendunt in vitibus uvæ ».

**PENNĪRĀPUS**, velox in pennis. *Gloss.* V. 575. 19.

**PENTECONTARCHUS**, quinquagenarius. *Gloss.* IV. 140. 20. etc.

**PĔRĀMARUS**, a. um, adject. (per *et* amarus), valde amarus. *Augustin. Serm.* 31. ed. *Mai* « genus pravum et peramarum » (contrario, avverso assai) et *ibid.* n. 2. « Hinc est quod Christus.... mortem suscepit peramaram ». Adde *Interpr. Ital. Ps.* 77. apud *Arnob. jun.* et *Cassiod.* v. 10.

**PĔRANNUS**, æternus. *Gloss.* ap. *Loewe Prodr. Gloss.* 419. — Idem q. perennis.

**PERCĪTĀTIM**, velociter. *Gloss* V. 529. 15. V. voc. seq.

**PERCĪTE**, velociter, celeriter. *Gloss.* IV. 550. 36.

**PERCUSSO**, διατινάσσω, *Gloss.* II. 279. 9. ; κροτέω II. 355. 18. ; πατάσσω II. 399. 40. ; τινάσσω II. 456. 12. . V. *percutio.*

**PERDĪTUS**, us, m. 4. amissio. *Ps. Cyprian. de Aleat.* 6. « Possessionum amissio et pecuniarum ingentium perditus ».

**PERDIVĪDO**, is, isum, ere, 3. idem ac divido vel plane divido. *Itala (Weing.) Joël* 3. 2. « et terram meam perdiviserunt ». (*Vulg.* diviserunt).

**PERDŎCĬLIS**, valde docilis. *Gloss.* IV. 142. 3. et *al.* ; satis docilis IV. 375. 48.

**PERDUELLIS**, is, m. 3. (per *et* duellum, ἀρχ. bellum), publicus hostis, quocum bellum est. V. voc. in *Lexico*, ubi exponitur 1.° usus vocis proprius, sed omissus est 2.° translatus, quo significatur inimicus privatus. *Plaut. Pseud.* 583. « Facile ut spoliem meos perduellis meis perfidiis ». *Id. ibid.* 589. Fugam perduellibus meis (*inijciam*) ». NB. Observatione dignum est vocabulum hoc non adhibitum reperiri, saltem huc usque, pro reo perduellionis sed ejus loco usitatum fuisse *perduellionem* aut *parricidam.* Ita *De Vit.*

**PERDŪRO**, as, etc. V. voc. in *Lexico.* Apud *Prudent. Psych.* 446. nunc legend. *prædurat* et *Col.* 7. 8. 7. in cod. *Sang.* « caseus muria *præduratus* pro *perduratus* ».

**PERĔGRĪNO**, as, are, n. 1., idem ac peregrinor. *Jul. Val.* 2. 35. (21.) cod. *A.* ; *Gloss.* III. 124. 7. ἀποδημῶ ; II. 377. 58. peregrino peregrinor ξενιτεύω et *al.*

**PĔRENDĪNĀTUS**, ὑπέρθεσις. *Gloss.* 512. 62.

**PĔREXCELSUS**, e, um, adject., idem ac valde excelsus. *Cic.* 4. *Verr.* 107., ubi alii perperam leg. *præcelsus.*

**PĔREXĔO**, is, ivi, itum, ire, 4., (per *et* exeo), verbum origine quidem intransitivum sed transitivorum more usurpatum., ut in *Lexic.* Usurpatur etiam intransitive in *Chalcid. Tim.* 80. 11. « per hanc ducta perexeat linea » ; et *Interpr. Iren.* 2. *Hær. præf.* 1. « Diligenter retulimus et quonam modo per numeros et per viginti quattuor elementa alphabeti, veritatem affirmare conantur et audent, minutatim perexivimus h. e. exposuimus sc. commemoravimus ».

**PĔREXTENSUS**, a, um, partic. ab inus. perextendo, valde extensus. *Virgil. gramm.* p. 14. 16. *H.* « Perextensi versus usque ad XII. perveniunt ».

**PERFECTUS**, us, m. 4. (perficio). V. voc. in *Lexico* — Apud *Vitr.* 1. 2. 6. *K.* nunc legend. *prospectus* pro *perfectus*, sed *Vitr.* 10. 3. 1. *K.* « perfectus ».

**PERFESTĪNĀTIM**, festine. *Gloss.* V. 646. 26.

**PERFLŪVIES**, sordis effusio. *Gloss.* V. 232. 27.

**PERFRĪCO**, as, icui etc. V. voc. in *Lexico.* — Ap. *Cornif. Rhet.* 4. 14. nunc legend. *defricari.* — Item ap. *Cic. Verr.* 3. 62. nunc *confricaret.* Item ap. *Ovid. Art. am.* 3. 216. nunc *defricuisse.*

**PERFRĪGESCO**, is, frixi, ere, n. 3. V. voc. in *Lexico.* — Ap. *Plin. Val.* 1. 57. perfect. leg. *perfriguerit* pro *perfrixerit.*

**PERGENŬAT**, genibus pergit. *Gloss.* IV. 141. 35. et *al.*

**PĔRĪCLĪTOR**, aris, etc. V. voc. in *Lexico.* — Addimus : aliquando est idem ac prope abesse, parum abesse, quin, ut gr. κινδυνεύειν. *Tertull. c. Hermog.* 21. « et non periclitatur, ne ex aliquo factum existimetur » *h. e.* parum abest quin ex aliquo etc.

**PĔRĪCŬLUM**, i, n. 2., est etiam damnum. *Tertull. c. Prax.* 15. « Ille sine periculo luminis expertus est ». *h. e.* sine damno.

**PĔRIMPĪUS**, a, um, adject., maxime impius. *Ambrosiast. ad Rom.* 1. 27. « Idololatria perimpium et gravissimum delictum est ».

**PĔRĪPŎDĬŎN**, ii, n. 2. (περιπόδιον), vestis talaris. *Ps. Acro Horat. Sat.* 1. 2. 99. « ⟨Palla⟩ pro peripodio posuit, quod dicunt tunica, pallium ».

**PERLĀVĪA**, ποδάνιπτρα. *Gloss.* II. 147. 23. V. infra *perluvium.*

**PERLUSTRĀTOR**, oris, m. 3. (perlustro), qui diligenter et attente lustrat. *Greg. Tur.* 1. *Hist. Franc.* 10. « Cujus (*Nili*) nunc litora multi locorum perlustratores, referta sacris monasteriis dicunt esse ».

**PERLŪVIUM**, ποδονιπτήρ. *Gloss.* II. 410. 53.

**PERMEJO**, is, mixi, ere, a. 3., valde mejo. *Dosith. gramm.* VII. 425. 14. « commejo lectum et permejo (commixi et permixi) ». Cf. *Beda de Orth. ibid.* 267. 7.

**PERMENSŪRO**, as, are, a. 1., idem ac mensuro v. plane mensuro. *Gromat. vet.* 242. 14. « (*Augustus*) omnem terram suis temporibus fecit permensurari et veteranis adsignari ».

**PERNOCTANTER**, adv. (pernocto), vigilando, pernoctando. *Maxim. Taur. Hom.* 62. « Vigilias celebravimus, orationibus pernoctanter institimus ».

**PĔRORSUS**, perlocutus. *Gloss.* V. 320. 43. Ab inus. *perordior.*

**PERPEDIOSUM**, lignum in quo domestica pendunt superlectilia. *Gloss.* II. 589. 20.

**PERPENNIUS**, αὐθέντης. *Gloss.* II. 146. 12. et 148. 31.

**PERPENSUM**, i, n. 2. (perpendo), index, quo regiones agri cujusque cognosci possunt, groma seu gruma. *Gromat. vet.* 26. 11. « Cum perpenso (*Thulin* p. 18. 11-12. propenso) solis spatium consummamus » ; et 32. 18. « omnia momenta perpenso dirigere ».

**PERPĔRĪO**, is, ire, n. 4., prorsus pereo. *Pseud. Cyprian. Sing. Cler.* 43. « Perperituram erogat fortitudinem ».

**PERPESSO**, ὑπομένω. *Gloss.* II. 467. 3.

**PERPESSOR**, ōris, m. 3. (perpetior), qui perpetitur. *August. Serm.* 313. 2. « Tantæ illius persecutionis pro veritate perpessor ».

**PERPLŪRĪMUS**, a, um, adject., valde plurimus. *Rufin. Hist. eccl.* 6, 7. « de aliquo perplurima memoriæ tradere ».

**PERPRANDĔO**, es, ere, n. 2. jentare. *Venant vit. S. German.* 30. « Antequam perpranderet, se de mensa Sanctus proripuit ». — Adde form. perf. *perprandierunt*, ἀπορίστησαν in *Gloss.* III. 413. 52.

**PERPROCLĪVUS**, plus proclive. *Gloss.* V. 510. 12.

**PERSĪPĪENS**, πάνυ φρόνιμος. *Gloss.* II. 148. 8. (perspiciens *e*).

**PERSŎLENTER**, assidue. *Gloss. Scalig.* V. 608. 26.

**PERSŌNĀRIUS**, προσωποποιός. *Gloss.* III. 309. 19.

**PERSORDĪDUS**, a, um, adject. valde sordidus. *Ambrosiast. Epist. ad Rom.* 1. 27. « Idololatria... persordida passio est ».

**PERSPEX**, icis, adject. (perspicio), fort. i. q. perspicax. *Gloss.* V. 663. 38. perspex animus.

**PERSTRICTĒ**, adv. (perstrictus) breviter et concise. *Augustin. Ep.* 221. 3.

**PERTRĀDO**, μεταδίδωμι. *Gloss.* II. 368. 55.

**PĔRUNDO**, καταποντίζω. *Gloss.* II. 343. 9.

**PERVĀGĀTĪO**, onis, f. 3., actus pervagandi, evagatio. *Cassian.* 6. *Instit.* 1. « Instabiles cordis pervagationes coërcens ac revocans », et *Coll.* 14. 11. cogitationum pervagatio.

**PERVENTO**, παραγίνομαι. *Gloss.* III. 156. 24.

**PERVĪGĪLIS**, e, adject., i. q. pervigil. *Apul Met.* 11. 26. « Quietem meam rursus interpellat numini(s) benefici cura pervigilis ».

**PESTĪNUNTIUM**, qui pestem nuntiat. *Gloss.* V. 320. 21. et al.

**PĔTĀLUS**, i. q. petalum in *Gloss.* IV. 142. 21.

**PĔTŬLUS**, a, um, adject. (peto), i. q. petulans. *Gloss.* IV. 142. 22. petulum, lascivum ; IV. 151. 7. et *al.* petulæ, petulantes hilares ; V. 555. 45. meretrices.

**PHĀLANGA**, æ, f. 1., idem ac phalanx. *Greg. Tur.* 1. *Hist. Fr.* 43. « Nocte media omnis Pictava somno phalanga comprimitur » ; et 2. 2. « Ne pereant quæso populi utriusque phalangæ ».

**PHASCŌLĪUM**, ii, n. 2. (φασκώλιον), sacculus pelliceus idem ac pasceolus. V. *Lexic.* **PHASCOLA**, corrigendum *Phascolia* (*Paul.* ex *Fest.* 223. 6. *L*).

**PHĪLŎSŎPHO**, as, are, n. 1., idem ac philosophor, philosophorum more disputo. *Virgil. gramm.* p. 126. 17. *H.* « Quorum (*Tuscorum*) natura fertur... nihil aliud amare quam semper philosophare ».

**PHĪLOXĔNĪA**, æ, f. 1., amor donorum. *Gloss.* ap. *Loewe Prodr. Glossar.* p. 161. — Græce φιλοξενία proprie est liberalitas in hospites, sicut φιλόξενος est liberalis in hospites.

**PHŒALGĪCI**, orum, m. plur. 2., leg. apud *Th. Prisc.* 21. *fol.* 308. (a) ; quid vero vox significet, non liquet, nisi quod ἀλγικός (?), ab ἄλγος, dolor, eos subindicat, qui dolore v. morbo aliquo afficiuntur in ignota corporis parte. Videant eruditi.

**PHȲSĬŎGNOMĪA**, æ, f. 1. (φυσιογνωμία), peritia cognoscendi naturas sive de natura judicandi. Habet *Ps. Apul. Physiogn.* 105. *Rose* « Primo igitur constituendum est quid physiognomia profiteatur ».

**PĪATRIX**, tricis, f. 3. (pio). V. voc. in *Lexico.* — Apud *Plaut. Mil.* 695. legend. nunc " plicatricem ", non " piatricem ". (p. 172. *Goetz-Schoell*).

**PĪCĀTĪO**, onis, f. 3. (pico), actus picandi seu pice liniendi ut *vasorum picatio* ap. *Donat. Ter. Eun.* 4. 5. 6.

PICTĀCIŎLUM, i, n. 2. (*dem.* a pictacium v. pittacium), parva schedula *Hieronym.* in *Matth.* 23. 6. « Pictatiola illa Decalogi phylacteria vocabant ». Cf. fem. *pittaciola*, membranula. *Gloss.* V. 416. 44.; et *pittaciuncula*, membrana *Gloss. Scalig.* V. 608. 62.

PICTĬŌNES, um, m. plur. (pingo), qui vincunt in picturarum certamine. *Gloss.* IV. 143. 18. et *al.*

PIĔTĀTĬCULTRIX, tricis, f. 3. (pietas *et* colo), quæ pietatem colit. *Publil. Syr. Com. frg.* p. 369. 6. *R.*[3] (Cf. *Petr. Sat.* 55. 6.). « Ciconia etiam grata, peregrina, hospita, pietaticultrix gracilipes, crotalistria avis ». Ita porro appellatur, quia ciconiæ, ut ait *Plin.* 10. *N. H.* 23. 32., « genetricum senectam invicem educant ».

PIGELLA, θερμοφύλαξ. *Gloss.* III. 75. 46.; 146. 15.; χαλκίον III. 203. 54.: artopta, genus vasis *Scalig.* V. 607. 14. Cf. etiam II. 150. 36.: *pigra* κρυφιπυρίς.

PIGRA. V. supra PIGELLA.

PIGRITER, ὀκνηρῶς. *Gloss.* III. 219. 55. et 654. 12.

PILAX, murilegus, cat(t)us. *Gloss. Scal.* V. 607. 34. Ita emendanda eadem glossa in *Lexico* ad voc. MURILEGUS.

PINGOR, παχύνομαι. *Gloss.* III. 155. 20. et 21.

PINSĀTĬO, ōnis, f. 3. actus pinsendi. V. *Lexic.* — Sed *Vitr.* 7. 1. 3. *Krohn* leg. *pistatio*.

PĪPĬUNCŬLUS, accipiter, acceptor. *Gloss.* IV. 377. 18.; V. 607. 2. et 630. 40.

PĪRĀTUS, sceleratus. *Gloss.* V. 385. 39.; sceleratus, purgalis, piabilis V. 321. 4.

PISCĬUNCŬLUS, i, m. 2., nom. demin. a *piscis*, pisciculus. *Anthim.* 44.

PISSA, pix, pice. *Gloss.* V. 188. 26.

PISSĀGO, pix liquida. *Gloss. Scalig.* V. 606. 43.

PISTRILLA, æ, f. 1. (*demin.* a pistrinum), parvum pistrinum. *Ter. Adelph.* 584. « Apud ipsum lacum est pistrilla et ex advorsum fabrica ». *Prisc. gramm.* II. 115. 12.; *Dosith. gramm.* VII. 395. 14.; *Gloss.* V. 538. 41. « pistrilla pistrinum deminutive ». Adde form. *pristilla* in *Gloss.* V. 511. 1.

PĪTHĂNŎLŎGĬA, æ, f. 1. (πιθανολογία et πειθανολογία), sermo plausibilis sive oratio ad persuadendum apta, e πιθανός, persuasorius, et λόγος, sermo. *Interpr. Iren.* 2. *Hær.* 14. 8. « Hi autem paulatim mansueti dissuadentes per pithanologiam assumere prædictam emissionem, inferunt etc. ».

PITTĂCĬĀRĬUM, ii, n. 2. (pittacium), permissus scriptus aliquid faciendi, ut ex. c. putei fodiendi. *Lex metalli Vipasc.* in *C. I. L.* 5181.

PITTĂCĬŎLA et PITTACIUNCULA, V. supra *Pictaciunculum*.

PLĂCILLAT, placat. *Gloss.* V. 478. 59.

PLĀGĀRĬUS, ii, i. q. quæstionarius. *Gloss.* II. 591. 6. « quæstionarius, plagarius, flagellator, plagitor (plagator?) ».

PLĂGĬĀRĬA, æ, f. 1. (plagium), quæ homines surripit, animas vendit; translate vero, quæ illecebris seducit, ut Venus plagiaria. *C. I. L.* IV. 1410.

PLANCTĬO, κοπετός. *Gloss.* II. 495. 27.; 520. 1.; planctus II. 589. 54.

PLĂNĒTĬCA, æ, f. 1., genus vestis, quæ totum corpus involvit. *Cassian.* 1. *Instit.* 7. « Planeticarum atque birrorum pretia simul ambitionemque declinant (*monachi*) ».

PLANOPEDUM, κατώγεων III. 190. 66. et 269. 5.

PLĂSIS, is, f. 3. (πλάσις). — Decl. in acc. *plasin* et abl. *plasi*. — Est ornamentum, ut *plasis oratoria* ap. *Ps. Ascon. Cic.* II. *Verr.* 1. 58. p. 174. 14. *O. B.* « Oratoria plasi hanc sibi objecit quæstionem ».

PLASMA, æ, f. 1., idem quod plasma (ătis), sc. fictio, figmentum. *Commodian. Apol.* 311. « Descendit in tumulum Dominus, suæ plasmæ misertus ».

PLASTŎGRĂPHIS, falsis scriptis. *Gloss.* IV. 144. 31. et *al.*

PLAUDO, is, etc. V. voc. in *Lexico*. — Parag. infin. *plaudier* ap. *Plaut. Rud.* 1250. — Fut. *plaudebit* ap. *Vulg.* (Amiat.) *Eccli.* 12. 19.

PLAUSTELLUM, i, n. 2., demin. a *plaustrum*, vehiculum breve, *Gloss.* IV. 419. 39. et V. 478. 67. *Loewe Prodr. gloss.* p. 414.

PLAUSTRĪT, quod de plaustro sonat. *Gloss.* IV. 145. 2. et *al.* Cf. *Loewe Prodr. gloss.* 348.

PLĒBESCĔRE, plebem alloqui. *Gloss. Scalig.* V. 608. 66. Est etiam forma: plebescat, plebem alloquitur. *Gloss.* V. 384. 16.

PLEBISCITAT, plebem alloquitur. *Gloss.* IV. 144. 16. et *al.* — Form. dep. in *Gloss. Scalig.* V. 608. 67. plebisciltari, plebem imitari.

PLĔŎNEXĬA, æ, f. 1. (πλεονεξία) avaritia. *Gloss.* III, 415. 25.: « Pleonexia a plus habendo dicta ».

PLĒTHŌRĬCUS, a, um, adject. (πληθώρα), abundabilis, suco plenus. *Cass. Fel.* 38. « Si et plethoricum corpus habuerint ægrotantes, quod nos latino sermone abundabile dicimus ». *Ibid.* 41. Cf. *Gloss.* III. 604. 21. ubi pletorum.

PLETHRON, i, n. 2. (πλέθρον), superficies decem millium ped. quadr. *Jul. Frontin. de Limit.* in *Corp. Agrim. Rom.* I. p. 13. *Th.* « Primum agri modum fecerunt plerumque centenum pedum in utraque parte, quod Græci plethron appellant ».

PLŌRĀBUNDĒ, adv. (plorandus), valde flebiliter. *Porphyr. Hor. Epod.* 1. 17. 52.

PLOSTROR, āris, āri, 1. dep. (plostrum), plaustra v. currus facio = ἁμαξηλατῶ. *Dosith. gramm.* VII. 432. 6.

PLUITO. V. infra PLUVICINARE.

PLŪRĬMĒ, adv. (plurimus), idem ac plurimum. *Gromat. vet.* 365. 25. « Ex tertia hora ipsum stagnum finalem constituimus et quam plurime contra tertiam horam ».

PLURĬMUM, adv. pro *ut plurimum*, ital. *per lo più*. Ap. *Tertull. c. Marc.* 1. 24. « Ex recordatione plurimum delicti etc. ». Item *Ter. Phorm.* 194. « domum ire pergam, ibi plurimumst ».

PLŬVĬĀLĬTER, adv. ad modum pluviæ. *Isid. Ord. creat.* 7. 5. « Pluvialiter imbres ad terram delapsi cadunt ».

PLŬVĬCĬNĀRE, pluitare, sæpe pluere. *Gloss. Scalig.* V. 608. 68. Cf. ital. *piovigginare*.

PŎA, genus herbæ ubi vestimenta lavantur. *Gloss.* IV. 278. 18.

PŌCŬLĀTOR, propinator. *Gloss.* II. 593. 64.

PŌDĬUS, ii, m. 2., idem ac podium. *Chronogr.* ed. *Momms.* p. 684. 25.

PŒNĪCENTAUR(I)US, avis quæ quasi purpureas pinnas (*vel* pennas) habet. — *Gloss.* IV. 145. 28.; 554. 18.; 284. 19. Fort. i. q. *Phœnicopterus*.

POLLUCTARE, consecrare. *Gloss.* IV. 147. 11. et *al.*

PŎLUM, i, n. 2., i. q. polus. *Gloss.* passim.

PŎLŸLŎGUS, multilocus, idest verbosus vel vaniloquus. *Gloss. Plac.* V. 93. 21. et 135. 3.

PŌMĀTĬUM, ii, n. 2., mollis et liquidus cibus ex pomis. *Gloss. Scalig.* V. 606. 39.

PŌMĒTĀRĬUS, ὀπωροπώλης. *Gloss.* III. 371. 37. sc. pomorum venditor.

POMPŬLENTUS, pompa plenus. *Gloss.* IV. 146. 14. et *al.*

PŌMUM, i, n. 2. V. voc. in *Lexico*. — Translate. *Tertull. de Cultu fem.* 1. 6. « ad hoc enim conchas noverim maris poma ». Ita appellat conchas, quod non ad fastum sed ad saporem et escam sint ordinatæ.

PONDĔRĀTŌRĬUM, ζυγοστάσιον. *Gloss.* III. 196. 32. et 267. 58.

PONTĀRĬUS, ii. V. *Lexico*. — Alio sensu, a *ponte* deriv. in *Gloss.* III. 173. 24. Pontarius γεφυροβάτης.

PŎPŬLUS, i, m. 2. V. voc. in *Lexico*. — *Carm. Sal.* ap. *Fest.* 205. 24. plur. *poploe*. Cf. *Osann Cic. Rep.* 2. 53. p. 217.

PORCĪNĀRĬUM, ii, n. 2. (porcus); 1.° ut in Lexico, locus, ubi pascunt v. commorantur porci, *porcile*. Occurrit in *Gloss.* II. 463. 2. Ὑοφορβεῖον, porcinarium; 2° Locus ubi porci mactantur. *Gloss.* III. 196. 37. et 267. 62. χοιροκτονεῖον, porcinarium.

PORCŬLA, mensura, pertica. *Gloss.* V. 576. 39. Cf. *Colum.* 5. 1. 5.

PORRĬGĬBĬLIS, e, adject. (porrigo), qui porrigi potest. *Chalcid. Tim.* 44. *E.* « Addita est crurum quoque et brachiorum porrigibilis et flexuosa substantia ».

PORTENTĬLŎQUĬUM, ii, n. 2. (portentum *et* loquor), sermo de re portentosa. *Interpr. Iren.* 2. *Hær.* 16. 4. et 3. 4. 2.

PORRO, adv. etiam certe. *Gloss.* ap. *Loewe, Prodr. gloss.* p. 176.

PORTENTŬŌSE, monstruose, exempli causa cum sex digitis nati. *Gloss.* V. 411. 38.

PORTĬO, ōnis, f. 3., par v. similis translate videtur ap. *Tertull. Apol.* 5. « Tentaverat et Domitianus portio Neronis de crudelitate ». Sic alibi *edicti portio* pro simili edicto.

POSCĀRĬUS, ὀξυκραματοπώλης. *Gloss.* III. 308. 67 sc. poscæ venditor.

POSTĬGĔNA, æ, m. 1., i. q. postumus. *Gloss.* II. 589. 59. posthumus postigena.

PŌTĀMENTUM, i, n. 2., potio. *Isid. Ord. creat.* 9. 1. « Sitientibus potamenti solatia exhibere ».

PŎTENTO, as, āre, n. 1., potentia opprimo. *Vulg. interpr. Ital. Jerem.* 7. 6. et 22. 3. ap. *Lucif. Caral.* 2. pro *s. Athan.* p. 146. 21. *H.* « Proselytum, pauperem et viduam non potentabilis ».

PŎVER, ĕri, m. 2. = puer. *Anthol. epigr. spec.* 1. ed. *Buech.* n. 11. p. 7.

PRÆAPTO, as, āvi, ātum, āre, 1. a. (præ *et* apto), ante apto, *predisporre, apparecchiare*. *Interpr. Iren.* 4. *Hær.* 20. 8. « Spiritus Dei per prophetas futura significavit præformans et præaptans ad id, ut subditi Deo simus ». *Id. ibid.* 23. 2. « Non multum laboravit circa eum Philippus, quoniam erat in timore Dei præaptatus a prophetis ».

PRÆBEO, es, etc. V. voc. in *Lexico*. — Parag. infin. *præberier* ap. *Plaut. Pœn.* 177. et 657. *Plaut. Amph.* 1027.

PRÆCESSANT, sæpe præcedunt. *Gloss.* IV. 269. 17.

PRÆCŌNO, as, āre, a. 1. nuntio, laudo, *Gloss.* II. 349. 20. etc. præcono, κηρύσσω; *Gloss.* V. 135. 26. præconare, laudare.

PRÆDĪCO, as, āvi, ātum, āre, a. 1. V. *Lexic.* Alio sensu: prædicatione doceo. *Luculent. comm. ad Phil.* p. 843.[B] « Hos prædicavit apostolus Paulus » *h. e.* doctrina imbuit.

PRÆDUCTILE, instrumentum infantium. *Gloss.* 323. 13. et 14.

PRÆDŪRO, as, āvi, ātum, āre, 1., etiam intransitivorum more usurpatur, ut ap. *Ps. Cyprian. de Laud. martyr.* 3. « prædurantibus... costis ».

PRÆFASCINUS, πάνυ βάσκανος. *Gloss.* II. 393. 55.

PRÆFLŌRĔO, es, florui, ēre, 2. etiam translate adhibetur. *Hieronym.* in *Ps.* 29.

PRÆJŪVO, as, jūvi, āre, a. 1., ante juvo; sed locus, qui unicus affertur ex Tacito, aliter legendus videtur. Non igitur est *præjuvisse* sed *parce juvisse*, ut legunt *Halm* et *Heräus*.

PRÆLŬVĬUM, pelagus. *Gloss.* IV. 459. 41. et *Scalig.* V. 607. 67. sc. aquarum abundantia. Cf. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Aen.* 246.

PRÆMĔMŎRĀTUS, a, um, partic. ab inusit. *præmemoro*, antea memoratus. *Greg. M.* 9. *Epist.* 7. « Respondit præmemoratam abbatissam indui se monachica veste noluisse ».

PRÆMĬĀTOR, ōris, m. 3. (præmior), idem est etiam ac remunerator, ut ap. *Ambros.* in *Ps.* 36. 57. — Alio sensu V. *Lexic.*

PRÆMŎDĬCUS, valde modicus. *Gloss.* IV. 156. 24.; V. 322. 63.

PRÆNASCOR, ĕris, asci, 3. dep. ante nascor. — Usurpatur etiam translate. *Chalcid. Tim.* 143. « Iuxta Platonem prænascitur providentia ».

PRÆNĬMĬUM, adv. idem ac prænimis, ut « prænimium opulentæ divitiæ » ap. *Charis. gramm.* I. 235. 12.

PRÆNŌMĬNĀTĪVUS, a, um, adject. (prænomino), ad prænomen pertinens. *Consent. gramm.* V. 339. 13. « Publius Cornelius Scipio Africanus. Est ergo nomen proprium prænominativum, ut Publius etc. ».

PRÆŎLO, is, ere, n. 3., i. q. præoleo. *Plaut. Mil.* 41. « Curamque adhibere, ut præolat mihi quod tu velis ».

PRÆPOLLENS, entis, adject. (præpolleo), cujus

superl. *præpollentissimus* usurpat *Augustin. Ep.* 137. 15. Cetera V. in *Lexico*.

**PRÆPONDĔRĀTĬO**, onis, f. 3. (præpondero), actus præponderandi. *Chalcid. Tim.* 352. « Nec quisquam in ea esset æquale, quod jactationem præponderationemque corporum coërceret ». — V. etiam *Lexic*.

**PRÆRŎGĀTĬO**, onis, f. 3. (prærogo). ¶ 1. Est prærogativa. *Senec. Contr.* 1. 2. 19. « Habemus quandam prærogationem sacerdoti ab ipso numine datam ». ¶ 2. Est etiam distributio. — 1.° Proprie. *Fulg.* 1. *Myth.* 2. « Saturnus per annonæ prærogationem ad se populos attrahens, a saturando Saturnus dictus est ». *Maxim. Taurin. Hom.* 1. « Prærogatio copiosa (*eleemosynarum*) non desit ». — 2.° Translate. *Augustin. Enarr.* in *Ps.* 93. 7. « (*Deus*) veniet et judicabit... ingratos prærogationi misericordiæ suæ ».

**PRÆSĀGAX**, ācis, adject., valde v. magis sagax. *Anonym. Bern. gramm. suppl.* 74. 24. « sagio sagax, unde præsagio præsagax ».

**PRÆSCINDO**, is, scĭdi, ĕre, a. 3., (præ *et* scindo), ante scindo, divido. V. *Lexic.* Adde. *Vulg.* 1. *Reg.* 24. 12. « Cum præscinderem summitatem clamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te » *et* 2. *ibid.* 10. 4. « Et præscidit vestes eorum medias » *et* 2. *Mach.* 7. 4. « Iussit (*Antiochus*) summas quoque manus et pedes ei præscindi ». — Apud *Vitr.* 5. 6. 5. nunc legendum est " præcidantur ".

**PRÆSIGNIS**, e, adject., iam designatus ad aliquam dignitatem. *Gloss. Placid.* V. 94. 20. — Alia in *Lexico*.

**PRÆSCRIPTĬUNCŬLA**, æ, f. 1., nom. demin. a *præscriptio*, parva præscriptio. *Cassian.* 7. *Incarn. Chr.* 5. « Et tu nativitati terrenarum opinionum præscriptiunculas objicis ».

**PRÆSECTĬO**, ἀποτομή *Gloss.* II. 241. 48.; ἀποτμῆσις II. 241. 47.; ἀποκοπή III. 460. 67.; præcisio membrorum. *Gloss. Werth. Gallée* 363.

**PRÆSENTĬĀLĬTER**, adv. (præsens), per se non per alium, in præsentia. *Acro Horat.* 1. *Epist.* 1. « Mæcenas multa commoda contulerat Horatio, per quæ eum præsentialiter rogabat ». Adde *Venant. vit. s. Amantii* 9. « Venit... quasi innocentiam suam præsentialiter præmonstraturus » et *s. Leobini* 5. præsentialiter pandere.

**PRÆSPĬCĀBĬLIS**, conspicabilis. *Gloss.* V. 475. 12.

**PRÆSTOLĀTOR**, expectans observans. *Gloss.* IV. 379. 41.

**PRÆSTRĔPO**, is, ĕre, n. 3., valde strepo. *Gloss.* IV. 479. « præstrepit strepitum facit ».

**PRÆSTRĪGĬÆ**, arum, f. plur. 1. (præstringo), i. q. præstigiæ. Occurrit ap. *Cæcil. Com.* 209. p. 80. *R.*³ « præstrigias præstrinxit ». *Cic.* 3. *Nat. D.* 73. ed. *Müller*; et ap. *Front.* ad *M. Cæs.* 1. 5. p. 13. 1. *N.* in cod.

**PRÆSTRĪGĬĀTOR**, ōris, m. 3. et

**PRÆSTRĪGĬĀTRIX**, tricis, f. 3. (præstringo), i. q. præstigiator et præstigiatrix. *Plaut. Aul.* 630. « Ego... te, præstrigiator... accipiam »; et *Poen.* 1125. « præstrigiator hic quidem Poenus probust »; et *Truc.* 134. « Mala 's præstrigiatrix » (quem loc. corrig. in *Lexic.*).

**PRÆSUMMUS**, a, um, omnino v. plane summus. *Oros. Apol.* 32. 9. p. 662. 2. *Zangemeister*.

**PRÆSUMPTĪVUS**, et præsumtivus, a, um, adject. In *Lexico* errore occurrit post voc. *præsumptuose*. Adde etiam: — Translate, antea sumptus. *Gild.* 2. *Excid. Britann.* 7. 2. « præsumptivæ nuptiæ ».

**PRÆTERLŬO**, is, ĕre, n. 3., juxta fluo. *Gloss.* III. 433. 26. præterluit παραρέει et IV. 154. 28. et V. 136. 20.: juxta fluit. — Part. præs. V. in *Lexico*.

**PRÆTŌRĬĀNUS**, a, um, adject. V. voc. in *Lexico*. — Apud *Ulp. regul.* 11. 24. nunc legend. *prætorius* tutor.

**PRANDEUM**, v. *brandeum*, genus zonarum. *Gloss. Scalig.* V. 606. 47. Cf. *Loewe Prodr. Gloss.* 27.

**PRANSRIX**, ricis, f. 3. (prandeo), quæ prandet. Fingitur a *Prisc. Partit.* XII. *vers. Aen. gramm.* III. 463. 15-16. « Nemo dicit pransrix, cursrix, tonsrix, propter asperitatem pronuntiationis ».

**PRĀTŪRA**, æ, f. 1. (πρᾶτος), venditio. *Arcad. Dig.* 50. 4. 18. 19. *M. Kr.* (Vulg. **OSPRATURA**, quam voc. V. in *Lexico*).

**PRĀVO**, as, āre, a. 1., pravum facio. *Gloss.* II. 438. 55. Στρεβλῶ, pravo.

**PREHENSĬO**, ōnis, f. 3. V. voc. in *Lexico*. — Apud *Cæs.* 2. *B. C.* 9. 6. nunc legend. *pressionibus*, non *prensionibus*.

**PRELLA**, æ, f. 1. (premo), qui imprimit v. excudit. Gr. πιαστήρ. *Auct. de idiom. gen. gramm.* IV. 577. 61.

**PRESBȲTĔRA**, æ, f. 1. (presbyter), uxor presbyteri quam habuit ante ordinationem (*Gloss.* V. 523. 35. et 411. 47). *Greg. M.* 4. *Dial.* 11. « Qui ex tempore ordinationis acceptæ presbyteram suam... ad se propius accedere nunquam sinebat ».

**PREX**, nomin. sing. *Serv. ad Virg.* 1. *Aen.* 587. et *Gloss.* II. 331. 49., invitis *Charis. gramm.* I. 93. 17. et *Prisc. gramm.* II. 371. 19. — Dat. *preci* etiam *Ter. Phorm.* 547.

**PRĪDĬĀRĬUS**, hesternus. *Gloss.* II. 590. 11.

**PRĪMĬGĔNES**, is, 3. = πρωτογενής, adject. hybridum, protogenes, primogenitus. *Ambros. de Noe et arca* 29. 107. « Ergo sicut ille primigenes (*Adam*) magister ferrum videtur operatus, ita etiam egressus ex arca Noe seminationis et culturæ auctor factus est ».

**PRĪMĬTĬÆ**, arum, f. pl. 1., habet etiam sing. *primitia* in *Itala Num.* 18. 12. et ap. *Commod. Instr.* 1. 11. 18. « A primitia quoque pecora pavisse refertur ».

**PRĪMŌCRĔĀTUS**, a, um, (primus *et* creo), qui primus creatus est. *Ambros. de Fide* 1. 7. 48. « Primogenitus, non primocreatus ».

**PRĪMOR**, ōris, prior. *Gloss.* IV. 273. 5. et V. 576. 5.; primiores, primarii vel electi IV. 151. 41. et V. 475. 42. — V. in *Lexic.* **PRIMORIS**.

**PRŎASTĬO** et **PROASTIA**, suburbana. *Gloss.* V. 576. 40. et 525. 4.

**PRŌBER**, ra, rum, adject., antiq. = probrosus. — *a)* De inanimatis. *Gell.* 1. 5. 2. « Compellationes probræ ». — *b)* De animatis. *Gell.* 9. 2. 9. « Animalia spurca atque probra ». *Plaut. Most.* 407. « Pluma haud interest, patronus an cliens probrior (*al.* proprior) siet ». Hinc subst. n. probrum. — V. etiam *Lexic*.

**PROCAS**, æ, m. 1., qui post mortem patris nascitur. *Gloss.* ap. *Loewe*, *Prodr. gloss.* p. 177., *coll.* 395., ubi conjecturam suam satis probabilem affert ad hanc glossam recte intelligendam.

**PRŌCHĪRUM**, sporta manuensis. *Gloss.* V. 576. 49.

**PROCINGO**, προζώννυω. *Gloss.* II. 417. 45. προσζώννυω II. 421. 19.

**PROCĪTER**, velociter, celeriter. *Gloss.* V. 475. 59. et 511. 6.

**PROCONSULARĬTAS**, proconsulatus ἀνθυπάτεια *Gloss.* II. 227. 49.

**PRŌCRĔĀTĬO**, ōnis, f. 3. (procreo), generatio. — 1.° Proprie. V. *Lexicon*. — 2.° Meton. qui producitur. — *a)* *Augustin. serm.* 4. *Mai.* « Ut procreationes suas non perdat terra ». — *b)* Item fructus ventris. *Vitr.* 2. 9. 1.

**PRŌDE**, decurt. prod. = pro (*Charis. gramm.* I. 236. 29.); cum verb. « prode est, prode esse » in *Itala Bib.* (V. *Rönsch*, *Ital.* p. 468.): « prode erit ». *Gromat. vet.* 36. 34. (sed *Gaj Inst.* 2. 141. *Studemund* leg. " prodest " contr. *Lachmann*); — Compar. *prodius. Non.* 67. 10. *sqq. L.* « Prodius dictum interius, longius, a prodeundo, quasi porro eundo. Varro Vergula divina: Primum venit in urbem atque intra muros; deinde accedit prodius et introit domum ».

**PRŌDĪTŌRĬUS**, a, um, adject. (prodo), ad proditionem pertinens, ut *proditorius gladius* ap. *Augustin. Serm.* 161. 3. *Mai*.

**PRŌDĬUS**, adv. V. **PRODE**.

**PROFLUXĬO**, onis, f. 3., (profluo) actio extra fluendi. *Augustin.* in *Ps.* 109. 20. « Quid est torrens? profluxio mortalitatis humanæ ».

**PRŎFUNDO**, is, etc., habet primam brevem, ut ap. *Lucret.*, *Virg.*, *Ovid.*, *Sil. It.* etc.; sed longam ap. *Catull.* 64. 202.

**PRŎGASTOR**, ventrosus. *Gloss.* V. 511. 9.; 525. 28. 576. 41.

**PRŎGENĬES**, ei, f. 5. V. voc. in *Lexico*. — Habet plur. *progeniebus* in *Itala Act. Ap.* 15. 21. (*Cant.*).

**PRŎIMPENDO**, προδαπανῶ. *Gloss.* II. 417. 3.

**PRŌLĀTĀTIM**, adv. (prolate), cum mora, morando, ap. *Diomed. gramm.* I. 407. 6. inter adverbia in *-im* desinentia.

**PROLŎQUĬUM**, ĭi, n. 2. (proloquor), v. *Lexic.* Alio sensu: prologus, præfatio. *Donat. Ter. Eun.* 3. 4. 1. « " Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræo ". In hoc proloquio insinuatio personæ ejus est etc. ».

**PROLŎQUOR**, ĕris etc., habet etiam particip. passivo sensu usurpatum ap. *Hieronym. Chron.* 2.; et etiam ap. *Varr.* 6. *L. L.* 56. (*Goetz-Schoell*), ubi tamen est lectio incerta.

**PRŌMA**, æ, f. 1. (promo), promptuarium v. ærarium, ταμεῖον. *Tertull. c. Marc.* 2. 10. « De multitudine negotiationis tuæ promas tuas replesti ». Adde *Gloss.* II. 451. 22. et *Werth. Gallée* 362. Cf. in *Lexic.* **PROMUS**.

**PRŌMĔDĬTĀRE**, prospicere. *Gloss.* V. 476. 32.

**PRŌMENTĀRĬUM**, ταμεῖον. *Gloss.* III. 313. 48.

**PRŌMENTĀRĬUS**, ταμιοῦχος. *Gloss.* III. 305. 11.

**PRŌMĔTĪTOR**, ōris, m. 3., idem ac metator. *Schol.* ad *Lucan.* 1. 382. *Web.* « " Metator ": castrorum positor vel prometitor ».

**PRŌMISTHŌTA**, æ, m. 1., locator scænicorum. *C. I. L.* III. 6113. (5208. *Dessau*) « T. Uttidienus Venerianus alchim. Latinus et oficialis (*sic*) an. XXXVII., promisthota an. XVIII. etc. ».

**PRŌMŪRĬUM**, spatium quod circa muros est. *Gloss.* IV. 150. 30. *coll.* V. 476. 42. et 511. 22. Cf. in *Lexic.* **POMERIUM**.

**PRŌPĔMŎDŌ**, adv. V. in *Lexico* **PROPEMODUM**, ubi ad loc. *Liv.* 24. 20. nunc legend. *prope mœnibus*, et non *propemodo*.

**PRŌPHĒTĀTĬO**, ōnis, f. 3. (propheto), actus prophetandi, prophetia, *Vulg. interpr. Itala* 1. *Thess.* 5. 20. « Prophetationes nolite spernere ». *Vulg.* habet *prophetias*. Adde *Interpr. Iren.* 4. *Hær.* 22. 2. et 33. 10. et *Augustin.* 10. *Civ. D.* 32. et 17. 24.

**PRŌPŌLĀRĬUS**, est publicus negotiator. *Gloss.* V. 622. 17.; negotiator V. 511. 32. et 576. 56. Cf. *propola*.

**PRŌPOSTĔRUS**, a, um, adject., idem ac præposterus. *C. I. L.* IX. 3058.

**PRŌPŪDĬŌSE**, turpiter. *Gloss.* IV. 549. 26.; 556. 51.; V. 476. 56.

**PRŌSĀTĬCUS**, a, um, adject. ad prosam pertinens, ital. *prosastico*, ap. *Virgil. gramm.* 148. 22. *H.* « Simplicibus ac prosaticis exordium sumpsit hæc scribendi consuetudo ».

**PROSCULTARE**, explorare. *Gloss.* V. 476. 63. et 511. 38. proscultati prospecti V. 476. 64.

**PRŌSĔCO**, as, ecui, ectum, āre, a. 1. V. voc. in *Lexico*. — Partic. *prosecatus* (non *prosectus*, habet *Paul.* ex *Fest.* 252. 11. *L.* « Prosicium, quod prosecatum proicitur ».

**PRŌSĔLĒNUS**, i, m. 2. (πρό = ante, σελήνη, luna) ante lunam natus (*Gloss.* V. 556. 28.) *Serv.* ad *Virg.* 2. *Georg.* 342. « Qui (*Arcadæ*) se proselenos esse adserunt, id est ante lunam natos ».

**PRŌSŌPŌLEPSIA**, personarum acceptio. *Gloss.* III. 502. 73.

**PROSTĪBŬLATRIX**, meretrix quæ prostat. *Gloss.* V. 511. 42 *coll.* IV. 381. 52.

**PRŌTENSE**, extense expanse. *Gloss.* IV. 460. 17.

**PRŌTEXĔRE**, cooperire. *Gloss.* IV. 549. 39.; 557. 8.; V. 476. 7.

**PRŌTŪTO**, προασφαλίζομαι. *Gloss.* II. 416. 18.

**PRŌVECTĬO**, onis, f. 3. (proveho), actus provehendi, promotio (*Lact.* 5. 11. 8. etc.) ut est in *Lexico*; sed etiam progressio, ut ap. *Chalcid. Tim.* 74. « Quasi ad contrarium iter prioris itineris provectio ».

**PSONTHONPHĀNĬCUS**, occultorum inventor. *Gloss.* V. 576. 60.

**PSȲCHŌGŌNĬA**, æ, f. 1. (ψυχογονία), origo animæ. *Chalcid. Tim.* 208. « Admonens eorum, quæ in psychogonia docuerat etc. ». *Ibid.* 95. « Tenemus memoriæ primam psychogoniæ descriptionem ».

**PŪBOR**, παιδεύομαι. *Dosith. gramm.* VII. 432. 7. Cf. infra PUPIOR.

**PŪDĪBUNDĒ**, pudenter. *Gloss.* V. 383. 7.

**PŪDĪCUNDUS**, verecundus. *Gloss.* V. 477. 17. et 511. 50.

**PŪĔRĪTIOLÆ**, fœderis portitores. *Gloss.* V. 477. 28. et al.

**PŪGĬLĀTĬO**, ōnis, f. 3. (pugilor). — Scribitur etiam *pugillatio* duplici *l* (Cf. *Cic.* 2. *Legg.* 38). — Est actus pugilandi. *Fulg. contin. Virg.* p. 95. *Helm.* « Nam vide quia et pugillationem exercent, id est: virtutis artem Entellus et Dares peragunt ». — Ap. *Cic. loc. cit.* nunc pro *pugillatione* legend. *pugillatu*.

**PŪGILLĀRE**, is, n. 3., idem ac pugillar. *Itala Luc.* 1. 63., ubi *Vulg.* habet *pugillaris* (subst.).

**PŪGILLĀRĬUS**, pugillarum opifex. *Gloss.* II. 590. 42.

**PŪGILLĀTĬO**, ōnis, f. 3. ¶ 1. Est idem ac pugilatio. ¶ 2. Est etiam missio pugillarium (*spedizione postale*) per regium procuratorem. *C. I. L.* XIV. 2045.

**PULLĀMEN**, inis, n. 3. (pullo), pullus. *Schol. Bern. Virg. Georg.* 1. 369. « Tertio die pullamina excluduntur » (it. *pollame*).

**PULPA**, æ, f. 1. loligo, (fr. *poulpe*; it. *pesce calamaio*). *Th. Prisc.* 4. 2.

**PULSĀTUS**, us, m. 4. (pulso), idem ac pulsatio. *Aegrit. Perdic.* 169. (*Bährens, Poët. Lat. Min.* V. p. 120. et *Anthol. Lat.* II. p. 292. « Improbiter digitos quatiens pulsatibus urguet ».

**PŪNĪCĀVIT**, erubuit. *Gloss.* IV. 153. 7. — Part. PUNICANS. V. in *Lexico*.

**PŪNĬO** (pœnio), is, ivi v. ĭi, itum, ire, 4. a.; depon. punior (pœnior). V. voc. in *Lexico*. — Syncop. imperf. *pœnibat* ap. *Lucret.* 6. 1238.; fut. passiv. *pœnibitu(r) C. I. L.* VI. 18758.

**PŪPĬOR**, παιδεύομαι. *Gloss.* II. 165. 21. Cf. supra PUBOR.

**PUPPUP**, interjectio deridentis. *Gloss.* ap. *Lœwe, Prodr. gloss.* p. 160.

**PUPUPI**, est interjectio dolentis. *Gloss.* V. 622. 26.

**PŪTĔAL**, ālis, n. 3. V. *Lexicon*. — Adde sensu speciali: 1.° in *Gloss.* V. 585. 19. et 607. 12. « sedes prætoris » 2.° *ibid.* 624. 36. « Trepalio vel puteal est locus in quo rei verberabantur ».

# Q

**QUĀDRANGŬLIS**, e, adject. i. q., quadrangulus. *Cæl. Aur. de signif. diæt. pass.* 115.

**QUĀDRAS**, pro quadrans, litt. *n* extrita ante *s*. *Metrol. scriptt.* p. 87. 16. *Hultsch.* — Etiam *quadran*, indecl. depravata forma. *Gromat. vet.* 339. 28., *Metrol. scriptt.* p. 130. 15. *Hultsch, Hilarian. Expos. de pasch.* 9.

**QUĀDRĪCEPS**, cipitis, m. 3. (caput), qui quattuor capita habet. *Augustin. Regul. gramm.* V. 502. 40. et 43. « Anceps et biceps et triceps et quadrigeps... genetivum singularem... in *-tis* syllabam mittunt, non in *-pis*, ut... quadriceps quadricipitis ». Cf. BICEPSOS in *Lexic.*

**QUĀDRĪCŎLOR**, ōris, adject. (quattuor *et* color), qui est quattuor colorum. *Isid. de Nat. rer.* 31. 2. « Quadricolor (*arcus*) enim est et ex omnibus elementis in se rapit species ».

**QUĀDRĪFĀRĬĒ**, adv. (quadrifarius), idem ac quadrifariam. *Augustin. Serm.* 252. 10. « Et annus quadrifarie variatur, verno, æstate, autumno et hieme ».

**QUADRĪFONUS**, a, um, adject., quattuor sonos habens. *Virgil. gramm.* p. 15. 3. « Sunt qui adiciunt trifonos et quadrifonos versus »; *ibid.* 1. 17.: « Gergissus.... quadrifonis persæpe usus est versibus ».

**QUĀDRĪGUM**, i, n. 2., fort. i. q. quadrijugum. *Gloss.* II. 165. 55. « quadrigum τετράζυγον ».

**QUĀDRĪMŎDUS**, a, um, adject. (quattuor *et* modus), qui est quadruplicis modi. *Hilar. de Trinit.* 8. 29. « In præsenti sermone quadrimoda significatio intelligitur ». *Isid. de Differ.* 2. 154.

**QUADRĪPORTĪCUS**, a, um, adject. (quattuor *et* porticus) quattuor porticus habens. *Gloss.* V. 269. 7. « Atrium quadriporticum idest mesaulum ».

**QUĀDRŬPĔDĀRĬA**, ὑπὸ ζώων τετραπόδων ἀγωγή. *Gloss.* III. 461. 65. et 476. 1.

**QUANTŌTUS**, a, um, adject. *Virgil. gramm.* p. 48. 14. *H.* « Sunt et alia, quæ a quibusdam licet incongrua ratione introducta sunt, ut *quantotus*, *tantotus*, genetivus *quantotius*, *tantotius* et reliqua, quibus Fabianus poeta frequenter uti solebat, sicut in quodam versu eliganter posuit: « Quantotæ tuæ tonant carminibus Juliane uxores aptæ ».

**QUĀSILLĀRĬUS**, κοφινοποιός *Gloss.* III. 461. 74.

**QUĀTERGĔMĬNUS**, a, um, adject. idem ac quadrigeminus. *Augustin* 7. *Civ. D.* 24. Vis quatergemina; *Oros.* 2. *Hist.* 6. 10. quatergemina habitatio.

**QUĔO**, is, ivi et ii, itum, ire, n. 4. V. voc. in *Lexico*. — Syncop. perf. *quistis* ap. *Juvenc.* 2. 672.: *quissent* ap. *Auson. Epigr.* 139. 8.: *quisse* ap. *Lucret.* 5. 1420.: *queens* fingitur a *Prisc. de nom. et pronom. gramm.* III. 456. 22.: « excipitur *eo* et *queo*, quæ euphoniæ causa *iens* pro *eens* et *quiens* pro *queens* faciunt ».

**QUĔRĒLO**, as, āre, a. 1. queror. *Schol.* ad *Rhet. ad Her. præf.* (ap. *Suringar Hist. Scholiast.* 1. p. 219.). — Depon. *querelor Ps. Arnob.* in *Psalm.* 76. « de malis præsentibus quærelatur ». *Gloss.* IV. 383. 33. « querellatus, quæstus ». Part. præs. V. *Lexic.*

**QUĔRĪMŌNĬA**, æ, f. 1. (queror), accusatio. *Gloss.* V. 386. 17.

**QUĔRŬLA**, querella minor. *Gloss.* IV. 383. 36. et V. 545. 9. Fort i. q. querellula.

**QUĪLISMĂTA**, um, n. plur. 3., vibrationes vocum, in *Gloss.* ap. *Loewe, Prodr. Gloss.* p. 877.

**QUINCŬPLĬCITER**, (quincuplex) idem ac quintupliciter. *Itala Gen.* 43. 34., *Ambros. de Joseph.* 10. 59. *extr.*, *Augustin. Locut. de genes.* 1. 178.

**QUINCŬPLĬCO**, as, āre, a. 1., quinquies duplico. *Boëth. Inst. arithm.* 2. 44. p. 147. 8. *Fr.* V. in *Lexic.* QUINQUIPLICO.

**QUINDĒNĀRĬUS**, a, um, adject. (quindeni), ut *quindenarius numerus* (= quindecim) ap. *Ambros. Cant. cantic.* 3. 25. *extr.*

**QUINĪCI**, philosophi sunt, a canibus vitam ducentes. Ita *Gloss.* IV. 123. 25. et *al.* Sed aliter scribendum, sc. *cynici*. V. voc. in *Lexico*.

**QUINQUĔNĀRĬUS**, a, um, adject. ut *quinquenarius numerus* (= quinarius) ap. *Anonym. de Solemn.* 10. (in *Spicil. Solesm.* 1. p. 12. b).

**QUINQUĬPLEX**, pro quincuplex, ap. *Martial.* 14. 4. 2., *Vopisc. Prob.* 7, 4., *Flor.* 3. 2. Cf. *Gloss.* II. 401. 20. « quinqueplex (*sic*) πενταπλοῦς.

**QUŎTĪDĬĀNĀRĬUS**,, a, um, adject., i. q. quotidianus. *Pseud. Soran. Quæst. med.* 146. « Quotidianus typus (*corr.* typhus, sc. febris), quotidie necessario patitur ». Adde *Galen. lat. ad Glauc.* 1. 21. *Mai.*

**QUŎTUSCUMQUĔ**, quotacumque, quotumcumque, v. cotocumque etc. V. voc. in *Lexico*. — Apud *Ovid.* 13. *Her.* 60. *Ehwald* legit « quota quemque ».

FINITO DI STAMPARE IN BOLOGNA NEL SETTEMBRE 1965
PRESSO LA CASA EDITRICE ARNALDO FORNI

J. PERIN

# APPENDIX

AD

# LEXICON
# TOTIUS LATINITATIS

R - Z

# R

**RABBI**, indecl. n. (Hebr. *rabbi*, cum suffixo primæ pers. " magister meus ", universim magister, doctor a rad. *rabh* [רב], " multus, magnus "; Gr. ῥαββί). Est autem titulus illorum, qui arte aliqua vel doctrina præstabant, ortus circa tempora Christi ex Pharisæorum fastu. Scriptores Judaici docent *rabbi* esse plus quam *rab*, et *rabbon* v. *rabboni* plus quam *rabbi*. Porro apud veterem synagogam septem dumtaxat doctores hoc titulo *rabbon* decorabantur perinde ac septem sapientes Græciæ (V. *Drach*, *Harm. de la Synag.* etc. p. 146.). — Occurrit ap. *Vulg. Joh.* 1. 38. « Qui dixerunt ei: Rabbi (quod dicitur interpretatum magister) ». *Matth.* 23. 7. *de Pharisæis.* « Amant salutationes in foro et vocari ab hominibus rabbi ». *Evang. Nicod.* 1. « Rabbi Levi » *et mox* « Rabbi Addæ » etc. — Rabbi abs. inter varia Christi nomina refert *Silv.* in *carm.* (quod nonnulli Damaso tribuunt) in *Anth. Lat.* 689.ª 7. *R.* et *Eucher. Instr.* p. 146. 3. — Hinc Italorum *rabbino.*

**RABBĪTIS**, is, idem ac rabbi. *Evang. Nicod.* 2. 1. 5. « Tunc direxerunt ad eos Nicodemum et Joseph et tres viros rabbites Galilæos, qui viderant etc ». — Forma corrupta est in *Inscr.*, quæ ad puellam Judaicam pertinet in *Bull. dell' Istit. archeol.* a. 1867. p. 152. " Duo apostuli (*sic*) et duo rebbites " (*leg.* rabbites). V. *De-Vit* s. v.

**RABBON**. V. **RABBI**.

**RABBŌNĪ**, indeclin. m. (Syro-Chald. *rabbônî*, Gr. ῥαββονί et ῥαββουνί, vox composita ex *rabbon* et suffix. prim. pers., idem fere ac *rabbi*, h. e. magister meus, dominus meus. *Vulg. Marc.* 10. 51. « Cæcus autem dixit ei: Rabboni, ut videam »; et *Joh.* 20. 16. « Dicit ei Jesus: Maria! Conversa illa dicit ei: Rabboni (quod dicitur magister) ».

**RĂBĬDŌSUS**, a, um, adject. (rabidus), valde rabidus. *Lucif. Calar. pro S. Athan.* 1. p. 865. *M.* « Rapaces canes, rabidosi atque antichristi sæculi nostri ».

**RĂBO**, ōnis, m. 3., mensura. *Augustin. Epist.* 102. 23. « Modii et rabones, urnæ et amphoræ ». — Alio sensu. V. in *Lexico.*

**RĂCA**, indecl. Vox hebraica (רקא), stolidus (*testa vuota, imbecille*). *Vulg. Matth.* 5. 22. « Qui autem dixerit fratri suo: raca, reus erit concilio » *h. e.* synhedrio. Adde *Augustin. Doctr. Chr.* 2. 11. 16.

**RĂCĒMO**, as, āre, a. 1., (racemus) racemos carpo v. colligo. — Translate. *Itala Jer.* 6. 9. « Racemate, racemate, quasi in vinea, reliquias Israël ». (*Vulg.* usque ad racemum colligent).

**RĂDĬA**, æ, f. 1. πλήμνη. *Gloss.* II. 409. 47. et χοινικίς ἡ τοῦ τροχοῦ. *Gloss.* II. 473. 39.

**RĂDĬUM**, ii, n. 2., i. q. radius. *Gloss.* V. 576. 38. et 386. 37. virga philosophorum, et III. 21. 9. et *al.* κερκίς. Plur. radia κερκίδες III. 174. 4. et *al.*

**RĀMĀLIS**, e, adject., ad ramum pertinens, ut *pix ramalis* ap. *Isid.* 17. *Orig.* 7. 72. — *Ramale laureum* gestamen erat Apollinis, ut tradit *Capell.* 1. 7. et antiqua monumenta testantur (*Kopp* ad *l.*). — *Ramale*, subst. V. *Lexicon.*

**RĀPĀTUS**, a, um, adject. (rapa), γογγυλωτόν. *Gloss.* III. 218. 56. et *al.*

**RAPSO**, as, ātum, are, a. 1., idem ac rapto. *Auct. Bell. Afr.* 73. 3. *W.* rapsare; *Gell.* 2. 6. 5. *H.* rapsatur. *C. I. L.* VI. 1527. a. 15. rapsata.

**RAPTĀTĬO**, ōnis, f. 3. (rapto), actus raptandi. *Chalcid. Tim.* 81. « totius mundi raptatio » et 116. « Si remissior erit raptatio ».

**RAPTER**, σφῦρα μεγάλη τοῦ χαλκέως. *Gloss.* II. 539. 20. et 551. 43.

**RĂTĀBUNDE**, adv. (reor), rationaliter. *Virg. gramm.* 156. 2. « Ita historica expositio, si recte ac ratabunde fuerit perordita, nullius reprehensionis locum ulterius habebit ».

**RĂTĬŌCĬNĀLE**, λογικός *Gloss.* II. 169. 9. — Ratiocinalia λογικά II. 169. 12.

**RĂTĬONĀTĪVUS**, a, um, adject. (ratio), ut *conjunctiones rationativæ*, h. e. ad causam pertinentes, it. *causali*, ap. *Asper gramm.* V. 553. 21. Fort. i. q. *ratiocinativus* quam voc. V. in *Lexico.*

**RĂTO**, as, avi, atum, are 1., (ratus) putare. *Virg. gramm.* p. 49. 20. « Et hoc omnes ratavere, quod nihil ad testimoniorum compositionem faciendam utilius et competentius esse quam ut verbi integra expositio digne dignosceretur ».

**RATUS**, a, um. V. voc. in *Lexico.* — Hinc locutio *rato fieri* ap. *Tertull. de Anim.* 35. « Nulli enim vitam istam rato fieri, nisi universis, quæ arguunt eam, expunctis » *i. e.* nullam vitam ratam fieri et in rationes referri nisi omnia absolverit atque perfecerit, quæ pertinent ad vitæ traducendæ modum. Locutiones forenses.

**RAUCĬFLŬUS**, raucam emittens vocem. *Gloss.* V. 512. 24. et *al.*

**RAUCĬTŬDO**, amputatio vocis. *Gloss.* III. 604. 46.

**RĀVĂCAULIS**, i. q. brassica. *Gloss.* III. 583. 58.

**RĔÆDĬFĬCO**, as, āvi, ātum, āre, a. 1., iterum ædifico. V. in *Lexico.* — Apud *Liv.* 5. 53. 7. et *Cic.* 6. *Att.* 1. legend. est *ædificare* pro *reædificare.*

**RĔĂMICO**, as, etc. reconcilio. *Gloss.* V. 141. 48. « Reconciliat, reamicat ».

**RĔBAPTISMA**, ătis, n. 3., baptismus iteratus, rebaptizatio. *Ps. Cyprian. de Rebaptismate.*

**RĔBELLĬUM**, ii, n. 2. V. *Lexic.* ubi ad *Liv.* 42. 21. 3. ***nunc legend.*** ad rebellandum.

**RĔCĂPĬTŬLOR**, āris, āri, dep. 1., i. q. recapitulo. *Interpr. Iren.* 3. *Hær.* 21. 9.

**RĔCARPO**, is, ĕre, a. 3., rursus carpo. *Schol. Bern.* ad *Virg.* 1. *Georg.* 290. « Puellæ... nocturna pensa recarpentes ».

**RĔCEPTĀTRIX**, trīcis, f. 3. (recepto), quæ receptat. *Hieronym. Did. de Spir. S.* 5. « Receptatrix alterius boni ».

**RĔCEPTOR**, ōris, m. 3. (recipio). V. voc. in *Lexico.* — Significat etiam qui est auctor concordiæ, medius *Gloss.* IV. 422. 1. Cf. etiam *Gloss.* V. 609. 55. et 388. 2.

**RĔCESSA**, æ, f. 1. (recedo), idem quod recessus, et dicitur tantum de maris æstu. *Itin. Hieros. init.* « Civitas Burdigala, ubi est fluvius Garonna, per quem facit mare accessa et recessa (*sic*) per leugas plus minus centum ». Adde *Isid. de Ord. Creat.* 9. 7.

**RĔCERTĀTOR**, antagonista. *Gloss.* IV. 585. 9.

**RĔCESSĬO**, ōnis, f. 3. (recedo), idem ac recessus v. recedendi actus. V. voc. in *Lexico.* — Addimus hoc dictum etiam de pers., ut ap. *Hieronym.* in *Matth.* 2. 12. 26. et quidem magis proprie quam de ventis ap. *Vitr.* ibi *cit.*

**RĔCĪSĀMEN**, ĭnis, n. 3. (recido), frustum ligni recisum. *Inscr.* ap. *Dessau* (*Lex metalli Vipascensis*) 6891. 28. « Conductori ve[*ndere ligna*] nisi ex recisaminibus ramorum, quæ ostili (*sc.* ustili) idonea non erunt ne liceto ».

**RĔCĪTĀBŬLUM**, i, n. 2. (recito), locus ubi recitatur. *Gloss. Scalig.* V. 609. 41.

**RĔCOGNĀTUS**, filius patris. *Gloss.* IV. 422. 13. et *al.*

**RĔCOGNĪTĬO**, ōnis, f. 3. V. voc. in *Lexico.* — Apud *Cic. Verr.* 4. 110. nunc legend. *recordatione* pro *recognitione.*

**RĔCONGĔRO**, is (gessi), gestum, ĕre, a. 3., idem ac simul pono, congero. *Heges.* 1. 40. 10.

**RĔCŌNO**, ἀντεπιχειρῶ. *Gloss.* II. 229. 1. (*var.* reconor).

**RĔCONSĪDĔRA**, melius retracta. *Gloss.* V. 512. 32.; reciprocat, reconsiderat vel reddit vicem IV. 278. 26.; recitare reconsiderare V. 512. 28.

**RĔCONVINCO**, is, ĕre, a. 3., errore arguo, penitus convinco, refuto. *Ambros. de Parad.* 8. 39. « Nunc autem uterque redarguitur atque reconvincitur ».

**RĔCORDANTĬA**, æ, f. 1. (recordor), idem ac recordatio. *Ambros. de Job* 4. 7. 19. « Cherubim, in quibus est recordantia sacræ cognitionis ».

**RECTĪTAS**, ātis, f. 3. rectitudo, æquitas. *Gloss.* IV. 461. 30. et V. 609. 42. « rectitas, justitia, æquitas, veritas ».

**REDDĪTUS**, us, m. 4. (reddo), idem ac reditus, proventus. *Cassiod.* 1. *Var.* 25. « Portum Lucini deputatis redditibus reparari jussio nostra constituit ».

**RĔDINSERTĀVIT**, denuo inseruit. *Gloss.* IV. 161. 19. et *al.*; *redinsertare* denuo inserere V. 132. 11. et 240. 6.

**RĔDUX**, ŭcis, m. 3., (reduco). V. voc. in *Lexico.* — Apud poëtas *rēdux* habet etiam primam syllabam longam. *Plaut. Capt.* 928. et *Rud.* 909. — Abl. sing. ap. poëtas etiam *reduci*, ut *Ovid.* 6. *Her.* 1. et *Boëth. de Consol. philos.* 3. 9. *v.* 21.

**RĔFERSUS**, a, um, partic. pro vulg. *refertus*, a *refercio* occurrit etiam ap. *Ps. Cyprian. de Judaic. credul.* 8.

**REFINDIT**, rescindit aut demutat. *Gloss.* IV. 161. 35.; et V. 478. 64.; cf. IV. 561. 35.

**REFLŌRĀTIO**, delibatio. *Gloss.* IV. 385. 44.

**RĔFŎCILO**, (*non* refocillo) as, āvi, ātum, āre,

a. 1., refoveo, reficio. *Vulg. Judic.* 15. 19., 1. *Reg.* 16. 23., *Hieronym. Vit. Malchi* 10., *Cassian. Inst.* 3. 9., *Gloss.* II. 170. 58. « refocilat ἀναχτᾶται τὸν λειποθυμήσαντα » et V. 631. 7. « Refocilat, recreat » et *al.* passim. — Apud *Plin. Epist.* 3. 14. 4. et 16. 12. falsa lectio.

REFRAGRAVIT, refrixit. *Gloss.* V. 512. 38.

RĔFRANGO, ἀποκλῶ. *Gloss.* II. 237. 44.; refrangere, infringere. IV. 385. 46.

RĔFRĪGĔRĀTĪVUS, a, um, adject. (refrigero), qui refrigerat. (*cui opp.* calefactorius), ut *refrigerativa sanatio* ap. *Cass. Fel.* 52. p. 136. 15. *Rose.*

RĔFRĪGĔRŌSUS, a, um, adject. (refrigero), qui valde refrigerat, ut *amœnitas refrigerosa* ap. *Ps. Augustin. Serm. app.* 181. 3.

RĔFRĪGESCO, is, vulg. perf. *refrigui*, ut ap. *Augustin. Serm.* 93. 6. et *Serm.* 107. 1., et *refriguerit* ap. *Marc. Empir.* 36.

RĔFŪGA, ἀπόστατα. *Gloss.* IV. 278. 43. et III. 489. 76.

RĔFŪGAT, apostatat. *Gloss.* V. 512. 41. — Alio sensu in *Lexico.*

RĒGILLUS, βασιλικός. *Gloss.* II. 256. 18. υἱός βασιλέως II. 462. 35. regulus IV. 385. 50. et V. 609. 18.

RĔGĪMŌNĬUM, ii, n. 2. (rego), regimen. (*Gloss.* V. 142. 26. et *al.*) *C. I. L.* IV. 918. « Secundus regimonium tenet feliciter ». *Cf. Gloss.* III. 130. 29. βασίλειον; V. 479. 7. et *al.* gubernatio, diœcesis.

RĔGĬŌNĀRĬUS, ii, m. 2., ille qui munere suo fungitur in Urbis regione sibi assignata. Huic titulo quo diaconi, subdiaconi, notarii et defensores ornabantur, peculiaris honor additus erat, de quo v. *Greg. M.* 8. *Epist.* 14. — *Ibid.* « Constituentes ut sicut in schola notariorum atque subdiaconorum.... sunt regionarii constituti, ita quoque in defensoribus septem.... honore regionario decorentur », ubi regionarius etiam adject. usurp. Cf. etiam *ibid.* 9. 11. « Joanne regionario ad nos remeante ».

RĔGĬŌNĀRĬUS, a, um, adject. V. voc. præc.

REGLŪBO. ἐκδέρω. *Gloss.* II. 171. 20. Cf. Glubo.

REGNUM, i, n. 2. (rego). V. voc. in *Lexico.* — Addimus hujus vocis significationes in Novo Test. Est itaque regnum metaphorice felix rerum status, felicitas maxime futuræ vitæ. *Matth.* 35. 34. *Luc.* 12. 32. — Formulæ autem, quæ occurrunt in N. T. sæpissime, sc. *regnum Dei, regnum cœlorum, regnum Jesu Christi*, vel simpliciter *regnum* (βασιλεία), ad explicandum interdum haud faciles ob earum ambiguitatem, ita intelligi possunt ut ex prophetiis V. T. partim atque expectatione Messiæ desumptæ, quas Jesus et Apostoli a popularibus præjudiciis purgarunt et pro sua sapientia retinere maluerunt. Sunt autem hæc varia significationum genera. — *a*) Dei dominatio, missione Jesu Christi sub novo respectu instaurata. *Matth.* 8. 2.; *Marc.* 1. 15.; *Luc.* 10. 9. *b*) Potestas Christi regia super homines *Joh.* 18. 36. — *c*) Omnis salus et felicitas per Christum hominibus parta. *Matth.* 12. 28.. *Luc.* 12. 31. — *d*) Interdum ex hebraica formula *malkuth hash-shamaym*, regnum cælorum de religione vere divina usurpatur. *Matth.* 5. 3., 13. 11., coll. *v.* 24. 31. 33. 38. 44. 47. 52., coll. loc. parall. *Marc.* et *Luc.*, *Act.* 19. 8., 28. 23. 31., *Rom.* 14. 17., 1. *Cor.* 4. 20., *Apoc.* 1. 9. — *e*) Cœtus, « Ecclesia », societas Christianorum in his terris. *Matth.* 11. 11., *Marc.* 10. 23-25. *Hebr.* 12. 28., *Joh.* 3. 3. et 5. — *f*) Imperium spiritale et invisibile quo Christus cœtum sectatorum suorum his in terris tuetur et auget suamque doctrinam in dies magis propagat. 1. *Cor.* 15. 24., *Apoc.* 11. 15. — *g*) Interdum ipsa triumphalis propagatio religionis christianæ post excidium Jerusalem. *Matth.* 16. 28.; *Col.* 4. 11. — *h*) Futura christianorum justorum felicitas in cælo cum reditu Christi e cælo conjuncta. *Matth.* 5. 10.; *Marc.* 9. 46.; *Luc.* 13. 29., *Act.* 14. 21.; 1. *Cor.* 15. 50. — *i*) Regnum messianicum terrenum et aspectabile, quod sibi finxerat Judæorum credulitas, Christi et Apostolorum maxime ætate, devictis hostibus insigne. *Matth.* 18. 1., 20. 21., *Marc.* 15. 43., *Luc.* 17. 20., 19. 11.

RĔGRĀDOR, aris, atus sum, āri, dep. 1., idem ac regrado, regredior. *Chalcid. Tim.* 74. « Hi quippe ignes (*stellæ*)... numquam ad præcedentia signa transitum faciunt, sed ad ea semper, quæ sequuntur, proptereaque nec subsistunt in motu, nec regradantur unquam », et *ibid.* 85. « Sequitur, ut quoniam videntur quædam nobis earum modo stare in progressu, modo regradari... quæ causa sit hujus imaginis, consideretur ». Adde *ibid.* 83. et 86.

RĒGŬLA, æ, f. 1. norma, ordo, statutum v. formula. Hinc *regulam fidei Tertull. de Præscript.* 12. et aliis locis vocat, quod vulgo Apostolorum symbolum vocamus (Κανὼν τῆς ἀληθείας: Σωμάτιον τῆς ἀληθείας. *Iren.* 2. 197.) et *c. Hermog.* 1. " veritatis regula „ et *alib.*

RĒGŬLOR, āris, āri, dep. 1., idem ac regulo. Gr. κανονίζω. *Dosith. gramm.* VII. 432. 10. et *Gloss.* II. 338. 31. De form. act. v. *Lexicon.*

RĔHISCO, ἀντιπροσαγορεύω. *Gloss.* II. 230. 31.; ἀντιχαίνω II. 230. 58.

RĔINCLINAT, evergit, incurvat, reflectit. *Gloss.* IV. 337. 26. *coll.* V. 512. 39.

RĔLĀTRIX, tricis, f. 3. (refero), quæ refert v. vulgat, ut *relatrix fama* ap. *Dracont. Carm.* 9. 17. *Duhn*: « Sed sensum cum luce simul post fata perire Senibus et pueris mentitur fama relatrix ».

RĔLĀTUM, i, n. 2. (refero), figura rhetorica, quæ habetur cum plures sententiæ eodem vocabulo incohantur = ἐπαναφορά. *Aquil. Rom.* 34.

RĔLĪNO, is, lēvi, litum, ĕre, 2. a. V. voc. in *Lexico.* — Apud *Plaut. Stich.* 720. legend. « nulli rei erimus postea ».

RĔLUCTANTER, adv. (reluctor), renitenter. *Augustin. de Lib. Arbitr.* 3. 23. 69. « (*Anima*) renitenter et reluctanter intenditur in eam passionem corporis sui ».

RĔLUCTANTĬA, æ, f. 1. (reluctor), reluctatio, obluctatio. *Pseud. Soran.* Περὶ σφύγμον, p. 275. *Rose.* « Periculosa reluctantia ».

RĔLŪMĬNATIO, ἀνταυγία *Gloss.* II. 228. 53. ἀνταυγασία II. 171. 47.

RĔMANCĬPĀTĬO, ōnis, f. 3. (remancipo), actus remancipandi. *Collat. Mos. et Rom.* 16. 9. 2. *H.* « Quod si is, qui decessit, liber fuit ex mancipatione citra remancipationem manumissus, lex quidem duodecim tabularum manumissori legitimam hereditatem detulit ».

RĔMASTICO, as, āre, a. 1., rumino. *Gloss.* IV. 388. 1. « pecus quando remasticat, hoc est ruminat ».

RĔMĔĀTĬO, ōnis, f. 3., (actus remeandi), figura rhetorica, eadem quæ græce μετάβασις. *Auct. Carm. de fig.* 88. « At remeatio fit, cum rursus me redigo ad rem ».

RĒMĪGĀMEN, inis, n. 3. (remigo), remigatio fig. ap. *Fulg. Aet. mund.* 148. 7-8. « Ignis (*Sinai montis*)... hilaro remigamine coruscantior crispatis anhelo vibramine ligulis virentes rubi ramulos innocua cursilitate lambebat ».

RĒMĪGĀTOR, ōris, m. 3. remex. *Gloss.* IV. 279. 3. et 386. 6.

RĔMŌRĀTĬO, διαγωγὴ ἡ ἀναστροφή. *Gloss.* II. 270. 37. διατριβή II. 275. 17.

RĔNĀTĬO, παλιγγενεσία. *Gloss.* II. 392. 48.

RĔNĔO, ēre, a. 2. V. voc. in *Lexico.* — Apud *Stat.* 3. *Silv.* 1. 171. nunc legend. « fila tenebo ».

RĔOR, eris, ēri, vulg. form. *rabar, rabamini, randum Gloss.* V. *Loewe Prodr. Gloss.* p. 346. et *Gloss. Nomin.* p. 142. — *Reor* passiv. apud *Prisc. gramm.* II. p. 379. 7. et 382. 9. *Reo* act., unde *remus* ap. *Venant.* 7. 3. 3. (Cf. *Leo, not. crit.*).

REPELTA, lapis excelsus. *Gloss.* V. 614. 52.

RĔPENDIUM, est remuneratio. *Gloss.* V. 623. 8.

RĔPLANTO, as, āvi, ātum, āre, a. 1., iterum planto. — Translate, *Ital. Jerem.* 24. 6. « Replantabo eos et non evellam ». *Vulg.* habet *plantabo. Augustin. de Unit. Eccl.* 25. 74. « manu divina replantati ». *Paulin. Nol. Epist.* 23. 41. « Potens... est... Dominus... vos... vestro cespiti replantare ». *Facund. Defens. trium capit.* 5. 5. « Si minime possumus, reædificare et replantare, melioribus hoc reservamus ».

RĔPLETIVUM, i, n. 2. (repleo), id, quod replet (sc. vocabulum), græce παραπληρωματικόν. *Prisc. gramm.* III. p. 337. 7. « Nostri (*Latini*) quoque frequenter " ergo " repletivi loco accipiunt ».

RĔPORTŪNUS, miser infelix. *Gloss.* II. 591. 21. σχέτλιος II. 450. 5.

REPRŎBĀTĪCIUS, ἀποδοκιμαστέος. *Gloss.* II. 236. 37.

REPRŎBĀTOR, ἀποδοκιμαστής. *Gloss.* III. 127. 45.

RĔPŬĔRESCO, πάλιν παῖς γίνομαι. *Gloss.* II. 392. 61. — V. REPUERASCO in *Lexico.*

RĔQŬIA, æ, f. 1. quies. *Virgil. gramm.* p. 40. 1. *H.* « Nomina quæ duplici declinatione gaudent... lætities lætitia, requies requia, facies facia ». *Ibid.* 7. « Requies refrigerii a labore est, requia otiositatis ».

RĒS, rĕi, f. 5. Apud *Lucret.* 2. 112. *rēĭ* habet primam syllabam longam; item apud *eund.* 3. 916. *rĕi* est una syllaba longa.

RĔSĔCO, as, ecŭi, ectum, āre, a. 1. — Addenda est etiam perfecti forma *resecavi*, quæ occurrit ap. *Augustin. Serm.* 27. *Mai, Symm. Epist.* 10. 73., *Mart. Cap.* 8. 837. Sic partic. *resecatus* ap. *Incert.* (Eumen.) *gratiar. ac.* 11. 5.

RĔSIGNĀTOR, ἀποσφραγιστής. *Gloss.* II. 241. 15.

RESSOR, στροφοποιός. *Gloss.* II. 439. 10. σχοινάς II. 450. 15. — V. RESTIO.

RĔSORDĔO, es, ēre, n. 2., abjectus v. sordidus appareo. *Anthol. Lat.* 311. 3. « Tibi munus Cereris resordet ».

RĔSPONDĔO, es, etc. V. voc. in *Lexico.* — *Salvian. Gub. D.* 2. 1. 1. habet fut. *respondeam* pro *respondebo.*

RESTOR, funium factor. *Gloss.* II. 591. 31. — V. RESTIO.

RĔTĪBĪTĬO, ōnis, f. 3., redhibitio. *Fulg. Aet. mund.* p. 142. 6. *Helm* « (*Abraham*) nec in acceptione (*filii*) ingratus extitit, nec in retibitione sollicitus murmuravit ».

RĔŪNĪTĬO, conligatio. *Gloss.* IV. 562. 37.

RĔUSTUS, iterum incensus. *Gloss.* V. 386. 39. reusti, iterum usti. *Gloss.* V. 421. 5. et V. 429. 52. — Ab inus. *reuro.*

RĔVĒLĀTĪVUS, a, um, adject. (revelo), grammatico sensu est demonstrativus, ut ap. *Virgil. gramm.* p. 170. 2. *H.* Pronomen demonstrativum vel revelativum; *ibid.* 171. 32. « conjunctiones revelativæ, quæ sensum revelant, ut " scilicet, videlicet, illicet " ».

RĔVELLĀTOR, ōris, m. 3. (rebello), qui rebellat. *Gloss.* ap. *Loewe Prodr. gloss.* p. 125.

RĔVERTO, is, etc. et revertor, ĕris etc. V. voc. in *Lexico.* — Particip. *reversus* ante tempora Augusti raro usurpatur (ap. *Cic.* tantum 6. *Phil.* 10.; ap. *Cæs.* tantum *B. G.* 6. 42. 1.) — Præs. in form. act. est critice certum dumtaxat ap. *Lucret.* 5. 1151. *revertit*; *Pompon. Com.* 81. *revortit*; *Augustin. Serm.* 194. 5. *Mai* (ubi " ad Marciam *revertere* "). — Parag. infin. *revertier* ap. *Phædr.* 4. 18. 14.

RĔVĪMĬNĀTUM, παρεστραμμένον. *Gloss.* II. 562. 33.

RĔVŎLŪTĬO, ōnis, f. 3. (revolvo), actus revolvendi, *rivolgimento.* ¶ 1. Proprie. *Leo Serm.* 71. 3. " Revolutio lapidis ", *h. e.* quo claudebatur Christi sepulcrum. ¶ 2. Translate. *Dionys. Exig. de Ratione paschæ* 1. p. 20.[B] (*Migne* 67.). « Decemnovennalem quoque recursum et paschales quartasdecimas lunas easdem omnium ævorum revolutione reperias ». *Augustin.* 22. *Civ. D.* 12. de Pythagorica animarum migratione. « Ut post multas itidem per diversa corpora revolutiones aliquando tamen eam (*animam*), sicut Porphyrius, finire miserias etc. ». Adde *eund.* 12. *Trin.* 24. et *Eulog.* in *Cic. Top.* p. 407. 17. *B.* « Revolutio lunaris cursus ».

RHĒTŎRĬA, æ, f. 1., compositio poëtica, de qua *Virg. gramm.* p. 17. 23. *H.* « Inter poëma et rhetoriam hoc distat, quod poëma sui varietate contenta angusta atque obscura est; rhetoria autem sui amœnitate gaudens, latitudinem ac pulchritudinem cum quadam metrorum pedum accentuum

tonorum syllabarumque magnifica numeratione præpalat ».

RĪMĀRIUS, ii, m. 2. (rimor), qui rimatur. Rimarii dicti sunt Gallicani forte quod obscura et difficilia rimarentur. *Greg. M.* 9. *Epist.* 127.

RĪMĀTIO, scrutatio, exquisitio. *Gloss.* IV. 422. 28. et V. 480. 16.

RĪPĀTIM, ripanea loca designat; ita enim dicimus ripatim quasi vicatim, quasi ostiatim, quasi minutatim et cetera talia. *Gloss. Plac.* V. 97. 8.

RĪPŌSUS, a, um, adject. (ripa), de extantiis, quæ excrescunt circa vultum et articulos in elephantiasi. *Cass. Fel.* p. 175. *Rose* « Extantiæ riposæ, quas Græci oncus octodes (ὄγκους ὀχθώδεις) vocant, id est riposis verticibus prominentes circa vultum et articulos ».

RIUS, pro rivus vulg. (unde Ital. *rio*), usurpatum fuisse arguitur ex *Prob. Append. gramm.* IV. 199. 2., qui ejus vocis usum improbat.

RŎDĀNE, (ῥοδάνη), trama græce. *Gloss.* V. 144. 38.

RŌDANIZO, (ῥοδανίζω), torqueo. *Gloss.* V. 144. 39.

RŎGA, æ, f. 1. (ῥογεύειν) donativum, honorarium, stipendium. *Greg. M.* 5. *Epist.* 30. « Rogæ quoque militum ita... factæ sunt ut dona dominorum cuncti.... gratias agendo susciperent ». Adde *eund. ibid.* 2. 46. et 9. 123. — Vide etiam *Lexic.*

ROSCĬDANS, antis, adject., roscidus. *Pseud. Augustin. Serm.* 170. « Malogranata roscidantia ».

ROSCĬDOLUM, rore madidum. *Gloss.* V. 241. 15.

RŌSĪNŌSUS, a, um, adject. (ros), brumosus. *Gloss.* IV. 449. 44. et *al.* « brumosus annus, rosinosus annus ». Cf. *Lœwe Prodr. Gloss.* p. 80.

RUBETŬLA, rana. *Gloss.* V. 479. 38. ranuncula V. 512. 55.

RŪBRIĂCUS, a, um, adject. (ruber), ad mare Rubrum pertinens. *Fulg. Aet. mund.* 149. 12. « Ille princeps (*Aegypti*) Israëliticum sitiens sanguinem rubriacis debriatus potionibus tumuit ». Adde *ibid.* 156. 6.

RŪBRO, as, ātus, āre, a. 1. rubrum facio. *Fulg. Aet. mund.* 149. 1. « Unda Niliaca rubratur in sanguine ». V. in *Lexic.* RUBRANS et RUBRATUS.

RUCINNULUS, i, m. 2. vox, ut videtur, corrupta ap. *Rufin. de benedict. Jud. præf.* 2. « Ἕλικα vitem dicunt Græci, non tam palmitem.... quam illos quasi rucinnulos vel ramis arboris vel palis vel quibuscumque illis innititur adminiculis, quos capreolos, ut arbitror, appellant agricolæ ». Alii potius legendum putant *ruscinulis*, alii *runcinulis*, alii denique *cincinnulis*, coll. *Varr.* 1. *R. R.* 31. 4.

RUĒS, ruina in *C. I. L.* I. 28. (*Carm. fr. arval.*), et *Gloss.* IV. 281. 5. et *al.*: « rues, ruina » et II. 425. 56. rues πτῶσις ἐπὶ οἰκοδομῆς.

RULLUS, a, um, adject. mendicus in *Gloss.* II. 175. 60. « mendicus, ἀγύρτης ». Alii tamen aliter leg.

RŪMĬNA, æ, f. 1. dens. *Virg. gramm.* p. 87. 16. *H.* « Dentes dicimus.. alii ruminas nominaverunt, alii mandibulas ».

RUNCĬLIO, δρέπανον. *Gloss.* III. 23. 38. et 299. 71. κλαδευτήριν III. 299. 70. Cf. *Gloss.* II. 262. 43. « Runculeu γένος δρεπάνου δενδροτόμου ».

RUPTŬO, as, āre, a. 1., i. q. ructuo v. ructo. *Fulg. Myth.* p. 14. 1., *Cont Virg.* p. 86. 10., *Aet. mund.* p. 166. 11.

RUSTĬCĬTER, adv. rustice. *Fulg. Aet. mund.* p. 150. 16. « Quæso ergo te, domine, ut non rusticiter me sensisse dijudices ».

RUTELLUS, fornicator. *Gloss.* II. 591. 47. Cf. *Cic.* 9. *Fam.* 22. 3.

RUTICILIA, ἀκροθίνια prosiciæ. *Gloss.* II. 223. 59. — Ἀκροθίνια sunt primitiæ frugum, primitiæ manubiarum, quæ diis afferebantur, primitiæ quælibet; spoliorum decimæ; sed de vocis Latinæ origine nihil scimus, si tamen certa sit lectio.

# S

SABĀBIM, indecl., aranearum fila per aërem volantia (hebr. *Sababim*, quæ vox significat proprie *fragmenta*), quæ dum videntur, intereunt et in atomos atque in nihilum dissolvuntur. Ita *Hieronym. Comment.* in *Os.* 2. 8. 6. p. 884.[C] et *Lœwe Prodr. Gloss.* p. 116.

SABBATISMUS, i, m. (sabbatum), sabbati observatio, σαββατισμός. (V. voc. in *Lexico*). ¶ 1. Proprie. *Augustin.* 22. *Civ. D.* 30. 5. « Iste sabbatismus evidentius apparebit, quoniam septimus invenitur ». Adde *Hieronym. Epist.* 140. 8. et *eund.* in *Isai.* 16. 58. 13. ¶ 2. Translate est requies et felicitas æterna in cælis. *Vulg. Hebr.* 4. 9. « Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei. Festinemus ergo ingredi in illam requiem etc. ». V. integr. loc.

SĀBETH, indecl. (Hebr. sebach, Grec. σαβέχ) rectius itaque scribendum sabec v. sabech. — Est autem vepretum sive locus multis fruticibus perplexus. *Eucher.* 2. *Instr.* 3. « Sabeth, virgulti apud Hebræos nomen est, in *Gen.* 22. 13.: Ecce, inquit, aries post tergum eius tenebatur in virgulto sabeth ». *Vulg.* aliter vertit « viditque (Abraham) post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus ».

SACCO, ōnis, m. 1. (saccus), usurarius. *Cic. Epist. ad Attic.* 7. 13. 5.

SĂCERDŌTIA, æ, f. 1. (sacerdos), i. q. sacerdotissa. *C. I. L.* XIII. 1754.

SĂCERDŌTO, as, āre, n. 1. (sacerdos), sacerdotis munere fungor. *Hilar. Libell.* 11. « Viro enim omni competit sacerdotare Deo. Et ita debet tam in catechismo, quam etiam in laica vita conversationem suam mundissimam exhibere ut, si... munere atque officio sacerdotali non fungitur, vitæ tamen similitudine sacerdotio coæquetur ».

SACRĀLIS, καθιερωμένη. *Gloss.* III. 170. 38.

SACRĀMENTĀRIUM, ii, n. 2. (sacramentum), liber liturgicus altari inserviens; speciatim vero, et rectius clariusque quam in *Lexico* s. v., ita vocabatur Missale, ubi, distinctis ejus collectionibus, diversa continebantur, nempe pro diversitate ecclesiarum diversis ritibus ac precibus ordo Missæ celebrandæ differebat. Et sane antequam *Missalia plenaria* obtinerent, Latini utebantur *Antiphonario*, quod dicitur, in quo partes Missæ a choro plerumque canendæ continebantur; *Lectionario* vel *Epistolario*, in quo lectiones Scripturæ, præsertim epistolæ S. Pauli, legebantur; *Evangeliario* seu Evangeliorum libro; *Sacramentario*, quo præter orationes, præfationes, canonem aliasque Missæ preces, ritus etiam aliquando conferendi Sacros Ordines, administrandi Baptismum solemne, administrandi Sacrum Oleum etc. comprehendebantur. Addimus, Missale nomen *Sacramentarii* sortitum esse, ex eo etiam quod olim Missa vocaretur *Sacramentum*. Præcipua vero sunt Sacramentarium Leonianum, Gelasianum et Gregorianum (dictum a Greg. M.: is enim non tam primus illud constituit, sed jam constitutum retractavit aliqua vel convertens vel subtrahens vel superaddens: *Joh. Diac.* 2. 27. cf. *Grisar, Duchesne, Farducci*, V. *Greg. M.* in *Onom.*). His porro accedunt alia plura, pro diversis Ecclesiis, ut diximus, concinnata. Origo autem petenda est ab ipso Apostolorum principe, Latinæ liturgiæ, ut ex traditis refert Baronius (a. 102.) auctore ac dein ab Apostolorum discipulo Clemente pont., ut docet Proclus, Constantinopolitanus episcopus, scriptis consignatæ. Hic tamen liber qui vulgo nunc Missale dicitur, *Sacramentale* a Lindano, liber *Misteriorum* ab Hieronymo, liber *Sacramentorum* a Rhemensi concilio, *Libellus* a Gregorio Pavonensi appellatus fuit. (Cf. *Wilson, The Gelas. Sacram.* Oxford 1824. et *The Gregor. Sacram. etc.* Lond. 1919.).

SĂCRĬFĬCĀTŌRIUS, a, um, adject. (sacrifico), sacrificio peragendo inserviens. — Hinc absolute *Interpr. S. Ignat. ad Rom.* 2. « Plus autem mihi non tribuetis quam sacrificari Deo, dum adhuc sacrificatorium paratum est » *h. e. altare.*

SÆPIŌR, *superl.*. sæpissimus; a, um, (sæpe), frequentior, frequentissimus. *Prisc. gramm.* III. 80. 25. « Antiqui... et sæpior et sæpissimus protulisse inveniuntur, sic ultra... ulterior ultimus ». *Ibid.* II. 90. 15. « A "sæpe"... superlativum posuit Cato Nepos de actionibus ad populum:... facite vobis in mentem veniat... sæpissimam discordiam fuisse ».

SÆPTOR, φράκτης. *Gloss.* III. 309. 59.

SĂGĪNĀTUM, i, n. 2. (sagino), animal quodvis pinguefactum. *Vulg. Ital. Matth.* 22. 4. ed. *Mai.* « Tauri mei et saginata mea occisa sunt ». *Vulg.* habet *altilia.*

SALMENTUM, i, n. 2., form. vulg. sync. a *salsamentum*, q. V. in *Lexic.* — *Charis. gramm.* I. 265. 16. ait salsamentum pro salsamento ab imperitis dici et *Donat. ibid.* IV. 392. 15. usum hujus vocis barbarismum appellat: « Fiunt barbarismi... per detractionem... syllabæ, ut salmentum pro salsamentum ». *Caper* tamen *ibid.* VII. 101. 8.: « Salmenta proferre ne timeas, quia latinum est ». Auctor *Comment. in Donat. ibid.* V. 327. 17. docet salmentum differre a salsamento: « Salmentum... est purgamentum maris, salmentum vero salsugo dicitur in qua liquescit sal ut carnes condiantur ». Cf. etiam *Gloss.* V. 394. 35. et *al.*

SALTĬCUS, a, um, adject. (salto), qui saltare solet. — Hinc etiam salticæ fabulæ, quæ in usum pantomimorum, qui eas saltare solebant, scriptæ sunt. *Suet. Vit. Lucan.* p. 78. 16. *Reiff.*

SALTIO, παλμός, salisatio. *Gloss.* II. 393. 8. *coll.* II. 177. 37.

SALTUS, us, m. 4., præter alia, (V. *Lexic.*) speciatim apud *Vulg. Is.* 21. 13. « in saltu dormire » est tecto carere, quod de fugitivis et prostratis dicitur. — Præterea in illo 2. *Reg.* 21. 19. et 1. *Par.* 20. 5., ubi Adeodatus filius Saltus dicicitur, *Saltus* est interpretatio nominis proprii Jair apud Hebraeos latine *saltum* significantis.

SALVIŎLA, nardoceltica. *Gloss.* III. 593. 13.; 614. 63.; 627. 2. et *al.*

SANCTĬFER, ĕra, ĕrum, adject. (sanctus *et* fero), qui sancta fert. *Interpr. Ep. S. Ignat. ad Eph.* 9. « Estis igitur conviatores Deiferi et templiferi et Christiferi, sanctiferi, secundum omnia ornati ».

SANCTĬMŌNIUM, ii, n. 2. Idem est ac sanctimonia, sanctitas. *Vulg. Ital. Hebr.* 12. 14. « Pacem sequimini cum omnibus, et sanctimonium, sine quo nemo videbit Deum ». Adde *Exod.* 75. 17.; *Petr. de Incarn. ad Fulg.* 12; *Augustin.* in *Ps.* 99. 13. Titulus, quo in primis episcopi et presbyteri appellantur. *Herm. Past. ep. ad Timoth. presb.*

SANCTIO, ōnis, f. 3. (sancio), actus sanciendi, rogatio, lex. (V. voc. in *Lexico*). — Ἀρχ. abl. *sanctioni* pro *sanctione* in *C. I. L.* I. 198. l. 56.

SANCTĬTAS, ātis, f. 3. (sanctus). V. voc. in *Lexico.* — Addimus sequioris Latinitatis tempore *sanctitas* fuisse reverentem appellationem. *a)* senatorum. *Constantin. M.* in *Cod. Theod.* 15. 14. 4. *ad senat.* « Placuit vestræ sanctitati judicium examenque mandare ». *b)* episcoporum. *Cassiod.* 3. *Varr.* 37. *ad Petr. episc.* « Ideo sanctitas vestra a Germano nos aditos flebili allegatione cognoscat etc. ». Adde. *Collat. Carthag. Cognit.* 1. n. 51. et *Justinian.* ad *Hormisd. Epist.* p. 450.[C] (*Migne* 63.). Item sanctitudo et beatitudo, quod posterioribus temporibus titulus est tantum Pontificum Romanorum.

SANCTŪĀRĬA, ōrum, n. plur. 2., præter alia (V. *Lexicon*) significat etiam, labente Latinitate, vela seu pannos quæ contactu reliquiarum sanctorum, sacra et ipsa habebantur, ac veluti reliquiæ colebantur. *Legati Justiniani*, petentes pro eo reliquias a Pontifice maximo (a. 519.) apud *Hormisd. Pap. Epist.* p. 474.[D] (*Migne* 63.) « Sanctuaria beatorum apostolorum Petri et Pauli secundum morem ei largiri præcipite; etsi fieri potest ad secundam cataractam ipsa sanctuaria deponere, vestrum est deliberare ». Cataractæ quæ hic memorantur, erant fenestellæ clathris seu cancel-

lis ferreis munitæ, per quas sanctuaria sive panni illi super sanctorum reliquias dimittebantur: et hæ duplices erant, aliæ exteriores, in altari vel pavimento, sub quo conditæ erant sacræ reliquiæ, aliæ interiores, in ipsa capsa seu arca, qua reliquiæ claudebantur. Petunt ergo legati ut ad *secundam cataractam* seu fenestram panni deponerentur, velut ad contrahendum ex proximo contactu majorem virtutem. Ita *Thiel* ad *l. Cf. De-Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1872. p. 14. *sq.*

**SANCTUS**, a, um, adject. (sancio). V. voc. in *Lexico*. — Addimus: 1.° Sanctus Dei dictus est Christus Dei filius. *Vulg. Marc.* 1. 24. « Scio qui sis Sanctus Dei ». Adde *Luc.* 4. 34. — 2.° Idem ter *sanctus* repetitur, ex more Hebraicô, quo designatur gradus superlativus, sed mystice intelligitur de SS. Trinitate. Formula est apud *Is.* 6. 3. « Clamabant (Seraphim) alter ad alterum: sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum » *h. e.* sanctissimus. Ea autem *Trisagion* (τρισάγιον) vulgo dicitur, ubique locorum inde a primis sæculis adhibita repetitur. (*Tillemont, Mém. d' Hist. Eccl.* XIV. p. 713. et *Sacramen. Gelas.* 3. 16. *Cf.* cum hac formula *Inscr.* apud *De-Rossi* in *Bullett. Christ.* a. 1871. p. 143. quæ legitur incisa in parietibus antiquissimæ ædis Clitumno sacræ, dein in usum Christianorum conversæ. — 3.° Sanctus vel Sanctissimus fuit etiam titulus episcoporum satis usitatus. (*Cf. Augustin. Epist.* 149. 209. etc. *Epiph. ad Hormisd. Epist.* 61. p. 494.[C] *Migne* 63. et alibi), speciatim vero episcopi Romani, qui et Sanctissimus absolute appellatus est; nunc unice illi titulus uti Pontifici Maximo tribuitur. — 4.° Item sanctus vocabatur quilibet Dei servus. *Augustin. Epist.* 126. « Dominæ sanctæ ac venerabili famulæ Dei Albinæ Augustinus in Domino salutem ». — 5.° Hinc universim et absolute, substantivorum more, Sancti appellati sunt: — *a*) In Veteri Testamento Israëlitæ, veri Dei cultores (qedûshin), ut est apud *Vulg. Ps.* 15. 3. « Sanctis qui sunt in terra ejus etc. ». *Prov.* 9. 10. « Scientia sanctorum prudentia » etc. — *b*) Præsertim in Novo Testamento omnes baptismo abluti sive Christianorum cœtus Sic *Rom.* 1. 7. « Omnibus qui sunt Romæ... vocatis sanctis » et 8. 27. « Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis » et 15. 25. « Nunc igitur proficiscar... ministrare sanctis ». — *c*) Speciatim Sancti κατ' ἐξοχὴν appellati sunt Martyres, item prophetæ et apostoli, inde a sæculo Christi quarto, ut pluribus exemplis demonstrat *De-Rossi* in *Rom. Sotterr.* II. p. 280. sq. Hinc formula " *Spiritum tuum inter Sanctos* " in titulo Christiano p. 257. *Cf.* etiam *Bullett. Crist.* a. 1871. p. 108. — *Cf. De-Vit* s. v.

**SANTŌNICUM**, i, n. 2. herba, quæ etiam itale vocatur *santonico*, idem ac absinthium santonicum. *Veget. Mulomedic.* 1. 44. 3. et 5.; 1. 45. 2.; 2. 119. 7. « Hæc præparabitur potio: abrotani uncias quattuor, santonici uncias quattuor » et *Cæl. Aurel.* 4. *Chron.* 8. 121. « Decoctione absinthii aut santonici ». V. in *Lexic.* adject. *santonicus*.

**SANTUS**, a, um, adject., i. q. sanctus in *C. I. L.* V. 8136.

**SĂPĬDIŌSUS**, a, um, adject., argutus *Virg. gramm.* 22. 2. *H.* « Hæc de dialectica arte sint dicta quam sofisticam id est argutam sive ex sapidio sapidiosam nonnulli appellaverunt ». *Cf. ibid.* 4. 2. sapido, inis.

**SĂPĬENS**, entis, p. adject. (sapio). V. voc. in *Lexico*. — Monemus genit. plur. in prosa oratione nunc in optt. mss. ubique esse *sapientium*, apud poëtas *sapientum*: *Lucret.* 2. 8. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 296. Differt porro *sapiens* a prudente, ut docet Isid. 1. *Differ.* 499. « Inter sapientem et prudentem ita discerni solet, ut *sapiens* vocetur is, qui intellectum æternorum rimatur; *prudens* vero, qui ea, quæ sensibus corporis experiuntur ».

**SAPIENTĬA**, æ, f. 1. (sapio), præter ea, quæ de hac voce in *Lexico* exponuntur, addendum: ¶ 1. Sapientia est titulus libri V. T. (græce σοφία) deuterocanonici. — ¶ 2. Sapientia est idem ac religio Christiana. *Tertull. de Pall.* 4. « Cum hanc primum sapientiam vestit, quæ vanissimis superstitionibus renuit etc. », *h. e.* statim atque Christianam religionem professi pallio induti sunt etc. — Alia V. in *Lexico*.

**SĂPĬFĬCO**, as, are, 1. (sapio), sapiens sum. *Virg. gramm.* p. 17. 19. *H.* « Omnis qui in quacumque parte sive cælesti sive terrestri puro amore et intenta sollicitudine sapificat, filosophus dicendus est recte » et 18. 18. « Multi.... sapificare incipientes a puero ».

**SĂPĬO**, is, ivi, et ii, *rarius* sapŭi, sapĕre, n. 3. V. voc in *Lexico*. — Addimus apud scriptores ecclesiasticos *sapere* utroque modo, sive transitive sive intransitive usurpari et " sapientem esse " significare in iis, quæ ad salutem æternam referuntur eaque cognoscere et facere, quæ sapientia dicta, non autem, quæ sunt secundum carnem (*Rom.* 8. 5.). Hinc *Ps.* 93. 8. « Et stulti aliquando sapite »; *Matth.* 16. 23. « Vade post me satana: scandalum es mihi, quia non sapis ea, quæ Dei sunt »; *Rom.* 12. 3. « Non plus sapere, quam oportet sapere », 12. 16. « Non alta sapientes, sed humilibus consentientes »; 14. 6. « Qui sapit diem, Domino sapit ».

**SARCA**, æ, f. 1. (σάρξ), caro, corpus. *C. I. L.* V. 8294.

**SARCĪNO**, ῥάπτω. *Gloss.* II. 427. 34.

**SARCŎGĔNA**, æ, m. 1. (σαρκογενής), ex carne natus. *C. I. L.* V. 6251.

**SARDĪNĀRIUS**, a, um, adject. (sardina), ad sardinas pertinens. *Chronogr.* ed. *Mommsen* p. 647. 26. « Polyphagus, qui manducaret vascellum sardinarium ».

**SATÆLICUS**, a, um, adject., ad Satanam pertinens. *Fulg. Aet. mund.* p. 142. 13. « Job... satælicæ (*var.* satanaicæ) superator virtutis »; *ibid.* 25. « Satælicam... (*var.* sathanaicam) virtutem obteruit ».

**SĀTICŬLUS**, seminator. *Gloss.* V. 578. 36.

**SĂTILLUM**, i, n. 2., demin. a satis. *Plaut. Trin.* 492.: « Satillum animæ qui quom extemplo amisimus ». *G.-S.*

**SAXUS**, i, m. 3., idem q. saxum. *C. I. L.* X. 4431. et XI. 137.

**SCĀLĀTIM**, adv. gradatim. *Virg. gramm.* p. 4. 1. *H.* « Ad superiora scalatim perfendiant ».

**SCALPŪLUS**, ζμίλη. *Gloss.* II. 532. 23.

**SCĀTESCO**, is, ĕre, idem ac scateo. *Oros.* 1. *Hist.* 19. 2.: « Multis prœliis undique scatescentibus ».

**SCĔLĔRĀTOR**, qui sæpius admittit scelus vel alieno scelere contaminatur. *Gloss.* V. 578. 62.

**SCĒNŌMA**, atis, n. 3. (σκήνωμα), tentorium. *Serv.* ad *Virg.* 3. *Aen.* 351. *T.*

**SCHŎLA**, æ, f. 1. V. voc. in *Lexico*. — Addimus apud scriptores ecclesiasticos scholam accipi pro dormitorio communi in cœnobiis. *Conc. Tur.* II. (a. 567.) *can.* 14.: « Nec liceat monachis cellulas habere communes, ubi aut bini maneant, aut peculiares reponi possint; sed schola labore communi construatur, ubi omnes jaceant, aut abbate aut præposito gubernante ».

**SCIBBOLETH**, indecl. (Hebr. *shibbôleth* " spica "). Legitur hoc nomen in libro *Judic.* 12. 6. Galaaditæ, fugientes Ephrathæos hostes persecuti, in Jordane transeundo ad ejus vada, cum illi se Eprathæos esse negarent, ne ab eis occiderentur, verum explorarunt per pronunciationem vocis *Scibboleth* (שִׁבֹּלֶת); Ephrathæi enim leniter et quasi blæse sibilando dicebant *Sibboleth* (סִבֹּלֶת), *sin* pro *scin* efferentes indeque agniti jugulabantur.

**SCIDĬUM**, ii, n. 2., i. q. discidium. *Fulg. Aet. mund.* p. 169. 7. « Marianæ pestis scidium civico sanguine satiatum ».

**SCIN**, indecl. nom. litteræ alphabeti Hebraici (ש) primæ et vigesimæ, hebraice שִׁין, quod idem שֵׁן *scen* = dens, lat. et spectat ad figuram ejus quæ pæne in omnibus Semitarum alphabeticis eadem est, ut ait *Gesen.* in *Lex. Hebr.*: respondet autem densiori sono *Germ. sch* vel *Ang. sh*; non confundenda cum *Sin*, leniore sono pronuntiata.

**SCĬŌMANTĬA**, æ, f. 1. (σκιά et μαντεία), umbræ evocatio. *Serv. ad Virg.* 6. *Aen.* 149.: « Duo... horum sacrorum genera fuisse dicuntur: unum necromantiæ... et aliud sciomantiæ » et *ibid.* « In sciomantia vero, quia umbræ tantum est evocatio, sufficit solus interitus ».

**SCŌRUSCĀTIO**, ōnis, f. 3. scoruscatio, scorusco et scoruscus, præmissa litt. sibilanti, vulgo usurpata fuisse pro coruscatio, corusco et coruscus patet ex *Gloss.* III. 347. 16. et *al.* « Scoruscatio ἀστραγή », *Vulg. Ital. Matth.* 24. 27. (ubi *scoriscatio*), et *Luc.* 9. 29. *Cf. Loewe Prodr. Gloss.* 355-356 et *Prob. Append. gramm.* IV. 198. 3. ubi: « coruscus, non scoriscus ».

**SCRIBO**, ōnis, m. 3. *Gloss.* V. 515. 12. « Scribo, scribonis, scriptor, qui scribere scit ». *Cf. Gloss.* V. 572. 32.

**SCRĪNĬUM**, ii, n. 2. V. voc. in *Lexico*. — Accipitur etiam pro scriptura in eo condita atque reservata. *Tertull. Apol.* 19. « Deos vestros ipsa templa et oracula et sacra unius interim prophetæ scrinium sæculis vincit ».

**SCRIPSĔRO**, as, avi, atum, are, 1., scribo. *Virg. gramm.* p. 137. 27. sqq. *H.* « Multi nostrorum, maxime Gallorum, hoc verbum primæ conjugationis esse opinantur, ut dicant sepe " scripseravi " et " scripserabo " ac " scripserare " et cetera ».

**SCRIPTRIX**, tricis, f. 3. (scribo), quæ scribit it. *scrittrice. Grammat. inc. de Orthogr.* VII. p. 299. 16. et 301. 6. *Hag.*

**SCRŪTĀMEN**, inis, n. 3. (scrutor), scrutatio. *Joh. Diac. ad Senar.* 2. « Requiro.... scrutinium quid sit, aut quare tertio ante Pascha scrutinentur infantes, aut quid sibi hæc districtio vel sollicitudo scrutaminis vindicet etc. ».

**SCRŪTĀTĒ**, adv. idem ac scrutanter, diligenter. *Virgil. gramm.* p. 159. 28. *H.*

**SECEL**, hebraice id. q. siclus, unciæ pondus. *Isid.* 16. *Orig.* 25. 18. et *Gloss.* IV. 283. 7.

**SECUNDARIE**, adv., opp. *principaliter* ap. *Virg. gramm.* p. 52. 3. *H.* « Objurgant dicentes indicativum modum... principaliter ussurpatum imperativum autem secundarie semper habitum ».

**SĒDĒNI**, æ, a, (sex *et* deni), nomen numerale distributivum. *Anth. Lat.* 680. 15.: « Sedenis Februus cito solus ab omnibus errat ».

**SEIROMĀSTĒS**, is, m. 3., genus hastæ. *Hieron. Epist.* 147. 9. « Cave ne te Phinees cum Madianitide fornicantem seiromaste configat ».

**SĒMĒDIUS**, a, um, adject., nec totus inusitatus nec totus usitatus. Ita *Virg. gramm.* p. 89. 6. *H.*

**SĒMIĀRĬDUS**, a, um, adject. non omnino aridus. *Herm. Past.* 3. 8. 1. et *al.*

**SĒMICŪPĬUM**, ii, n. 2. (it. *semicupio*, gr. ἐγκάθισμα) term. med. *Cass. Fel.* p. 135. 17. « Etiam ex calida (*aqua*) et oleo semicupio depositis embasim adhibebis »; et p. 152. 22. « In calida semicupio depositum usque ad guttur embasi adhibita fomentabis ».

**SĒMIDĪRŪTUS**, part. ab inus. *semidiruo*, non plane diruo. *Don.* ad *Virg.* 3. *Aen.* 3. « Esset enim solacium in adversis si aliquid saltem (*Troiæ*) semiustum vel semidirutum remansisset ».

**SĒMIGRĀVĀTUS**, a, um, partic. (ab inus. *semigravo*), non omnino gravatus. *Virgil. gramm.* p. 152. 5. *H.*

**SĒMĬTŬLA**, æ, f. 1., nom. demin. a *semita*, parva semita, *Virgil. gramm.* p. 19. 12.; 132. 27. et 31. *H.*

**SEMNĪON**, (σεμνός), v. *Lexic.* — Alio sensu: *Gloss.* IV. 169. 34. « Semnion, monasterium » et *Gloss.* V. 422. 29; 431. 20; 624. 9. « honestorum conventiculum ».

**SEMPĔRUM**, adv. semper. *Jord. Get.* 48. 249. et 251.

**SĒMUNCĬDEŪNX**, ūncis, f. 3., semiuncia et deunx. *Metr. Script. Reliq.* II. p. 73. 26. et 74. 1. *H.*

**SEPTESEMIODIALIS**, e, adject., obscuræ significationis. *Inscr.* ap. *Dessau* 2880. et 2881., ubi *pitulus* septesemiodialis. Πίτυλος, adnotavit *Mommsen*, strepitus est remi aquam percutientis usurpaturque item pro ipso remigio; sed quomodo miles hoc vocabulo appellari potuerit et quid omnino sibi velit vocabulum *septesemiodialis*, obscurum est. Ita *Dessau* in h. loc.

**SĒRĀTISSIMUS**, a, um, adject. superl. ab inus.

posit. *seratus*, ut *seratissima conviviæ* ap. *Virg. gramm.* 106. 11. *H.*

SERPENTĪFŌRMIS, e, adject., qui habet formam serpentis. *Interpr. Iren.* 1. 30. 5.

SESSŪLUS, a, um, adject. sessioni inserviens. *Jul. Val.* 1. 24.

SEXCUPLĀRIS, e, adject. (sexcuplus), i. q. sexcuplus. *Chalc. Tim.* 35. « Epitriti et sexcuplares et duplices et triplices... numeri sonique nascuntur »; 46. « Numerus sexcuplaris », *ibid.* « rationem sexcuplarem »; 92. « potentia sexcuplaris ».

SEXTĀRĪĀTĪCUM, i, n. 2., onus quod exigebatur a colonis supra singulos sextarios. *Greg. M.* 1. *Epist.* 44.: « Iniquum et injustum esse prospeximus, ut a rusticis Ecclesiæ de sextariaticis aliquid accipiatur ».

SICLOSESCLUS, i, m. 2., siclus cum sextula. *Metrol. Script. Rel.* II. p. 128. 3.

SĪDĔRO, as, āre, a. 1., i. q. considero. *Virg. gramm.* p. 34. 11. *H.* « O Virgili, primum sidera ne... credas ».

SĪDĔRŌSUS, ἀστροπλήξ, ἐπιληπτικός. *Gloss.* II. 183. 41.

SĪLĪCĪDA, σκληρουργός. *Gloss.* I. 183. 57.

SĪMŌNĪĂCUS, a, um, adject., ut *hæresis simoniaca h. e.* Simonis Magi ap. *Greg. M.* 11. *Epist.* 46. « Errorem simoniacæ hæreseos compescat »; et 5. *Epist.* 55. « Nobis est nuntiatum quod sacri ordines per simoniacam hæresim, id est accepto præmio conferuntur ». Adde *ibid.* 5. 67.; 4. 13. etc.

SĪNĀPĪDIARE, ungere. *Gloss.* III. 605. 19.

SINGILLO, as, āre, a. 1. secerno. *Virgil. gramm.* p. 160. 3.-6. *H.* « Singillo trite legitur juxta illud Domini... dicentis: non est mediocris vel facilis negotii bonum singillare a malo ».

SĪSĪMUS, (σεισμός), terræ motus. *Gloss.* V. 150. 31.

SĪTĪUNCULA, ὕδρα ἢ διψάς. *Gloss.* III. 433. 12.

SĪTŌNĪCUM, i, n. 2. (σιτωνικόν), vox absolute sumpta ex adject. σιτωνικός; locum indicat, ubi reponuntur frumenta, horreum publicum. *Greg. M.* 1. *Epist.* 2. « Tanta (*frumenta*) transmissa sunt, quæ.... ad replendum sitonicum redderentur ». Cf. *Sitona* et *Sitonia* in *Lexico*, quæ omnia a σῖτος, frumentum, deducuntur.

SŎDŎMĪA, æ, f. 1. turpissimum vitium, a Sodoma, urbe Palæstinæ, hac turpitudine inquinata et igne succensa, nomine accepto. *Greg. M.* 10. *Epist.* 4. « Sodomiæ illum scelere maculatum ».

SŎLĪDĀTŌRIUM, κόλλητήρ. *Gloss.* III. 325. 65.

SORDĪTAS, ātis, f. 3., sorditia, sorditudo. *Salonius* in *Prov. Salom.* 53. *Migne* 986.B « Si aliquam sorditatem vitiorum inveneris, citius castigare et emundare stude ».

SPERNĪBĪLIS, καταφρονητής. *Gloss.* II. 345. 1.

SPONDŎLUS, i, m. 2., idem ac spondylus. *Gloss.* V. 40. 13.; V. 100. 6.; V. 152. 5.

SPRĒBĪLĪTAS, ātis, f. 3. (sperno), contemptus. *Fulg. Cont. Virg.* p. 100. 18. « Sprebilitatis dejectione torquetur ».

SQUAMĔO, λεπίζω. *Gloss.* II. 359. 27.

STĂBŪLĀNUS, stabularius. *Gloss.* IV. 393. 17.

STAGNO, as, etc. V. voc. in *Lexico.* — Alia significatione est secerno metalla mista. *Gloss. Scal.* V. 631. 33.

STĂTŪTE, adv. certe, syn. definite. *Virg. gramm.* p. 159. 23. *H.*

STAURO, as, āre, a. 1., instauro. *Fulg. Aet. mund.* p. 153. 16. « Suæ victoriæ cruciatu staurat interitum ».

STILLĀMENTUM, i, n. 2. stillicidium, transl. *Fulg. Aet. mund.* p. 149. 16. « Imber carneus contra naturam pinnigero guttarum stillamento dilabitur ».

STŪPRŌSĒ, adv. (stuprosus), stupre, turpiter. *Greg. Tur.* 2. *Hist. Franc.* 12. « stuprose detrahere ».

STȲRĀTA, æ, f. 1., styrax. *Plin. Valerian.* 1. 2. « Styratæ uncias tres » pro *styracæ*: ut videtur.

SUBDĒDŪCO, is, etc., a. 3. subicio. *Cass. Fel.* p. 170. 2. « Venter.... clystere subdeducendus erit ».

SŪBĒRECTĪO, ōnis, f. 3. (suberigo), modica erectio. *Cass. Fel.* p. 187. 15. « præcordiorum suberectio ».

SŪBĪNĀNĪO, is, ire, a. 4., vacuefacio. *Cass. Fel.* p. 75. 20. « subinanire ventrem ».

SŪBINSĀNUS, παρεμμανής, παρακεκακωμένος, cerritus, garriosus. *Gloss.* II. 562. 18.

SUBITANTER, adv., subito, mox, cito. *Fulg. Aet. mund.* p. 141. 19. « (*Abraham*) jubetur relinquere subitanter quæ habuit ».

SUBJUNCTIM, adv., conjunctim. *Virg. gramm.* 150. 3. *H.*

SUBLĒNIS, e, adject. suavis. Est tantum form. compar. sublenior in *C. I. L.* X. 2936.: « Te nemo sodalibus tuis sublenior », *sc.* suavior v. submissior.

SUBLONGUS, ἐπιμήκης. *Gloss.* III. 329. 36.; 493. 41.; 519. 10.

SUBMĪNISTRĀTŌRĪUS, a, um, adject., subministrando inserviens. Translate *Virg. gramm.* 43. 8-9. « Pronomen autem est pars subministratoria orationis, quæ quidem absque nominis amminiculo infirma esse videtur ».

SUBNARRĀTIO, non legitimæ causæ narratio. *Gloss.* V. 659. 23.

SUBNŌXIĀVIT, subnoxios fecit. *Gloss.* V. 580. 1.

SŬBOSTENDO, is, ĕre a. 3., aliquantum ostendo. *Virg. gramm.* 128. 9. *H.*

SUBSĒDĔO, es, ĕre, n. 2., i. q. subsideo v. subsido, opp. superequito. Translate *Virg. gramm.* 31. 2. *H.* « Superlativus... omnibus superequitat, sicut et possitivus omnibus subsedet ».

SUBSPISSUS, a, um, adject. aliquantum spissus, ut *subspissus pulsus* ap. *Pseud. Soran.* p. 279. *Rose.*

SUBSŪMEN, ἀνακολαφή ὑποκόλαμμα. *Gloss.* II. 191. 14.

SUBTERFŪGĪUM, ὑποφυγή. *Gloss.* II. 193. 27.; καταφυγή II. 345. 3.; 505. 52.; 532. 41.

SUBTORRĔFĂCTUS, part. ab inus. subtorrefacio, aliquantum torrefactus. *Cass. Fel.* p. 129. 8. « (*potio*) ervi subtorrefacti ».

SUCCENTĪO, ōnis, f. 3. (sub *et* cano) term. mus. de quo ita *Fav. Eul.* p. 15. 16. *H.* « Ubi nimius incitatiorque pulsus (*chordarum*) est, accentio vocitatur, succentio vero cum lenior tardiorque pulsatio est ».

SŪMĔO, es etc., i. q. sumo, fut. *sumebit*, ap. *Fulg. Aet. mund.* p. 138. 14. *Helm.*

SŬPĔRADUSTĪO, ōnis, f. 3., nimia adustio. *Cass. Fel.* p. 51. 11. « (*Collyrium libianum*) convenit et doloribus et superadustionibus et diruptionibus ».

SŬPĔRAGĪUS, a, um, adiect., sanctissimus. Vox hybrida — *super* et ἅγιος, *sanctus.* Legitur in *Inscr.* in opere musivo, quod extat in pariete S. Mariæ Majoris Romæ, illustrata a *De-Rossi*, qui aliam etiam interpretationem admitteret, si vox corrupta putetur pro *superaggere* (nempe *super aggere* Servii Tulli), quo vocabulo situs templi indicaretur.

SŬPĔRĔQUĪTO, as, are, n. 1., supra v. ante alios equito, opp. subsedeo. Translate *Virg. gramm.* 31. 2. *H.*

SŬPĔREXŪBĔRO, as, āre, n. 1., superabundo, redundo. *Fulg. Aet. mund.* p. 174. 2. « Ubi exultavit malitia, superexuberat gratia ». (Cf. *Vulg. Rom.* 5. 20.).

SŬPĔRINSURRECTIO, ōnis, f. 3. i. q. extantia v. prominentia. *Cass. Fel.* p. 42. 9. « Cum pustularum superinsurrectione ».

SŬPĔRINUNCTŌRIUM, adject., (super *et* inungo) sc. collyrium, genus quoddam collyrii « quod Græci yperenchriston (ὑπερέγχριστον) vocant » *Cass. Fel.* p. 59. 4.

SUPPĔTĪTOR, ōris, m. 3. (suppeto), qui ad petita alia addit. *Don.* ad *Virg.* 9. *Aen.* 284. « (*Oro*) unum, inquit, ne post tanta quæ promissa fuerant odio suppetitor fieret ».

SURCŬLĀTOR, fossor. *Gloss.* II. 594. 24.

SURTĀRĪA, æ, f. 1., vestis genus vel scutum ubi sunt pictæ imagines. *Greg. M.* 9. *Epist.* 52. « Dereximus tibi surtarias duas, imaginem Dei Salvatoris et sanctæ Dei genitricis Mariæ, beatorumque apostorum Petri et Pauli continentes ». Alii leg. *scutarias.*

SUSPĪCIENTER, venerabiliter. *Gloss.* IV. 180. 26.; 289. 37.; 571. 26.

SUSPĪCIENTIA, æ, f. 1. (suspicio), reverentia, admiratio. *Cassian. Coll.* 23. 16. « (Paulus) quem nostis esse apostolum Christi, quem tota suspicientia veneramini etc. » — *Gloss.* V. 465. 7. et 514. 50. « Suspicientia, admiratio ».

SYLLĀBŪLA, æ, f. 1., dem. a syllaba. *Virg. gramm.* p. 16. 16. *H.* « primam acuimus syllabulam et novissimam calcamus ».

SYNŎDĀLĪTER, adv. (synodalis), juxta synodi præscriptum. *Synod.* V. *Rom.* sub Symmacho Papa celebrata a. D. 503. « Hic libellus integerrime synodaliter ab omnibus teneatur...; quia synodali auctoritate conscriptus est et roboratus ».

SYNTHRŎNUS, consessor. *Gloss.* V. 579. 21.

SȲRINGŌTŎMUM, i, n. 2., ferrum quo utuntur medici ad incidendas fistulas. *Cass. Fel.* p. 30. 13. « Melius est fistulam ferro nudare, id est ex flebotomo vel syringotomo appellato ». (Cf. *Gal.* 10. 415. τὰ καλούμενα συριγγοτόμα... τῶν μαχαιρίων).

## T

TÆDESCO, is, ĕre, inchoat. a tædere. Præter form. impers., ut in Lexico s. V. tædescit, habet form. pers. in *Gloss.* II. 431. 32. « tædesco σικχαίνομαι » et II. 219. 24. « ἀηδίζομαι ».

TÆSUS, odiosus (tædo). *Gloss.* IV. 291. 44. et 574. 18.

TĀLĪTAS, ātis, f. 3. (talis). *Virgil. gramm.* p. 48. 12. *H.* « Qualitas talitas, quantitas tantitas ».

TATANS, interjectio gemendi. *Virgil. gramm.* p. 176. 10. *H.*

TĀXĀTIUNCULA, brevis taxatio. *Gloss.* IV. 424. 36.

TĀXIŌTA v. TAXEŌTA, æ, m. 1., officialis. *Gloss.* V. 516. 25. et *al.* — Occurrit etiam ap. seriores jurisconsultos.

TECTAMENTUM, καλυπτήριον. *Gloss.* II. 337. 59.

TECTO, ἐπικαλύπτω. *Gloss.* II. 308. 28.

TECTORIATUS, tecto coopertus. *Gloss.* V. 398. 16. et 631. 47.

TĔGO, as, are 1., id. q. tego, is, sed figurate. *Virg. gramm.* p. 59. 1. *H.* « Tego, tegas celatio consilii est, at tego, tegis tectum visibile significat ».

TĔGŪLĀTUS, part. ab inus. *tegulo*, i. q. tego. *Fulg. Aet. mund.* p. 138. 18. « tegulato latere ».

TĔNŌR, ōris, m. 3. (teneo), liber in quo describuntur expensæ seu regestum. *Greg. M.* 2. *Epist.* 32. « Scripsisse memini ut legata quæ ex tenore Antonini defensoris a nobis debentur monasteriis vel aliis.... solverentur ». — Alio sensu V. *Lexicon.*

TERMENTŌRĪUM, ἀπόπαγμα. *Gloss.* II. 238. 57.

TERRĪBŎRĪUM, ii, n. 2., solum tritum bubus et aratro. Est vox a *Servio* ad *Virg.* 5. *Aen.* 755. conficta in territorii etymo exponendo. « Territorium dictum est quasi terriborium tritum bubus et aratro ».

TERRĪCĪPĪUM, foveam. *Gloss.* V. 485. 68. et 516. 39.

TESSĂRESCÆDĔCĂTĪTÆ, arum, m. plur. 1. dicti, qui XIIII luna Pascha cum Judæis servandum contendunt; *tessara* enim quattuor, *deca* decem significant. *Isid.* 8. *Orig.* 5. 61. Adde *Mar. Merc. Nest. Eph. Syn.* « Anatematizans omnem hæresim, et maxime tessarescædecatitarum ».

TESTĪMŌNĪUM, ii, n. 2. (testor), significat etiam eloquium. *Vulg. Ps.* 92. 5. « Testimonia tua credibilia facta sunt nimis » *h. e.* eloquia Dei sunt valde (*nimis*) credibilia, plenam fiduciam merentur; ejus enim fidelitas ac veracitas certissimæ sunt. V. plura in *Lexico.*

TETRĂSYLLĂBĀTUS, a, um, adject. quattuor syllabis constans. *Virg. gramm.* p. 155. 22. *H.* « Ad tetrasyllabata transeamus, quæ sic declinantur: intellego etc. ».

THĒĒ, indecl. (hebr. *tha'* « conclave »: LXX. θεέ). Est igitur conclave, quam vocem cum aliis

similibus recenset *Eucher.* 2. *Instr.* 3. « Thee, thalamos etc. ».

THĒOS, græce, Deus latine. *Gloss.* V. 42. 18. et 101. 26. « Theos, Deus est; atheos dicitur qui caret Deo » v. qui Deum negat.

THĪA, æ, f. 1. (θεία), i. q. amita. *Greg. M.* 1. *Epist.* 39. « Domnæ Pateriæ thiæ meæ ».

THĪRŎFĂGUS, i, m. 2. (θηροφάγος), qui feras manducat. *Fulg. Aet. mund.* p. 166. 15. « Dicam... inertes thirofagos ».

THŌRĀCICLA, sculptæ imagines. *Gloss.* V. 396. 1.; sculpta imago pectoralis usque ad pectus in auro vel in quolibet, derivata a thorace quod est pectus. *Gloss.* V. 624. 27. (fort. sync. a thoracicula v. thoraciculum).

THRĒNÆ, arum, f. plur. 1., id. q. threnus. *Schol. Lucan.* 6. 648.: « Inde vocatus est Threnarus; nam threnæ dicuntur lamentationes ».

TOFUS, a, um, adject. cavus. *Schol. ad Lucan.* 1. 236. *Web.* « Tuba, quasi tofa, id est cava ».

TOLUS, τριπτήρ. *Gloss.* II. 198. 56. Τριπτήρ est, qui terit, tritor vel prelum aut vas in quo aliquid teritur.

TONDĪTO, as, āre, a. 1. frequent., sæpe tondeo. *Gloss.* IV. 185. 40. et *al.* « tonditantes, sæpe tondentes ».

TONITRUALIS, e, adject. (tonitrus). V. voc. in *Lexico.* — Apud *Cic.* 1. *Divin.* 72. « rituales libri » legendum pro *tonitruales*. V. RITUALIS.

TONITRUO, is, ĕre, n. 3., idem ac tonitruare. *Virg. gramm.* p. 91. 9. *H.* « Hic (*Virgilius Assianus*)... aiebat de tonitruo... spiritum esse inusitati venti, qui præstitutis temporibus mundo intonat et cujus sonus tonitruit ».

TONSŪRĀTOR, ōris, m. 3., unus ex illis qui præpositi erant colonis seu possesseribus prædiorum Ecclesiæ Romanæ, qui erant tonsurati in signum subjectionis more Romanorum. *Greg. M.* 9. *Epist.* 62. « Pervenit ad nos quod tonsuratores in Sicilia prava sibi præsumptione nomen defensorum sumerent ».

TORMENTĀLIS, e, adject., ad tormentum pertinens. *Fulg. Aet. mund.* p. 153. 12. « Tormentalis ultio ultio facta est pœnæ ».

TORMENTĀLITER, adv. moleste, acerbe. *Fulg. Aet. mund.* p. 153. 10. « Carent tormentaliter heiulantes quod læti invaserant triumphantes ».

TORQUĪMENTUM, tormentum. *Gloss.* II. 595. 37.; βάσανος II. 505. 68. et 532. 54.

TRABS, is, f. 3. V. voc. in *Lexico.* — Ad modum scribendi quod attinet, præter ea, quæ ibi leguntur, addendam putamus formam *traps*, quæ ap. *Nonium* p. 262. 32. *L.* et in commate et in versu *Varronis* legitur, nempe *Sat. Men. loc. cit.* Cf. *Charis. gramm.* I. 42. 13. et *Cassiod. de Orthogr. gramm.* VII. p. 159. 22.: « Traps et urps per *p* debent scribi ».

TRACTĪVUS, a, um, adject., ut « tractiva... (nomina), quæ in diversas species possunt dividi, ut animal, arbor ». *Inc.* in *cod. Bern.* p. XXVI. *Hagen.*

TRANSGRESSIŌNĀLIS, e, adiect., ad transgressionem v. culpam pertinens. *Fulg. Aet. mund.* 135. 17. « Adæ peccantis transgressionale plantarium ».

TRAULUS, (τραυλός), blæsus, raucus. *Gloss.* V. 571. 20.; 526. 27. *coll.* II. 458. 18. Cf. TRAULIZI in *Lexico.*

TRĬCĂMĔRUS, a, um, adject., tres habens contignationes, i. q. tricameratus. *Fulg. Aet. mund.* p. 138. 4. « Aedificat arcam sapienter tricameram ».

TRĬFŌNUS, a, um, adject., triplici sono seu pede v. metro constans. *Virgil. gramm.* p. 15. 3. *H.* « Sunt qui adiciunt trifonos aut quadrifonos versus ».

TRĪLUSTRĬUM, ii, n. 3., spatium trium lustrorum. *Fulg. Aet. mund.* 138. 11.

TRĬPĔDĬCA, æ, f. 1., pedica triplex v. tripus. *Greg. M.* 2. *Dial.* 30. « Dum ad beati Iohannis oratorium... pergeret, ei antiquus hostis in mulomedici specie obviam factus est, cornu et tripedicam ferens ».

TRĪSSYLLĀBĀTUS, a, um, adject., id q. trisyllabus. *Virg. gramm.* p. 155. 20. *H.*: « trissyllabata verba ».

TRISTOR, āris, etc. V. voc. in *Lexico.* — Apud *Senec. de Prov.* 2. 5. et *de Ira* 2. 7. 1. legend. nunc est *contristari*.

TRĬVĬUM, ĭi, n. 2. V. voc. in *Lexico.* — Addimus trivium significare tres disciplinas, ut in *Schol. Vindob.* ad *Hor. Art. pöet.* 307.

TRYPHERA, æ, f. 1., genus medicamenti, de quo *Scrib. Larg.* p. 92. 29. *H.* « Melior tryphera - hoc enim nomen superius positum (*cap.* 229) medicamentum appellatur - facit ad omnia quæ ferro debent tolli sine magno dolore ».

TURBĪDO, ĭnis, f. 3., venti vertigo. *Gloss.* IV. 425. 19.; perturbatio *Gloss.* V. 517. 47. et *al.* Cf. *Lœwe Prodr. Gloss.* 411. et *Gloss. Nom.* 145.

TURMARCHA, qui præest exercitui. *Gloss.* V. 487. 53.

## U

ULCĔRŬLENTUS, a, um, adject. ulcerosus, ut *ulcerulenta cicatrix* ap. *Fulg. Aet. mund.* 151. 8.

ŪLĪGO, ĭnis, f. 3., herba palustris. *Gloss.* V. 336. 62. — Alio sensu in *Lexico.*

ULLŬLUS, a, um, adject. demin. ab *ullus. Virg. gramm.* p. 48. 21. *H.*: « Deminutiva sunt ut solulus ullulus ».

ULTOR, ōris, m. 3. (ultus), judex. *Gloss.* IV. 194. 22. et 580. 17. — Alio sensu in *Lexico.*

ULTUĪRE, vindicare vel ulcisci. *Gloss.* IV. 194. 25.; 580. 21. et *al.*

ŪNĬCOLEUS, μόνορχις unitestis (q. v. infra). *Gloss.* II. 373. 2.

ŪNĬPĒS, μονόπους. *Gloss.* II. 373. 1.

ŪNĬTESTIS, μόνορχις unicoleus (q. v. supra). *Gloss.* II. 373. 2.

ŪRĬDO, urens ventus. *Gloss.* V. 399. 8.

ŪRIS, is, m. 3., idem ac urus, bos agrestis, silvaticus. *Gloss.* ap. *Loewe, Prodr. Gloss.* p. 175. et *Gloss.* V. 400. 16. « uris, urum ». V. URUS in *Lexico.*

URSAR, āris, n. 3., instrumentum poliendo pavimento inserviens. *C. I. L.* XIII. 5708.

USPIS, indecl. *Virg. gramm.* p. 45. 2. *H.* « Non nulla (*pronomina*) solo nominativo flectuntur, ut uspis, unde uspiam ».

USSĪTAT, frequenter comburit. *Gloss.* V. 528. 2.; 583. 17. (frequentat. ab *uro*); comburit *Gloss.* IV. 196. 13. et *al.*

USTRAX, acis, 3. ignis. *Virg. gramm.* p. 6. 13. *H.* « Ustrax de urendo ».

ŪSURPĀTĬO, ōnis, f. 3. (usurpo), nominatio, præsumptio, usus. *Gloss.* IV. 403. 20. — Alio sensu v. in *Lexico.*

ŪTĬLIS, e, adject., (utor), qui in usu est. *Tertull. Pall.* 3. « Pars vero (*indumentorum*) passivitus omnibus utiles, ut hoc pallium ».

ŪTRĀRĬUS, ii, m. 2. (uter), v. *Lexicon.* — Alio sensu, *Gloss.* III. 307. 6.: Utrarius ἀσκοποιός. Form. *utriarius* in *Gloss.* II. 248. 2.

ŪTRĬCĬUM, ἀσκίον. *Gloss.* II. 247. 52.; III. 467. 2. et 486. 37. id. q. utriciscus, q. V. v. in *Lexico.*

UTRĬCŬLŌSUS, a, um, adject. (utriculus), de genere quodam hydropicæ passionis prædic. *Cass. Fel.* p. 181. 7-8. « Sunt distantiæ passionis duæ, quarum una a veteribus ascites nominatur, id est utriculosa, ab epatis vel splenis saxietate creata ».

UTRUMQUĀLIS, (unica voce), agnoscitur ab incerto apud *Hagen Anecd. Helv.* p. 299. 20.

UXŌRO, as, ātus, āre, a. 1., uxorem duco. *Virg. gramm.* 22. 19. de muliere infatua quæ uxorata est. Cf. *ibid.* 86. 16.

## V

VABRA, (vabrum) idem ac vafra, vafrum, in *Gloss.* IV. 576. 33. « vabra callidus artificiosus »; unde argui potest vulgo hanc formam per litterarum commutationem usurpatam fuisse.

VĂDĀTOR, (vador), fidejussor. *Gloss.* II. 596. 27.

VĂDOR, ōris. *Gloss.* V. 488. 11. et *al.*: Vadoribus, sequacibus.

VALVĪTOR, ostiarius. *Gloss.* V. 488. 26.

VĀNĪTO, as, āre, n. 1., vanitati indulgeo, vanus sum. *Augustin. de Mor. Eccl.* 1. 21. 39. « Exsequitur omnia, vanitantes esse eos qui rebus hujusmodi falluntur », ubi paullo supra etiam *Eccle.* 1. 2. ita citatur: Vanitas vanitantium, dixit Ecclesiastes, vanitas vanitantium et omnia vanitas. Postea tamen *Retract.* 1. 7. 3.; « Quod posui de libro Salomonis: Vanitas *vanitantium*, dixit Ecclesiastes; in multis quidem codicibus legi, sed hoc Græcus non habet; quod postea vidi; et inveni eos Latinos esse veriores, qui habent *vanitatum*, non *vanitantium* ».

VĀRĬCO, ās, etc. et

VĀRĬCOR, āris, etc. Quod attinet ad primam formam, cum significat divarico, prior syllaba longa est; cum vero pro varior accipiatur, brevis debet esse, ut in *varius*, quod recte monet *Furlanetto.* — Ad secundam deponentis formam quod attinet, a quibusdam usurpata dicitur, sed analogia tantum, ut puto, potest firmari, *prævaricor* inspecto.

VĀRĬFĀRĬUS, a, um, adject., varius. *Virg. gramm.* p. 132. 2. *H.* « Nescientes quod latinitas tanta sit et tam profunda, ut multimodis varifariis explicare sensibus necesse sit ».

VARĬŎLĀTUS, a, um, adject., pustulatus, de cautere *Cass. Fel.* p. 38. 6. Cf. *Galen.* 11. 76. *Cæl. Aur.* p. 553. pustulatus.

VAROVERRIMUS, vox corrupta, quæ legitur apud *Auct. Lib.* 1. *Colon.* p. 250. *Grom.* ed. *Lachmann.*

VAS, vădis, m. 3. V. *Lexic.* Alio sensu: « Vades dicuntur qui legaliter causas agunt ». *Gloss.* V. 251. 36. Adde form. nomin. *vadis* ap. *Ennod. Vita Epiph.* p. 348. 19. H.

VELLĪTĬO, γαργαλισμός. *Gloss.* II. 261. 41.

VEMARUM, genus herbæ quod in locis humidis nascitur. *Gloss.* V. 488. 46. et 527. 18.; herba IV. 578. 40.

VENTER, tris, m. 3. V. voc. in *Lexico*; id tantum addimus ad declinationem quod attinet, genet. plur. esse semper *ventrium*. V. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 157., *Solin.* 32. 26., *Arnob.* 7. 24. etc.

VENTĪLĀBĬLIS, e, adject. (ventilo), qui potest ventilari. *Virg. gramm.* p. 148. 1. *H.* « De optativo quoque modo famosa et ventilabilis quæstio nascitur ».

VENTRĪCŌSUS, a, um adiect., ventrem magnum habens, ventriosus. *Schol. Pers.* 3. 31. et *Gloss.* II. 596. 50. « Ventricosus, magnum ventrem habens ».

VERBĪGĔRĀTIONE, sermocinatione. *Gloss.* IV. 190. 24. et V. 414. 60. v. VERBIGERO.

VERMICULATIM, minutim. *Gloss.* V. 649. 8.

VERNĀCŬLĀTIM, adv. modo vernaculo, ad nostram regionem accomodate, familiariter. *Virgil. gramm.* p. 117. 24. *H.* « Dativus cassus vernaculatim verbum neutrale demonstrat ».

VERNICĀRĬUS, a, um, adject., de genere quodam nitri. *Cass. Fel.* p. 129. 14. Cf. *Galen.* 6. 430. νίτρου τοῦ βερενικαρίου καλουμένου et *Orib.* 6. 239. bernicarion.

VĔRNŬLĀRIS, e, adject. (vernula), servilis, de igne Sinai montis *Fulg. Aet. mund.* p. 148. 10. « vernularem (*sic*) præbens obsequium ».

VERSĀTOR, habitator. *Gloss.* V. 492. 53.

VERTĪGO, ĭnis, f. 3. (verto), tempestas, a vertendo. *Gloss.* IV. 190. 34. et *al.* Cf. *Loewe, Prodr. Gloss.* p. 120.

VERTO, is, etc. V. voc. in *Lexico.* — *Vertere capillum* ap. *Tertull. de Virginib.* 12. non idem significare videtur, ex vi verbi, ac intorquere. Monent verba illa 2. de Cult. fem. 6. « Video quasdam et capillum croco vertere », quæ de mutatis tinctisque crinibus intelligere est apud veteres.

VĔRŬACTUM, i, n. 2. Terra proscissa aratro, id est vomere actum. *Gloss.* II. 206. 18. *Isid.* 17. *Orig.* 2. 5.: « Veruactum dicitur, quasi vere actum, id est verno aratum ». Cf. *Gloss.* V. 252. 22.

VESPĪLĬĀTOR, τυμβωρύχος. *Gloss.* II. 461. 1.

**VESTĪMENTICŬLUM**, i, n. 2., nom. dem. a vestimentum, parva vestis. *Ps. Aug. Serm.* 152. 5. « Evenit ut per negligentiam vestimenticula mea, quæ debuerunt accipere pauperes, devorarentur a tinea ».

**VĔTURNUS**, vetustus. *Gloss.* IV. 190. 12.; veturnus et vetustus, παλαιός *Gloss.* II. 207. 49.

**VIĀTĬCUM**, i, n. 2. V. *Lexic.* — Addimus hujus vocabuli in re christiana significationes. — 1.° latiore sensu viaticum est id omne quod ad securum ex hac vita discessum proderat, sc. pro pœnitentibus absolutio, baptismus pro catechumenis, quo ex corpore recedentes defraudari vetat ex antiquæ legis regula *Conc. Nicænum Can.* 12. — 2.° Stricto sensu est Sacra Eucharistia quæ graviter ægrotis affertur. *Paulin. Vita s. Ambros.* 47.: « Honoratus... sacerdos... descendens, obtulit sancto Domini corpus: quo accepto, ubi glutivit, emisit spiritum, bonum viaticum secum ferens; ut in virtute escæ anima refectior, angelorum... consortio... lætetur ». *Greg. M.* 4. *Dial.* 15.: «(Romula) viaticum petiit et accepit » 5. *Epist.* 7.: « (Saturninus) viaticum tantummodo exitus sui tempore percipiat ».

**VICTŌRĬO**, as, ātum, āre, n. 1. (victoria), victoriam assequor, vinco. *Virgil. gramm.* p. 140. 29. *H.* « Nam cum dicis victorio, nescio quomodo ad meditationem pertineat, quodcumque sensu intelligatur; sive ut nos dicimus, quandoque vincamus, sive ut quidam, volo vincere » Cf. **VICTORIOR** dep. in *Lexico*.

**VILICĬO**, onis, genus seminis, i. q. ami. *Cass. Fel.* p. 112. 1. « Ameos, idest seminis vilicionis ». Adde p. 124. 11.

**VĪRĬSSO**, as, āre, 1., viriliter sapere v. facere. *Gloss.* IV. 193. 27. et *al.*: « virissat, viriliter sapit »; V. 527. 46. « viriliter facit »; V. 582. 55. « virissant, viriliter faciunt ».

**VĬTĬĀTIM**, adv. vitiose. *Virg. gramm.* p. 159. 11. *H.* « Necnon etiam ex communis ac deponentis participiis idem doctor (Galbungus) adverbia venire nisi vitiatim abneget ».

**VITRUM**, i, n. 2. V. voc. in *Lexico*. — Addimus proverbium. « Si tanti vitrum, quanti margaritum? » ad significandam ingentem rerum inæqualitatem et distantiam. *Tertull.* ad *Martyr.* 4. Cf. *Hieronym. Epist.* 79. 7. « Si tanti vilissimum vitrum, quanti pretiosissimum margaritum? ». *Epist.* 107. 8. et 130. 6.

**VŌCISSĀRE**, vociferare. *Gloss.* IV. 195. 48. et *al.*

**VŎLŬCRE**, subst. pro *volucris*, ap. *Vulgat. Jer.* 12. 4. « Consumptum est animal et volucre ».

**VŎLUNTĀTIM**, adv. ex voluntate. *Virg. gramm.* p. 160. 9. *H.*: « Nonnulli etiam ex primis nominibus venire adverbia suspicantur, ut partim, quod sit ex parte dictum, et voluntatim ex voluntate ».

**VORRI**, edaces. *Gloss.* IV. 195. 41. et *al.* Cf. *Loewe Prodr. Gloss.* p. 430.

**VORSUM**, i, n. 2., plethron, h. e superficies decem millium ped. quadr. *Jul. Frontin. de Limit.* in *Corp. Agrim. Rom.* p. 13. *Th.*: « quod Græci plethron appellant, Osci et Umbri vorsum ».

**VOS**, *vestrum*, pron. pers. V. TU in *Lexico*. — Addimus alias formas, præter *vostri, vostrum* pro *vestri, vestrum* et *vostrorum* apud poëtas comicos, etiam abl. ἀρχ. *vobeis* pro *vobis*, in *C. I. L.* I. 196. 29., I. 201. 5. et 8., *Plaut. Poen.* 643. 678., 1216. et 1217. — *Vopte* = vos ipsi. *Cato* ap. *Paul. Fest.* 519. 30. *L. Voscum* pro *vobiscum* improbatur a *Prob. App. gramm.* IV. p. 199. 15.

# Z

**ZACCARIO**, onis, 3., genus herbæ. *Cass. Fel.* 68. p. 167. 4. *Rose* « Impones herbam quam dicunt zaccarionem ».

**ZAZA**, æ, f. 1., id. q. gaza. *Virg. gramm.* p. 80. 17. *H.* « Cito hauriatis zazam ».

**ZERNOSUS**, a, um, adject. ad zernam pertinens. *Cass. Fel.* 9. p. 16. 21. *Rose*: « Alio medicamento uteris ad maculas nigras et zernosas ».

**ZIPHÆI**, oris adspersiones, hebr. *Hilar. Tract.* in *Ps.* 53. 8. « Ziphæi.... significantur, quæ nobiscum sunt oris adspersiones: hae ab Hebræis ziphæi nuncupantur ».

**ZIROTHA**, series. *Gloss.* IV. 298. 33.

**ZIZYGA**, rustice galla. *Gloss.* V. 337. 27.